ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XXIII - VOLUMEN XXIII

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M • DCCCC • XXXI

Ir

ANNUS XXIII - VOL. XXIII 15 IANUARII 1931 NUM. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE ERECTIONE ET REGIMINE PONTIFICII COLLEGII ECCLESIASTICI NEER« LANDICI PIANI DE URBE

I

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Anno vertente quinquagesimo, ex quo primum, sacerdotali dignitate aucti, divina Hostia litavimus, sacrorum Hollandiae Antistites ut rem üsTobis pergratam facerent utque catholico nomini apud suos satius opportunius que prospicerent, consilium communiter inierunt Collegium in hac alma Urbe excitanda, in quo delecti e natione sua sacerdotes exciperentur et ecclesiasticis altioris ordinis disciplinis rite sancteque conformaren tur. Quod quidem, consilium ut ad effectum quam primum adduceretur, locus ad rem aptus in Aventini montis deiectu coemptus est, ibique superiore anno, die secunda mensis Maii, auspiealis novi aedificii lapis sollemni ritu positus. Cum autem in praesens hoc studiorum domicilium omni sit paene numero feliciter absolutum, Eos, ut Hollandiae Episcopis paternam testemur voluntatem, nostram, eorum votis libentissime annuentes, ad iuridicam Collegii huius erectionem de venire volumus. Quapropter, de Sacrae Congregationis Seminariis Studiorumque Universitatibus praepositae consulto, ac suppleto quorum interest, vel eorum, qui sua interesse praesumant, consensu, haec quae sequuntur statuimus ac decernimus:

I. Ad maiorem Dei gloriam reique catholicae incrementum, Collegium ÏTeerlandicum Pianum, in Urbe conditum, ad sacrorum canonum normam apostolica Nostra auctoritate constituimus atque erigimus; tutelae

ac patrocinio S. Willibrorde Episcopi Ultraiectensis committimus; eidemque Pontifìcii Collegii nomen, iura ac privilegia attribuimus.

II. Hoc clericorum institutum alumnos excipiet sacerdotes, pietate quidem ingenioque praestantes, quos Hollandiae Antistites e suis dioecesibus Romam, ecclesiasticis altioris ordinis imbuendos disciplinis, missuri sunt.

III. Novum, quod supra memoravimus, aedificium et continens eidem area, prope Aventinam viam sita, Collegio huic possessio ac sedes propria sunto.

IV. Pontificium Collegium Neerlandicum Planum sub iure ac potestate erit Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, ideoque ab ipsa regetur.

V. Singuli Neerlandiae Antistites eadem iura eademque officia in huiusmodi Instituto habeant, eique omnes pro viribus consulant.

VI. Collegii moderator a Summo Pontifice per Sacram Congregationem de Seminariis et de Studiorum Universitatibus eligendus est; isque sacrorum Neerlandiae Antistitum erit procurator atque parochi munere in Collegio fungetur.

VII. Si quavis ex causa Pont. Collegium Neerlandicum Pianum esse desierit, omnes eius possessiones, res mobiles, se moventes et quae moveri non possunt, pecuniae, reditus aliaque eiusmodi ad Sanctam Sedem devolvente, ut ab eadem, quantum fieri poterit, ad alumnos e Neerlandiae dioecesibus ecclesiasticis altioris ordinis disciplinis instituendos erogentur.

Volumus praeterea ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. — Quae denique per hanc Nostram Constitutionem statuimus, decrevimus, ediximus ac mandavimus, ea rata omnia firmaque permanere auctoritate Nostra volumus, iubemus,- quibuslibet etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, a. D. MDCCCCXXX die XXVI m. Octobris, in Pesto D. N. Iesu Christi Regis, Pontificatus Nostri anno nono.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *Cancellarius S. B. B.*

CAIETANUS CARD. BISLETI, *Praefectus S. Congr. âe Seminariis et Studiorum Universitatibus.*

Ioseph Wilpert, *Decanus Göll. Proton. Apostolicorum.*
Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*

LOCO ^ PLUMBI

Beg. in tab. Cancellariae Apostolicae, Vol. XLIII, n. 23. - M. RIGGI.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

B. M. V. IMMACULATA SUB TITULO « APPARECIDA » PRINCIPALIS PATRONA BRASILIAE CONSTITUITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ab Archiepiscopo Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii ceterisque Archiepiscopis, Episcopis, Praelatis atque Apostolicis Praefectis Brasiliae rogati sumus ut tanquam principalem Patronam Brasiliae Beatam Virginem sine labe conceptam, vulgo *Fossa Berihora de Gonceigao Apparecida* statuere dignemur. Nil quidem, magis opportunum Nobis videtur quam votis concedere non modo eorundem Antistitum sed omnium Brasiliae christifidelium, qui studio pietateque continentibus ab annis fere primaeve inventionis regionis Brasilianae ad nostra usque tempora Deiparam Virginem Immaculatam venerati sunt. Quorum filialem devotionem cultumque erga Immaculatam Virginem ultro testatur templum, ingenti mole conspicuum artisque operibus affabre f actis ornatum, in quo antiqua prodigiis que clara Beatae Mariae sub titulo *de Apparecida* effigies servatur. Christifideles turmatim ad hoc templum conveniunt peregrinantium more ex variis Brasiliae locis ad opem auxiliumque implorandum Nostrae Dominae; cuius quidem simulacrum, decreto Capituli sacrosanctae Patriarchalis Vaticanae Basilicae, anno quinquagesimo recurrente a definitione dogmatica de Immaculato Virginis Conceptu, aurea corona eoronatum est. Leo autem Pp. XIII, rec. mem., votis omnium ex Brasilia annuens, Beatae Mariae sub titulo *de Apparecida* festum celebrandum concessit, ac praeterea Pius Pp. X proprium de eadem festivitate officium Missamque indulsit. Id profecto attento seduloque studio Nos considerantes, concedendum existimavimus tantorum Praesulum precibus, quas Nuntius Apostolicus Noster in Brasilia suffragiis suis amplissime auget, vel una «um iisdem Antistitibus vota facit impensa ut, quinti ac vicesimi anni a memorata sollemni coronatione occasionem nacti, huiusmodi Virginem Immaculatam apud Deum totius Brasiliae Patronam constituamus. Conlatis proinde consiliis cum Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Laurentii Diacono Sanctae Mariae Scalaris, Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium

Litterarum tenore Beatissimam Virginem Mariam sine labe conceptam,, sub titulo *de Appareeida* nuncupatam, praecipuam apud Deum Patronam totius Brasiliae, privilegiis liturgicis adnexis ceterisque honorificentiis, quae de more Patronis locorum principalium competunt, constituimus ae declaramus.

Haec, ad spirituale christifidelium Brasiliae bonum provehendum, eorundemque erga Deiparam Immaculatam ad magis in dies devotionem augendam concedentes, statuimus; decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad. quos spectant sive spectare poterunt, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritum que ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate, qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Iulii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

S. IOANNES DE DEO ET S. CAMILLTJS DE LELLIS CAELESTES DECLARANTUR PATRONI INFIRMARIORUM SAECULARIUM EORUMQUE PIARUM ASSOCIATIONUM.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Expedit plane, ac consilium Nobis peropportunum videtur, ut hoc tempore quo coetus infirmariorum saecularium in plures associationes foederato atque ordinatur, et ipse polleat eae* lestibus Patronis, quorum exemplo permoti, iidem infirmarii in aegrotantibus curandis eo christianae caritatis spiritu inflammentur, quem in sanctis Evangeliis divinus Magister tradidit. Hac mente, cum dilecti filii hodiernus Prior generalis Ordinis Hospitalarii a Sancto Ioanne de Deo, et Praefectus generalis item hodiernus Clericorum Regularium Infirmis ministrantium enixas Nobis preces adhibuerint ut " respectivi Ordinis Fundatores, nempe Sanctum Ioannem de Deo, et Sanctum Camillum De' Lellis catholicorum infirmariorum ubique terrarum declarare atque instituere velimus caelestes apud Deum Patronos, Nos piis huiusmodi precibus ultro libenterque concedendum existimavimus. Et sane minime Nos latet divum Ioannem de Deo iam inde ab anno MDXXXVII primam fundasse laicorum societatem qui infir-

mis pauperibus assiderent; Camillum autem de Lellis in virtutibus omnibus excellentem apparaisse, dum viveret, electum a Deo ut ministraret aegrotantibus, et modum illis inserviendi reliquos^ doceret. Quae cum ita sint, audito dilecto filio Nostro Camillo Sancta Eomanae Ecclesiae Diacono Cardinali Laurenti, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, permoti quoque commendatione plurimorum Sacrorum Antistitum, inspectisque Apostolicis Litteris « Dives in misericordia Deus » a Praedecessore Nostro rec. me. Leone Pp. XIII die xxin mensis Iunii anno MDCCCLXXXVI sub eadem hac forma datis, de Sanctis Ioanne de Deo et Camillo de Lellis hospitalium et infirmorum Patronis, ad fovendam et augendam etiam pietatem et fiduciam associationum catholicarum ab infirmariis nuncupatarum, erga eosdem Sanctos Ordinum Fundatores et infirmorum Patronos, motu proprio atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi, perpetuumque in modum, omnium praedictarum associationum nec non omnium infirmariorum utriusque sexus ubique terrarum nunc et in posterum exsistentium, caelestes apud Deum Patronos Sanctum Ioannem de Deo et sanctum Camillum de Lellis declaramus atque constituimus.

Haec volumus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite diiudicandum ac definiendum esse; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate quavis, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvin mensis Augusti anno MDCCCOXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. BASILIUM S. E,. E. CARD. POMPILJ, EPISCOPUM VELITERNUM AC VICE SACRA IN URBE ANTISTITEM: DE COMMEMORATIONE AGENDA ROMAE EPHESINAE SYNODI XV ANTE SAECULO CELEBRATAE.

PIUS PP. XI

Venerabilis frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Saeculum mox quintum decimum ab Epliesino Concilio acto impletum iri probe ipse nosti; illam dicimus Synodum in qua, iussu Romani Pontificis Caelestini I, contra impiam Nestorianorum haeresim, tum passim gliscentem, sollemni ritu omnibusque plaudentibus Orientis et Occidentis patribus, decretum est Mariam Virginem beatissimam veram esse Dei Matrem. Eventum hoc est, uti patet, tam faustum ut idem ab universa Ecclesia commemorari oporteat; cum enim omnes homines filii sint, moriente Iesu testante, Deiparae Virginis, eos omnes etiam decet de ipsius laudibus laetari. Dum igitur cupimus ut ubique Synodi huius memoria digne recolatur, peculiari quodam sollemnique celebrationis splendore in alma hac Urbe commemoratam volumus huiusmodi recordationem; cum Romae, quae est Summi Pontificis sedes, prius damnata fuerit Nestoriana haeresis, et Romae Xystus III paulo post, per musivum arcum in Liberiana Basilica exstructum a Nobisque his diebus restauratum, hunc Mariae triumphum consecraverit. Quamobrem gratulamur tibi vehementer, venerabilis frater noster, quod, cum in Romana regenda dioecesi vices Nostras geras, virorum consilium elegisti qui, te quidem praeside, non modo decernant quo pacto commemoratio Ephesinae Synodi in Urbe agenda sit, sed etiam studiosam dent operam ut eadem illo pietatis ardore erga magnam Dei Matrem efficiatur, quo semper clerus populus que romanus saeculorum decursu excellere consuevit. Quo autem celebrior res fiat et in maiorem conferat Deiparae Virginis laudem, enixe cupimus ut ipse Nostro nomine fideles de felici hoc eventu certiores facias simulque eosdem horteris ut iis caeremoniis ac supplicationibus quae indicentur, quam frequentissime adsint, eam fidem prae se ferentes quae, Apostolo testante, iam inde ab Ecclesiae primordiis annuntiabatur universo mundo. Interea, ut res e sententia cedat, in magnam scilicet animarum utilitatem, divinorum praenuntia munerum itemque paternae benevolentiae Nostrae testis,

apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis frater Noster, iisque omnibus qui operam tibi navant in huiusmodi commemoratione agenda, effuso animo impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Decembris, in Nativitate Domini, anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. ALOISIUM TIT. S. GEORGII IN VELABRO S. R. E. PRESB. CARDINALEM SINCERO, SACRAE CONGREGATIONIS PRO ECCLESIA ORIENTALI A SECRETIS: DE EPHESINO CONCILIO, PLENO IAM SAECULO XV A CELEBRATIONE, IN ORBE COMMEMORANDO.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Ephesinam Synodum, post Nicaenam, celeberrimam fuisse inter concilia Ecclesiae oecumenica, nemo est qui ignoret: cum enim in hac Iesu Christi divinitas contra Arium, tum in illa hypostaticae unionis dogma divinaque Mariae maternitas contra Nestorium sollemniter decreta atque sancita sunt. Omnino igitur oportet ut quemadmodum, quinque abhinc annis, Nicaenae Synodi commemoratio acta fuit, ita mox, quintum decimum expletum saeculum ab Ephesina Synodo peracta, digne admodum et opportune Ecclesia universa concelebret. Narrant veteres gestarum rerum scriptores decessorem Nostrum p. r. Caelestinum I, non modo Cyrillum, invictum Alexandriae Patriarcham, Vicarium suum in hac causa contra Nestorianam haeresim constituisse, sed etiam anno ccccxxxi ad Concilium, adiutore quidem Theodosio II Imperatore, Ephesi habendum, legatos suos misisse Arcadium et Proiectum Episcopos unaque simul Philippum presbyterum illis verbis: « Auctoritatem Sedis Apostolicae custodiri debere mandamus... ut ad disceptationem si fuerit ventum, vos de eorum sententiis iudicare debeatis, non subire certamen ». Ex his liquet Nestorianam haeresim a Romano ipso Pontifice iam ante profligatam fuisse quam in Concilio decerneretur; etenim cum in sessione prima, cui praefuit, ut Caelestini Papae vicarius, Cyrillus Alexandrinus, sancitum esset *Mariam esse veram Dei Matrem,* Concilii Antistites edixere se iuxta canones ae litteras Sanctissimi Patris et conservi Caelestini in sententiam contra Nestorium venisse. Itaque primatus etiam Romani Pontificis manifesto

hic comprobatur. Atque fama fert christianum Ephesi populum, dum strenue contra Nestorium Episcopi dignitatem Deiparae defenderent, ad. Concilii aulam, frequentissimum constitisse; cumque, post diuturnam acerrimamque disputationem, pervesperi Concilii aula patefacta, sollemniter edictum esset *Mariam esse veram Dei Matrem,* ipsum, incredibili quodam concitum pietatis motu, Deiparae laetis hymnis acclamasse, atque innumeras faces ¡prae se ferentem, fidei suae quasi symbola, Episcopos ad eorum domos comitatum esse. Iam vero, in praesens quoque, tam multo revoluto tempore, christianus populus universus pietate summa Mariam prosequitur, cum propheticum illud ipsius Virginis Matris verissime effectum, sit: « ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes ». Quapropter cum optemus ut per catholicum orbem universum, qui tantopere materno Virginis auxilio omnis gloriatur, Ephesina Synodus commemoretur, tibi, dilecte fili Noster, utpote qui Orientalis Ecclesiae negotia auctoritate Nostra geras pro tuoque studio promovere contendas, his Litteris mandamus ut Synodum illam et quae ad ipsam pertinent per Orientem evulganda cures; non modo praestantium virorum consilium ad rem constituendo qui, te praeside, viam decernant quo dignius huiusmodi recordatio celebrari queat; sed etiam praeclaros homines designando qui doctis scriptis verbisque publice habendis eventum tam faustum illustrent. Ac fore confidimus ut id ad incrementum confera-t Marialis cultus simulque ut Orientis populi per Mariae triumphum, omnium quidem Matris benignissima, ad sinum denique revertantur Romanae Ecclesiae, cuius primatus, praeter alia litterarum monumenta, in Ephesina quoque Synodo tam luculenter elucet. Quo autem facilius id munus tibi creditum exsequare, utque res in maiorem cedat animarum fructum, in divinarum gratiarum auspicium itemque in paternae benevolentiae Nostrae pignus, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili Noster, iisque omnibus quos habebis operis socios, amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Decembris, anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

i

DECRETUM

DAMNATUR LIBER A GUILLERMO DELHORA EDITUS CUI TITULUS: « LA IGLESIA CATHOLICA ANTE LA CRITICA EN EL PENSAMIENTO Y EN EL ARTE ».

Feria IV, die 26 Novembris 1930

In generali consessu Supremae S. Congregationis Sancti Officii, Emi ac Revmi DD. Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito DD. Consultorum voto, tamquam praedamnatum ad normam can. 1399 Codicis iuris canonici C. habendum et in Indicem librorum prohibitorum inserendum esse decreverunt librum cui titulus:

Guillermo Dellhora, *La Iglesia Católica ante la critica en el pensamiento y en el a,rte.* Mexico, Ediciones Dellhora, 1929.

Et sequenti Feria V, die 27 Novembris eiusdem mensis et anni, SSmus D. N. D. Pius divina Prov. Pp. XI, in solita audientia R. P. D. Adsessori Sancti Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 28 Novembris 1930.

A. Subrizi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

L. © S.

n

DECEETUM

DAMNANTUR SACERDOTIS LUDOVICI DENNEFELD, PROFESSORIS SACRAE SCRIPTURAE IN FACULTATE THEOLOGICA UNIVERSITATIS ARGENTINENSIS, ARTICULUS SUB VERBO « MESSIANISME » IN « DICTIONNAIRE DE THÉOLOGIE CATHOLIQUE » ET LIBER CUI TITULUS « LE MESSIANISME ». PARIS, LIBRAIRIE LETOUZET ET ANÉ, 1920.

Feria IV, die 16 Iulii 1930

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Rmi Domini Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, praehabito DD. Consultorum voto, damnayerunt, proscripserunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendos mandarunt:

j Articulum sub verbo *Messianisme* a sacerdote Ludovico Dennefeld editum in *Dictionnaire de TMologie Catholique,* Paris, Librairie Letouzey et Ané (columna a 1404 ad 1568), et eiusdem auctoris librum cui titulus *Le Messianisme,* Paris, Librairie Letouzey et Ané, 1929.

j Et sequenti feria V, die 17 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. *IS.* D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia R. P. D, Adsessori S. Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 16 Decembris 1930.

j

A. Subrizi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Ii. © S .

La Suprema Sacra Congregazione dei S. Offizio, viste le buone disposizioni ed i manifestati propositi dell'Autore Rev. professor Lodovico Dennefeld di correggere e riformare il suo scritto ed il suo insegnamento, non ha creduto di procedere a,d altre misure.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

19 Novembris 1930. — Titulari episcopali Ecclesiae Vallitanae praefecit R. P. Franciscum Xaverium Bini, Procuratorem generalem Congregationis Filiorum S. Cordis Iesu, deputatum Vicarium Apostolicum de Kartum.

20 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Xuorensi R. P. Iosephum, Cogoni, Vicarium generalem archidioecesis Calaritanae.

22 Novembris — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Synnadensi R. P. D. Iosephum Belisarium Santistevan, Episcopum Sanctae Crucis de Sierra, qui ideo Archiepiscopus Synnadensis et Episcopus Sanctae Crucis de Siena nuncupabitur.

25 Novembris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Seleuciensi in Isauria, R. P. D. Iulianum Conan, hactenus Archiepiscopum Portus Principis.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Silyensi, R. P. D. Antonium Iulianum Nowowiejski, Episcopum Plocensem, qui ideo Archiepiscopus Silyensis et Episcopus Plocensis appellabitur.

4 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Citharizenae, R. P. D. Augustinum Roy, hactenus Episcopum Coimbaturensem.

5 Decembris. •— Cathedrali Ecclesiae Bolivarensi, R. P. D. Albertum Ordoñez, hactenus Episcopum Ibarrensem.

11 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Taurinensi, R. P. D. Maurilium Fossati, hactenus Archiepiscopum Turritanum.

19 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Synaitanae R. D. Ioannem Ghislain Van Cauwenbergh, Vicarium generalem archidioecesis Mechliniensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Iosephi Ernesti Card. Van Roey, Archiepiscopi Mechliniensis.

23 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Rhemcnsi, R. P. D. Caelestinum Suhard hactenus Episcopum Baiocensem. et juexoviensem.

— Cathedrali Ecclesiae Naneeyensi, R. P. D. Iosephum Hurault, hactenus Episcopum Vivariensem.

— Cathedrali Ecclesiae Atrebatensi, R. D. Henricum Dutoit, Vicarium generalem dioecesis Insulensis.

1 Ianuarii 1931. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Darensi R. P. D. Aloisium Fantozzi, hactenus Episcopum Verulanum.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

MONITUM

Sacerdos Ioannes (Ghezas) Boross, graeci-rutheni ritus, dioecesis sen Administrationis Apostolicae Miskolcsensis (in H angaria) irregulariter a mense Aprili a. 1929 extra dioecesim suam versatur, neque unquam habuit, neque habet licentiam in Americam proflciscendi.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

BOMANTA ET ALIAEUM

DE DISTRIBUTIONE REDITUUM INTERCALARIUM

Cum nonnulli Episcopi Italiae ab hac Sacra Congregatione Concilii quaesierint, quaenam norma servanda sit in Italia, post Concordatum Lateranense (art. 26 § 1), in reditibus anni promiscui inter beneflciarium successorem et antecessorem eiusve heredes distribuendis, de quibus in canone 1480 Codicis iuris canonici, res proposita est resolvenda in plenario Emorum Patrum eiusdem Sacrae Congregationis conventu die 15 Novembris 1930 sub dubio:

« An reditus intercalares sive civiles sive naturales distribuendi sint in Italia iuxta annum solarem seu civilem ».

Porro iidem Emi Patres ad dubium propositum respondendum censuerunt: *Affirmative.*

Hanc autem resolutionem Ssmus Dominus Pius Pp. XI in Audientia die 17 insequentis, infrascripto Secretario concessa, approbare et confirmare dignatus est.

Datum Romae, ex Secretaria huius Sacrae Congregationis, die 20 Novembris 1930.

I. CARD. SERAFINI, *Praefectus.*

L. © S.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

NOMINATIONES

Brevi Apostolico nominatus est :

20 Novembris 1930. — R. P. Franciscus Xaverius Bini, ex Instituta Yeronensi Filiorum a Sacro Corde Iesu, electus Episcopus tit. Vallitanus, *Vicarius Apostolicus de Kartum in Africa Centrali.*

Successivis decretis ut infra, Sacrum Consilium christiano nomini propagando, ad. suum beneplacitum renunciavit:

28 Octobris 1930. — R. P. Paulum Bouque, e Sacerdotibus Sacri Cordis Iesu, *Praefectum Apostolicum de Foumban.*

— R. P. Emmanuelem Hainisch, ex Instituto Missionariorum de Mariannhill, *Praefectum Apostolicum de Vmtata.*

12 Novembris — R. P. Leonem Louiilet, e Congregatione Spiritus Sancti, *Praefectum, Apostolicum de Katanga septentrionali.*

Decreto 27 Octobris 1930, Sacra Congregatio de Propaganda Fide renunciavit Praesidem Pontificii Operis a Propagatione Fidei, pro Statibus Foederatis Americae borealis, R. D. Gulielmum Quinn.

Decretis diei 15 Novembris 1930 eadem Sacra Congregatio de Propaganda Fide nominavit Praesides Pontificii Operis a Propagatione Fidei: R. P. Iosephum Pardo S. I. pro Republica de Panama; R. D. Matthaeum Perrone pro Guatemala; et R. P. Michaelem Cilia C. M. pro Republica de Salvador.

Decreto diei 20 eiusdem mensis eadem Sacra Congregatio de Propaganda Fide nominavit Praesidem eiusdem Pontificii Operis in Nicaragua R. P. Iosephum Rossi S. I.

Item decretis diei 1 Decembris eiusdem Sacrae Congregationis infrascripti Revmi Domini adlecti sunt in Consilium Superius Generale Romae residens: Michael Curran pro Hibernia, Oscar Joliet pro Belgica, Guilelmus Godfrey pro Anglia.

Demum decreto diei 5 Ianuarii 1931, R. D. Ioseph Ohlemüller Congr. Missionis, nominatus est Praeses Operis a Propagatione Fidei pro Republica de Costarica.

n

APPROBATIONES

Decretis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI dignatus est definitive approbare

25 Martii 1930. — Statutum pro missionibus Societatis Verbi Divini.

7 Maii. — Constitutiones Societatis de Maryknoll pro missionibus ad exteras gentes.

15 Maii. — Constitutiones Sororum Missionalium a B. M. V. Consolata, archidioecesis Taurinensis.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

HISPALEN/

CANONIZATIONIS B. IOANNIS GRANDE, CONF. RELIGIOSI PROFESSI ORD. HOSPITALARII S. IOANNIS DE DEO.

SUPER DUEIO

An sit signanda Commissio reassumptionis Causae canonizationis B. Ioannis Grande, in casu et ad effectum de quo agitur.

Ioannes Grande, qui sibi humilitatis amore agnomen *Peccator* sumpsit, anno 1546 Carmonae in Andalusia ortus est. Hospitalarium S. Ioannis de Deo Ordinem professus heroicis in eo virtutibus emicuit. Non annis sed meritis onustus, ad superos evolavit anno 1600. Pius IX fel. rec. hunc Dei famulum miraculis coruscantem anno 1852 Beatorum catalogo adiunxit.

Cultus erga Beatum inter fideles, numquam deferbuit, nec fiducia in efficaciam eius intercessionis imminuta est.

Quum itaque nova, eo intercedente, signa ferantur accepta, benemeritus hospitalarinm Ordo S. Ioannis de Deo tanti filii sui canonizationi curandae cepit animum apponere.

Quapropter instante Fr. Raphaele Maria Saucedo, eiusdem Ordinis Postulatore generali, attentis quoque postulatoriis epistolis Eminentissimorum ac Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium Ludovici Ioseph Mauriu, Archiepiscopi Lugdunen.; Eustachii Ilundain y Esteban, Archiepiscopi Hispalen.: Petri Segura y Saenz, Archiepiscopi Toletani, et Iusti-

niani Georgii Serédi, Archiepiscopi Strigonien., nec non Francisci Frutos Valiente, Episcopi Salmanticen., Eminentissimus ac Reverendissimus D. Cardinalis Iulius Serafini causae Relator in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis ad Vaticanas Aedes coadunatis die 9 mensis huius, sequens proposuit dubium: *An sit signanda Commissio reassumptionis Causae canonizationis Beati Ioannis Grande, Confessoris, Religiosi professi Ordinis Hospitalarii S. Ioannis de Deo, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Eminentissimi ac Reverendissimi Patres, sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem eiusdem Cardinalis Ponentis, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, omnibus perpensis, respondere censuerunt: *Affirmative,* seu *Signandam esse Commissionem reassumptionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta de his Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI, subsignata die per subscriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est *Commissionem reassumptionis Causae canonizationis Beati Ioannis Grande, Confessoris, Religiosi professi Ordinis Hospitalarii S. Ioannis de Deo.* — Die 10 Decembris 1930.

C. CARD. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

FLORENTINA

CANONIZATIONIS B. TERESIAE MARGARITAE REDI, A SACRO CORDE IESU MONIALIS PROFESSAE ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM.

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio reassumptionis Causae canonizationis B. Teresiae Margaritae Redi, in casu et ad effectum de quo agitur.

Anna Maria Redi, quae Aretii in Hetruria e nobili familia anno 1747 nata est, Florentiae asceterium sanctae legiferae matris Teresiae sub nomine Teresiae Margaritae a Sacro Corde Iesu anno 1765 ingressa, quinque post annos virtutibus mentisque plena ad Sponsum evolavit. Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI die 9 Iunii anno 1929 Beatorum honores eidem decrevit. Post indultam venerationem christiani populi devotio erga Beatam Teresiam Margaritam et fiducia in eius intercessionem mire succrevit, et plurimae obtentae sunt gratiae, inter quas veri nominis miracula impetrata feruntur.

Quare instante R. P. Ruderieo a Sancto Francisco Paulano, Postulatore generali Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, attentis amplissimis litteris Eminentissimi et Reverendissimi Cardinalis Alfonsi Mistrangelo, Archiepiscopi Fiorentini, qui nuper ad caelestia praemia evolavit, Fr. Pii M. Bagnoli O. C. E., Episcopi Marsorum, et P. Gulielmi a S. Alberto, eiusdem Ordinis Praepositi generalis, Eminentissimus ac Reverendissimus D. Cardinalis Alexander Yerde, Causae Ponens seu Relator, in ordinariis Sacrorum Rituum Comitiis die 9 mensis huius ad Vaticanas Aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio reassumptionis Causae canonizationis Beatae Teresiae Margaritae a Sacro Corde Iesu, Monialis professae Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Eminentissimi et Reverendissimi Patres sacris tuendis ritibus praepositi post relationem eiusdem Cardinalis Ponentis, audito R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, omnibus perpensis, respondere censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem reassumptionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta de his, subsignata die, per subscriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, *Commissionem reassumptionis Causae canonizationis Beatae Teresiae Margaritae "a Sacro Corde Iesu, Monialis professae Ordinis 'Excalceatorum* manu propria dignata est signare. — Die 10 Decembris anno 1930.

C. CARD. LAURENTT, *S. R. C. Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

III

PASSAVIEN.

CANONIZATIONIS B. CONRADI A PARZHAM, CONF. LAICI PROFESSI ORD. MIN. CAPUCCINORUM.

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio reassumptionis Causae canonizationis Beati Conradi a Parzham, in casto et ad effectum de quo agitur.

Peractis auctoritate Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae XI in Basilica Vaticana die 15 Iunii anni huius, Ssmae Trinitati sacro, sollemniis beatificationis Venerabilis Servi Dei Fratris Conradi a Parzham, laici professi

Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum e provincia Bavarica, triduana seu octidua sollemnia in eius honorem tum in Urbe tum in multis orbis regionibus sunt celebrata. Attamen quae Vetoettingae, ubi Beatus vixit, et sacrae eius exuviae asservantur, digna sunt quae peculiari ratione recolantur. Etenim ut Emus ac Revmus Cardinalis Faulhaber, Archiepiscopus Monacen, et Frisingen. testatur: « Cum Altoettingae exeunte mense Augusti et ineunte mense Septembris solemnia in honorem novi Beati magno cum splendore fierent, ex tota Germania et Austria — in primis autem ex Bavaria — necnon ex aliarum nationum regionibus centum viginti millia hominum illuc confiuxere, cuiuscumque aetatis et conditionis: viri et foeminae, iuvenes et senes, plebeii et nobiles, sacerdotes, religiosi et laici, Deum omnipotentem in Beato Conrado glorificantes, atque mores suos virtutibus illius conformare proponentes» (Ep. Pos tui.). Revmus autem Sigismundus Felix de Ow-Felldorf Episcopus Passavien, de his peregrinis addit: « Plusquam septuaginta quinque millia eorum ad sacram communionem accesserunt, sexaginta confessariis quolibet die sacramentum poenitentiae assidue ministrantibus... Hodie fere in omnibus meae dioeceseos ecclesiis imago Beati, venerationi fidelium exposita est, et qualibet hora non solum cerei flagrantes, sed imprimis pii ante eam orantes inveniuntur fideles » (Ep. Postul.).

Quam fiduciam et pietatem erga Beatum Deus approbare et praemio donare videtur, cum innumerae gratiae et nonnulla veri nominis miracula per eius intercessionem impetrata ferantur. Quare instante R. P. Raphaele a Vallefinaria Ordinis Minorum Capuccinorum Postulatore generali, attentis quoque Postulatoriis litteris Emi ac Revmi Cardinalis Archiepiscopi Monacen, et Frisingen., Episcopi Passavien., in cuius dioecesi Beatus mortuus est et sacrum asservatur corpus, necnon Ministri tum Generalis, tum Provincialis Ordinis Minorum Capuccinorum et nonnullorum aliorum praelatorum religiosorum seu Ordinum seu Societatum, Emus et Revmus D. Andreas Frühwirth eiusdem Causae Ponens seu Relator in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis ad Yaticanas Aede coadunatis die 9 mensis huius sequens dubium discutiendum proposuit *An sit signanda Commissio reassumptionis Causae canonizationis Beati Conradi a Parzham, laici professi Ordinis Minorum* Capuccinorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Eminentissimi autem et Reverendissimi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem eiusdem Eminentissimi Ponentis, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci Fidei Promotore generali, omnibus perpensis, respondere censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem reassumptionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI subsignata die per subscriptum Cardinalem Sacrae Eituum Congregationis Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem reassumptionis Causae canonizationis Beati Conradi a Parzham, laici professi Ordinis Minorum Capuccinorum. — Die 10 Decembris 1930.

C. CARD. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

!»• 83 s*

A. Carinci, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO CAEREMONIALIS

DECRETUM

DE TITULO « EXCELLENTIAE REVERENDISSIMAE »

Ssmus D. N. Pius Papa XI, eo consilio ut dignitas eorum, qui cum in Ecclesiae gubernatione, tum in ipsa Pontificis Maximi Domo principes habent partes, maiore cotidie in honore sit, Purpuratorum Patrum percontatus sententiam, qui sacris caerimoniis regundis praepositi sunt, die 11 mensis Decembris huius anni, arcessito viro hac in pagina subsignato, qui Sacrae Congregationi Caerimoniarum est a secretis, decrevit: *Excellentiae Reverendissimae* titulum, praeter quam Patriarchis et Latinae et Orientalis Ecclesiae, praeter quam Praelatis qui a flocculis vulgo appellantur, praeter quam Nuntiis et Internuntiis Apostolicis, tribuendum quoque esse Archiepiscopis atque Episcopis sive residentialibus sive titularibus tantum, itemque Magistro Pontificii cubiculi, Praelatis qui assident vel sunt a secretis in Sacris Romanis Congregationibus, Secretario Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, Praelato Decano Sacrae Romanae Rotae ac denique Substituto Secretariae Status. Contrariis / quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Caerimonialis, die 31 Decembris 1930.

gg-I. Card. GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE,
Ep. Ostiensis et Albanensis, *Praefectus.*

i», © s .

B. Nardone, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

• I

INVOCATIO AD E. M. V. INDULGENTIIS DITATUR

Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI, in Audientia infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori impertita, christifidelibus saltem, corde contrit© recitantibus invocationem ad beatam Mariam Virginem: *Regina Apostolorum, ora pro nobis,* indulgentiam trecentorum dierum benigne concedere dignatus est. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Bomae, e Sacra Poenitentiaria, die 20 Novembris 1930.

L. CARD. LAURI, *Poenitentiarius Maior.*

L. © S.

I. Teodori, *Secretarius.*

II

DECRETUM

INDULGENTIA PLENARIA PRO DIVINI OFFICII RECITATIONE AD MONIALES ALIASQUE PIAS MULIERES INJCOMMUNITATE VIVENTES EXTENDITUR.

Indulgentiam plenariam clericis in sacris constitutis, qui integrum divinum Officium, etsi in partes distributum, coram Ssmo i Sacramento sive publicae adorationi exposito sive in tabernaculo adservato, recitaverint, Decreto d. d. 23 Octobris a. c. benigne concessam, Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI, in Audientia ab Jmfrascripto Card. Poenitentiario Maiore die 21. proxime praeteriti mensisjNovembris habita, ad moniales aliasque omnes pias mulieres in communitate! viventes, quae ex proprii Instituti constitutionibus ad quotidianam divini Officii recitationem tenentur, in eadem forma iisdemque sub conditionibus, lubentissime ad preces eiusdem Cardinalis Poenitentiarii Maioris extendere dignatus est. Praesenti

in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione et contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Poenitentiariae, die 5 Decembris 1930.

Ii. CARD. LAURI, *Poenitentiarius Maior.* **f**

L. © S.

I. Teodori, *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

BAMBERGEN.

NULLITATIS MATRIMONII (TOELZBR-SCHUSTER)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Ioannis Schuster, in causa conventi, qui usque ad annum 1929 degit in civitate *Furth,* eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 10 Martii 1931, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Ioannis Schuster curare debent ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

L. S. F. Morano, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 29 Decembris 1930.

Adv. 1. Brocco, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Jean Schuster, jusqu'en 1929 demeurant à Furth, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Rome, Via della Dataria, n. 94), 10 Mars 1931, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Jean Schuster, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I. - DE CONCESSIONE INDULGENTIARUM

D. An verba: *in suae iurisdictionis locis,* de quibus in canone 349 § 2 *N.* 2, ita intelligenda sint ut Episcopi indulgentias concedere prohibeantur religiosis exemptis vel in eorum ecclesiis.

R. *Negative.*

II. - DE LEGITIMATIONE PROLIS

D. An vi canonis 1116 per subsequens parentum matrimonium legitima efficiatur proles, ab eisdem genita detentis impedimento aetatis vel disparitatis cultus, quod cessaverit tempore initi matrimonii.

B. *Negative.*

Datum ex Civitate Vaticana, die 6 mensis Decembris anno 1930.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses.*

L. © S.

I. Bruno, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, 15 Dicembre 1930, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Conte PAOLO MIMBELA Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica del Perù, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SUPREMA SACRA CONGREGAZIONE DEL S. OFFIZIO

AVVISO DI CONCORSO

È aperto, presso la Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio, un concorso per la nomina di un sostituto notaro.

I sacerdoti che volessero prendervi parte, purché abbiano compiuti gli anni trenta di età e non abbiano compiuti gli anni quarantacinque, dovranno esibire alla Cancelleria della stessa Sacra Congregazione, non oltre il 20 Febbraio del corr. anno, la domanda corredata delle opportune generalità e del *nulla osta* del proprio Ordinario.

A titolo d'informazione si avverte che:

1. Il concorso consisterà in una prova scritta su temi di Teologia e di Diritto canonico, con riguardo particolarmente alle materie che sono di competenza propria della Sacra Congregazione.

2. Si terranno in particolare considerazione i gradi accademici e la conoscenza di lingue estere.

II giorno del concorso sarà comunicato direttamente ai singoli interessati.

Dal Palazzo del S. Offizio, 15 Gennaio 1931.

N. Canali, *Assessore.*

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 2 Dicembre 1930, presso l'Emo e Revöio Signor Cardinale Granito Pignatelli di Belmonte, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Serva di Dio Anna Maria Javouhey, Fondatrice dell'Istituto delle Suore di S. Giuseppe di Cluny, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria,* dei Sacri Riti, nella quale dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio sulle virtù in grado eroico della detta Venerabile Serva di Dio.

Martedì, 9 Dicembre 1930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *ORDINARIA* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1. Introduzione della causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Giovanni Battista di S. Michele Arcangelo, Sacerdote professo della Congregazione dei Chierici Regolari Scalzi della Croce e Passione di N. S. G. C.
2. Intorno alla riassunzione della causa di Canonizzazione del Beato Corrado da Parzham, laico professo dell'Ordine dei Minori Cappuccini.
3. Intorno alla riassunzione della causa di Canonizzazione del Beato Giovanni Grande, Confessore, religioso professo dell'Ordine Ospitaliero di S. Giovanni di Dio.
4. Intorno alla riassunzione della causa di Canonizzazione della Beata Teresa Margherita Redi del S. Cuore di Gesù, religiosa professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi.
5. Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio proprio in onore di S. Nicola, Vescovo e Confessore titolare dell'abbazia di Vernolio.
6. Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio proprio in onore dei Beati Martiri Agostino Schaeffler, Giovanni Francesco Burté ed Antonio de Ravinel.
7. Finalmente intorno alla revisione degli scritti nella causa di Beatificazione e canonizzazione del Sèrvo di Dio Francesco di Paola Tarin, Sacerdote professo della Compagnia di Gesù.

Martedì, 23 Dicembre J930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Eminentissimi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e Consultori teologi, si è tenuta la Congregazione *PREPARATORIA* dei Sacri Riti per discutere sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Ven. Serva di Dio Elisabetta Bichier des Ages, Confondatrice dell'Istituto delle Figlie della Croce, dette Suore di S. Andrea.

NOTA DELLE CONGREGAZIONI DEI SACRI RITI

DA TENERSI NELL'ANNO 1931

1\. - *13 GENNAIO.* Congregazione generale sulle virtù del Servo di Dio Contardo Ferrini.

8\. *-27 »* Congregazione preparatoria sopra i miracoli del Ven. Servo di Dio Antonio M. Claret.

3\. - *10 FEBBRAIO.* Congregazione antipreparatoria sulle virtù della Serva di Dio Emilia Vialar.

4, - *24 »* Congregazione preparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Glicerio Landriani.

5\. - *3 MARZO.* Congregazione antipreparatoria sopra i miracoli del Beato Salvatore da Horta.

6\. - *17 »* Congregazione nuova preparatoria sulle virtù della Ven. Serva di Dio Caterina Labouré.

7\. - *24 »* Congregazione ordinaria.

8\. - *14 Aprile.* Congregazione nuova preparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Vincenzo Pallotti.

9. - *21 Aprile*	Congregazione ordinaria particolare.
10. - *28* »	Congregazione antipreparatoria sulle virtù della Ven. Serva di Dio G io vacchina de Vedruna de Mas.
11. - 5 *Maggio*	Congregazione preparatoria sulle virtù del Servo di Di© Domenico Savio.
12. - *12* »	Congregazione antipreparatoria sulle virtù della Ven. Serva di Dio Filippina Duchesne.
13. - *19* »	Congregazione generale.
14. - 2 *Giugno.*	Congregazione antipreparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Giustino de Iacobis.
15. - *16* »	Congregazione preparatoria sulle virtù della Ven. Serva di Dio Maria Dufrost de Layemmerais ved. Iouville.
16. - 30 »	Congregazione antipreparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Placido Baccher.
17. - 7 *Luglio.*	Congregazione generale.
18. - 21 »	Congregazione antipreparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Guglielmo Giuseppe Chaminade.
19. - *28* »	Congregazione preparatoria sulle virtù della Serva di Dio Assunta Pallotta.
20. - 4 *Agosto.*	Congregazione ordinaria.
21. - 27 Otfo&re.	Congregazione antipreparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Vito Michele di Netta.
22. - 17 *Novembre.*	Congregazione ordinaria particolare.
23. - 24 »	Congregazione antipreparatoria sopra i miracoli del Beat© Andrea Uberto Fournet.
24. - *15 Dicembre.*	Congregazione ordinaria.
25. - *22* »	Congregazione antipreparatoria sulle virtù della Ven. Serva di Dio Maria De Mattias.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

28 novembre 1930. 11 Rmo P. Emilio Herman S. I., *Consultore della Sacra Congregazione pro Ecclesia Orientali.*

3 dicembre » Gli Emi Signori Cardinali Raffaello Carlo Rossi e Giulio Serafini, *Membri della Commissione Pontificia per r interpretazione del Codice di Diritto Canonico.*

» » » L'IUmo e Rmo Monsig. Francesco Morano e il Rmo P. Arturo Vérmeerseh, S. I., *Consultori della suddetta Pontificia Commissione.*

9 » » HRmo P. Emanuele Suarez, dei Frati Predicatori, *Consultore della Sacra Congregazione del Concilio.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si **è** degnato di nominare:

19 NOVEMBRE 1930. L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *PROTETTORE DELL'OSPIZIO E COLLEGIO URBANO DI S. GIROLAMO DEGLI ILLIRICI.*

» » » L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *PROTETTORE DELLE PICCOLE SUORE DEI POVERI* (Rennes).

19 » » L'Emo Sig. Cardinale Raffaele Carlo Rossi, *PROTETTORE DELL'ISTITUTO DELLE SUORE OR SOLINE DI SOMASCA* (Bergamo).

20 » » L'Emo Sig. Cardinale Lorenzo Lauri, *PROTETTORE DELL'ARCICONFRATERNITA URBANA DI SANTA CATERINA DA SIENA.*

24 » » L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *PROTETTORE DELLE RELIGIOSE DEL SACRO CUORE DI MARIA* (Béziers-Montpellier).

. *VESCOVI ASSISTENTI AL SOGLIO PONTIFICIO:*

14 NOVEMBRE 1930. Monsig. Giuseppe Roberto Cowgill, Vescovo di Leeds. '

» » » Monsig. Tito Trocchi, Arcivescovo tit. di Lacedemonia.

PROTONOTARIO APOSTOLICO ad instar participantium:

1.0 NOVEMBRE 1930. Monsig. Bartolomeo Podestà, della diocesi di Albenga.

PRELATI DOMESTICI DI S. S. :

18 LUGLIO 1930. Monsig. Carlo Leone Nelligan, dell'archidiocesi di Edmonton.

» » » Monsig. Guglielmo Lyons, della medesima archidiocesi.

» » » Monsig. Michele Giuseppe O'Gorman, della medesima archidiocesi.

» » » Monsig. Guglielmo Burke Carleton, della medesima archidiocesi.

25 OTTOBRE » Monsig. Augusto Pasi, della diocesi di Reggio Emilia.

28 » » Monsig. Paolo M. Krieg (Roma).

» » » Monsig. Guglielmo Godfrey, dell'archidiocesi di Liverpool (res. Roma).

6 NOVEMBRE » Monsig. Michele J. MacDonald, della diocesi di Kingston.

» » » Monsig. Giacomo F. Nicholson, della medesima diocesi.

7 » » Monsig. Gualtiero Cavanagh, dell'archidiocesi di Ottawa.

10 » » Monsig. Giuseppe Kulinowski, dell'archidiocesi di Cracovia.

22 » » Monsig. Luigi Muscari, dell'archidiocesi di Otranto.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

LA COMMENDA DELL'ORDINE PIANO :

20 NOVEMBRE 1930. Al sig. marchese Giovanni Dufour-Berte, dell'archidiocesi di Firenze.

LA GRAN CROCE DELV ORDINE DI S. GREGORIO MAGNO, CLASSE CIVILE :

8 NOVEMBRE 1930. Al sig. comm. Francesco Alessandro Anglin, dell'archidiocesi di Ottawa.

» » » Al sig., comm. Rodolfo Lemieux, della medesima archidiocesi.

LA COMMENDA CON PLACCA DELL'ORDINE DI S. GREGORIO MAGNO, CLASSE CIVILE:

17 OTTOBRE 1930. Al sig. dott. Guido Hösslinger, delParchidiocesi di Vienna.

LA COMMENDA DELL''ORDINE DI S. GREGORIO MAGNO, CLASSE CIVILE:

22 OTTOBRE 1930. Al sig. Renato Ernesto Lefaivre, dell'archidiocesi di Quebec
25 » Al sig. Ivan Dolgorukoff (Cina).
30 » Al sig. dott. Stefano Srkulij, dell'archidiocesi di Zagabria.
» » Al sig. Arturo Machnik, della medesima archidiocesi.
7 NOVEMBRE Al sig. Napoleone Antonio Belcourt, dell'archidiocesi di Ottawa.
8 Al sig. cav. Pietro Buzzi, della diocesi di Casale.
11 Al sig. dott. Leonida Pitamic (Jugoslavia).
20 Al sig. Endrico Giacomo Antonio Widdendorf, della diocesi di Harlem.
22 Al sig. Vincenzo Orreca (Roma).

IL CAVALIERATO DELL'ORDINE DI S. GREGORIO MAGNO, CLASSE CIVILE:

30 GIUGNO 1930. Al sig. prof. Palmiro Foresi, della diocesi di Livorno,
10 LUGLIO » Al sig. dott. Vincenzo Palmieri, dell'archidiocesi di Napoli,
AI sig. dott. Mario Mazzeo, della medesima archidiocesi.
27 SETTEMBRE Al sig. Vittorio Belloni, dell'archidiocesi di Milano.
13 OTTOBRE Al sig. Vittorio Schromm, dell'archidiocesi di Vienna.
» •>> Al sig. Carlo Habich, della medesima archidiocesi.
25 » Al sig. rag. Antonio Rinaldi (Roma).
4 NOVEMBRE Al sig. Giovanni Battista Petrocchi (Roma).
Al sig. Guglielmo Jacqmotte, dell'archidiocesi di Malines,
Al sig. dott. Edoardo Ryan, dell'archidiocesi di Kingston,
Al sig. dott. Carlo Edoardo O'Connor, della medesima archidiocesi.
» **AI sig.** Guglielmo Alberto Twaalfhoven, della diocesi di Harlem.
10 » Al sig. Emilio Jouffrey, della diocesi di Orleans.
U » Al sig. Gabriele Mayer, della diocesi di Passau.
» » Al sig. Teodoro Stojanovic (Jugoslavia),
12 » Al sig. ing. Giuseppe Tubini, della diocesi di Modena.
13 » Al sig. Giovanni Alfredo Kelly, dell'archidiocesi di Liverpool.
15 » Al sig. dott. Emmanuele de la Pila Iglesias, della diocesi di Pouce.
18 » Al sig. Tito Rotellini (Roma).
19 » Al sig. Giovanni A. van der Voort, della diocesi di Harlem.

19 Novembre 1930. Al sig. Silvestro Bruysten, della medesima diocesi.
» » ' » Al sig. Giorgio d'Haussy, dell'archidiocesi di Cambrai.
22 » » Al sig. dott. Guglielmo Bausen, della diocesi di Münster.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

30 Giugno 1930. Al sig. Giuseppe Pereira Monteiro, della diocesi di Portallegre in Portogallo.
17 Novembre » Al sig. Ugo Celmius (Lettonia).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

31 Ottobre 1930. Al sig. Amadeo Di Majo (Roma).
» » » Al sig. Michele Arcangelo Manzo, della diocesi di Rimmi-

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

28 Giugno 1930. Al sig. Bartolomeo Locatelli, della diocesi di Livorno.
14 Ottobre Al sig. Antonio Amon, dell'archidiocesi di Vienna.
Al sig. Ferdinando Sedlar, della medesima archidiocesi.
4 Novembre Al sig. Paolino Miranda y Sampedro, della diocesi di Tuguegarao.
Al sig. rag. Giuseppe Santambrogio, dell'archidiocesi di Milano.
» Al sig. Tebaldo D'Agostino (Roma).
6 Al sig. Remo Grendeue, della diocesi di Vicenza.
11 Al sig. Giuseppe Geiselberger, della diocesi di Passau.
12 Al sig. ing. Lorenzo Manfredini, dell'archidiocesi di Mo dena.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

LI Maggio 1930. Monsig. Paolo Maria y Ferrau, dell'archidiocesi di Tarragona.
6 Novembre Monsig. Manuel Alves, dell'archidiocesi di Evora.
20 Ottobre Monsig. Calogero Carletta, della diocesi di Caltanisetta.
» » Monsig. Paolo Buttigieg, della diocesi di Malta.
28 *»* Monsig. Saverio Yeruva, della diocesi di Nellore.
4 Dicembre Monsig. Francesco Vanèk, della diocesi di Budejovice.
Monsig. Giovanni Motti, della medesima diocesi.
» » Monsig. Venceslao Tûma, della medesima diocesi.
11 *»* Monsig. Boleslao Gumowski, della diocesi di Lomza.
Monsig. Ferdinando Baldelli (Roma).

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

11 Dicembre 1930. **11** Sig. Adamo de Czarlinski, della diocesi di Culma.
» » » Il sig. Luciano de Pradzynski, della medesima diocesi.
» » » Il sig. Giovanni de Szczaniecki, della med'esima diocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

22 ***Dicembre 1929.*** Monsig. Felice Josefowicz, dell'archidiocesi di Leopoli dei Latini.

4 Settembre 1930. Monsig. Carlo Humair, dell'archidiocesi di Basilea e Lugano.

20 Novembre » Monsig. Aristide Falnectaer, della diocesi di Pavia.

Monsig. Biagio Pignataro, della diocesi di Policastro.

Monsig. Luigi D'Angelo, della diocesi di Capaccio Vallo.

Monsig. Pietro Paolo di Ruocco, della medesima diocesi.

20 Ottobre Monsig. Nicolò Besa, della diocesi di Concordia.

4 Dicembre Monsig. Luigi Capelli, della diocesi di Pavia.

NECROLOGIO

28 Novembre 1930. Monsig. Agostino Dowling, Arcivescovo di S. Paolo di Minnesota.

AMMWM **XXIII - Vel. XXIII** **2 Februarii 1931** **Knm. 2**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

MOTU PROPRIO

DE **PLUMBEO SIGILLO CANCELLARIAE APOSTOLICAE INNOVANDO**

PIUS PP. XI

Apostolicae Litterae pro beneficiorum et officiorum consistorialium provisione et pro aliis Ecclesiae maioribus negotiis conficiendis, ad normam Codicis iuris canonici (can. 260) e Cancellaria Apostolica expediuntur. Sollemniora huiusmodi acta, in pergamenata chartam transcripta, pluribus abhinc saeculis Romam Pontifices plumbeo sigillo seu bulla, unde acta illa *Bullae* etiam nuncupata sunt, firma ac rata facere consueverunt. Huius sigilli pars, quae imagines Apostolorum Principum exhibebat, si parva quaedam excipiantur quae praecipue ad eius structuram pertinebant, eadem fere semper permansit; altera vero novo quoque Pontificatu mutabatur, cum singulorum Pontificum nomina ferret. Kos autem, quin veteri huic consuetudini derogemus, pro praecipua Nostra de officio ac decore Cancellariae Apostolicae cura, consentaneum censemus ut plumbeum sigillum, quod usque adhuc adhibitum est, non modo quoad structuram, verum etiam quoad amplitudinem ac pondus, quo expeditius mittantur Bullae, mutetur. Quapropter una cum dilecto filio Fostró Cardinale Andrea Fruiiwirth, S. R. E. Cancellario, re diligenter perpensa, libenti animo novum sigillum plumbeum, ad vetera elegantiori exemplaria confectum, nonnullisque

quidem rebus opportune mutatis, a peritissimo artifice effingi iussimus. Nunc vero, eum exemplar, quod Nobis non pauca post experimenta oblatum est, probaverimus, utpote quod aptius videretur ad faciliorem efficiendam Bullarum expeditionem, idcirco his Litteris, motu proprio datis, volumus ac decernimus ut a die xii mensis Februarii, quo die, nono ante anno, in Vaticana Basilica Summi Pontificatus insignia sollemni ritu accepimus, sigillum hoc novum, a Plumbatore religiose custodiendum, uti sigillum Nostrum Pontificium in omnibus Cancellariae Apostolicae actis unice in posterum adhibeatur; * idque dilecto filio Nostro Cardinali Cancellario curandum et exsequendum committimus. Quod vero a Nobis hisce Litteris statutum est, id firmum ac ratum esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvni mensis Ianuarii anno **MDecccxxxi**, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

**** Typum magnitudinis et figurae habes infra pag. SI.***

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE NOVA PROVINCIARUM ECCLESIASTICARUM ET DIOECESIUM IN STATU • BORUSSICO CIRCUMSCRIPTIONE. •

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pastoralis officii nostri cura et Ecclesiarum omnium sollicitudo a Nobis iugiter postulat ut, quae dominico gregi salubrius pascendo ac facilius regundo prodesse videntur, ea sedulo studio praestare satagamus* Ad hoc siquidem assequendum non parum iuvat recta dioecesium circumscriptio, quae temporum et locorum adiunctis quam maxime respondeat. Cum itaque inter Apostolicam Sedem et Borussiae Statum solemnis Conventio, seu Concordatum, nuper inita et confirmata sit, qua hierarchia et dioecesium circumscriptio noviter in eodem Statu ordinantur: Nos, quae in ecclesiastici regiminis utilitatem iisdem pactis sancita sunt executioni mandare volentes, additis parvis quibusdam dioecesium finium mutatio-

nibus, quae tamen localem animarum curam nnice respiciunt, omnibus mature perpensis, suppletio, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Apostolicae potestatis plenitudine ea quae sequuntur decernimus et statuimus:

I. In Statu Borussiae, praeter provinciam ecclesiasticam Coloniensem iam exsistentem, duas, ut infra, novas erigimus provincias, Vratislaviensem et Paderbornensem.

IL Coloniensis provincia, praeter metropolitanam Ecclesiam Coloniensem, retinebit ut antea suffraganeas ecclesias Monasteriensem et Trevirensem. Ab eadem vero separamus ac seiungimus sedem episcopalem Paderbornensem, cuius Antistitem propterea ab Archiepiscopi Coloniensis metropolitico iure eximimus. E contra posthac augebitur sedibus Aquisgranensi, noviter, ut infra, erigenda, Limburgensi, metropolitanae Ecclesiae Friburgensis hucusque suffraganea, et Osnabrugensi, S. Sedi hactenus immediate subiecta.

1) Archidioecesis Coloniensis coarctabitur ad hos qui sequuntur decanatus : Alfter, Barmen, Bedburg, Benrath, Bensberg, Bergheim, Beuel, Bonn, Brühl, Düsseldorf, Elberfeld, Essen, Euskirchen, Frechen, Godesberg, Grevenbroich, Gummersbach, Hersel, Kerpen, Köln, Königswinter, Lechenich, Lövenich, Meckenheim, Mülheim, Münstereifel (exceptis paroeciis Bouderath et Nöthen), Neunkirchen, Neuss, Oberhausen, Opladen, Porz, Batingen, Bheinbach, Siegburg, Solingen, Uckerath,' Werden, Wipperfürth, Wissen, Zons, Zülpich (exclusis paroeciis: Berg, Disternich, Floisdorf, Sievernich, Vlatten); itemque ad sequentes paroecias: Elfgen, Commern, Füssenich, Kupferdreh, Larigerf eld, Pingsheim. Beliquum autem territorium ad Coloniensem archidioecesim usque nunc pertinens, ab eadem avellimus et dismembramus. Capitulum metropoli-' tanüm Coloniense suam etiam in posterum constitutionem servabit; volumus tamen ut unus ex eius membris honorariis eligatur inter clericos magistros in Facultate Theologica, quae in ea ipsa archidioecesi exstat.

2) Territorium ab archidioecesi Coloniensi, ut supra diximus, avulsum in novam erigimus dioecesim, quam a percelebri Aquisgranensi urbe; Aquisgranensem mmcupari volumus. Haec nova dioecesis hos decanatus comp*ehendet: Aachen, Aldenhoven, Alsdorf, Blankenheim, Cornehmünster, Derichsweüer, Dülken, Düren, Erkelenz, Eschweiler, Gangelt, Geilenkirchen, Gemünd, Gladbach, Hasselsweiler, Heinsberg, Herzogenrath, Hochneukirch (excepta paroecia Elfgen), Jülich, Kempen, Krefeld, Kronenburg (exclusis paroeciis: Hallschlag, Ormont, Steffeln), Linnich, Lobberich, Mechernich (excepta paroecia Commern), Monschau, Nideggen^ Nörvenich (exclusa paroecia Pingsheim), Bheydt, Steinfeld, Stoiber^

Uerdingen (exceptis paroeciis: Friemersheim et Kaldenhausen), Vet t weiss (seclusa paroecia Füssenich), Viersen, Wassenberg, Wegberg. Eidem insuper Aquisgranensi dioecesi assignamus quas supra memoravimus paroecias Berg, Bouderath, Disternich, Floisdorf, Nöthen, Sievernich, Vlatten atque paroeciam Hinsbeck, quam propterea ex territorio dioecesis Monasteriensis separamus.

Huius novae dioecesis sedem in urbe Aquisgranensi, a qua dioecesis ipsa nomen mutuato, constituimus, quam proinde ad. civitatis episcopalis fastigium extollimus cum omnibus iuribus et privilegiis, quibus ceterae episcopales civitates iure communi fruuntur. Cathedram vero Episcopi in ecclesia Beatae Mariae Virginis in caelum Assumptae, in eadem urbe exstante, figimus, quam idcirco ad Ecclesiae Cathedralis gradum et dignitatem evehimus; ipsi ergo eiusque pro tempore Episcopis ima omnia ac privilegia concedimus, quibus aliae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi potiuntur, eisdemque onera imponimus, quibus aliae Cathedrales Ecclesiae earumque Episcopi per orbem adstringuntur.

Hanc autem novam dioecesim suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Coloniensis, simulque Aquisgranenses pro tempore Episcopos metropolitico iuri Archiepiscopi Coloniensis subiicimus. Capitulum vero collegiale, in urbe Aquisgranensi exstans, ad Capituli Cathedralis gradum et fastigium extollimus cum omnibus iuribus, insignibus et privilegiis, oneribus et obligationibus quae Capitulis cathedralibus sunt propria; idemque unica dignitate, videlicet Praeposito, ac sex canonicis titularibus, quatuor canonicis honorariis et sex vicariis constituetur.

3) Dioecesis Limburgensis suo ambitu complecteto decanatus: Oamberg, Eltville, Hadamar, Höchst, Bad Homburg, Königstein, Lim? bürg, Meudt, Montabaur, Oberlahnstein, Bansbach, Rennerod, Büdesheim, Bad Schwalbach, Wiesbaden; itemque paroeciam Limburg, iure exemptionis gaudentem; necnon districtum Frankfurt a. Main, cum paroeciis: Bockenheim, Eckenheim, Eschersheim, Fechenheim, exceptis tarnen locis: Bergen-Enkheim et Bischofsheim. Hanc Limburgensem dioecesim a metropolitico iure Archiepiscopi Friburgensis subtrahimus, ac, ut iam diximus, metropolitanae Ecclesiae Coloniensis suffraganeum constituimus.

- 4) "Monasteriensis dioecesis pro suo territorio decanatus habebit: Ahaus, Ahlen, Beckum, Bocholt, Borken, Bottrop, Buer, Burgsteinfurt, Calcar, Cleve, Cloppenburg (secluso loco Wachtum cum propria ecclesia), Coesfeld, Damme, Datteln, Dinslaken, Dorsten, Duisburg, Dülmen, Emmerich, Freckenhorst, Friesoythe, Geldern (excepta paroecia Hinsbeck), Gladbeck. Goch, Hamborn, Herten, Kevelaer, Ibbenbüren, Lüdinghausen, Moers, Münster, Nottuln, Oldenburg, Recklinghausen, Rees, Rheine,

Eheinberg, St^rkrade, Telgte, Vechta, Vreden, Warendorf, Werne, Xanten; ac insuper eas, quae sequuntur, paroecias: Kaldenhausen, Friemersheim ^ Tönisberg et locum Korte in Levinghausen.

Huius dioecesis cathedrale Capitulum immutatum manebit, sed in posterum unus ex eius membris honorariis inter clericos magistros in Facultate Theologica in ea ipsa dioecesi exsistente eligetur.

5) Dioecesis Osnabrugensis servabit antiquos decanatus, videlicet: Bentheim, Emsland I, Emsland II, Freren, Fürstenau, Gronenberg, Hümmling, Hunteburg-Vörden, Jburg, Lingen, Osnabrück, Ostfriesland, nec non locum Wachtum cum propria ecclesia; atque simul perpetuo sibi adiungei territorium missionis efformatum ex vicariatu apostolico amplectendo loca Bremen, Hamburg, Lübeck, Oldenburgisch-Lübeck, Mecklenburg-Schwerin, Mecklenburg-Strelitz, Schaumburg-Lippe, et ex praefectura apostolica de Schleswig-Holstein; quod missionis territorium iam sub Episcopi Osnabrugensis, uti Vicarii et Praefecti Apostolici, administratione erat;

Hanc dioecesim Apostolicae Sedi hactenus immediate subiectam metropolitanae Ecclesiae Coloniensis suffraganeam constituimus et declaramus.

6) Trevirensis dioecesis patebit per decanatus: Adenau, Ahrweiler, Andernach, Bassenheim, Bernkastel, Birkenfeld, Bischofsdhron, Bitburg, Blankenrath, Burgbrohl, Carden, Clausen, Cobern, Cochem, Conz, Daun, Dillingen, Ehrang, Ehrenbreitstein, Engers, Gerolstein, Hermeskeil, Hillesheim, Illingen, Irrel, Kaisersesch, Kelberg, Kirchen, Koblenz, Kreuznach. Kyllburg, Linz, Manderscheid, Mayen, Merzig, Münstermaifeld, Neuerburg, Obergondershausen, Oberkail, Ottweiler, Perl, Piesport, Prüm, Remagen; Ruwer, Saarbrücken, Saarburg, Saarloiiis, Schweich, Simmern, Sobernheim, Sulzbach, St. Goar, St. Wendel, Trier, Völklingen, Wadern, Wadgassen, Waxweiler, Wittlich, Zell; atque praeterea per paroecias Halîsclilag, Ormont, Steffeln cum vicariis Jünkerath et Schüller.

III. Nova provincia Vratislaviensis efformabitur ex ipsa ecclesia Vratislaviensi, ad metropolitanae dignitatem extollenda, ex suffraganeis dioecesibus Berolinensi, noviter erigenda, et Varmiensi, nec non ex suffirai-' ganea praelatura «nullius» Schneidemühlensi noviter et ipsa erigende.

^Vratislaviensis dioecesis suum servabit territorium, ea parte excepta quae administrationi Apostolicae Berolinensi iam attributa fuit. Hanc cathedralem Ecclesiam S. Sedi. hucusque immediate subiectam, ad metropolitanae Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus, eidemque propterea attribuimus et assignandus omnia et singula iura, privilegia et praerogativas, quae ceteris métropolitains sedibus ex iure competunt, simulque Archiepiscopos pro tempore Vratislavienses iuribus ac privilegiis augemus, quibus ceteri Archiepiscopi fruuntur una cum facultate erri

cera ante se deferendi, necnon pallio, ad sacrorum canonum normas, utendi, postquam tamen hoc ab Apostolica Sede in sacro Consistorio postulatum et impetratum fuerit. Ecclesiam vero Vratislaviensem eiusque Antistitem iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae per orbem metropolitanae sedes earumque Antistites tenentur. Item Capitulum cathedrale Vratislaviense ad Capituli metropolitam gradum et dignitatem extollimus, eidemque tribuimus honores et praerogativas metropolitam^ Capitulis de iure spectantes, suppresso loco, quem hucusque sibi reservatum obtinebat Praepositus S. Hedwigis in urbe Berolinensi. Unus autem ex capitularibus ad honorem inter clericos magistros in Facultate Theologica, quae in ipsa archidioecesi Yratislaviensi exstat, eligetur.

2) Insuper Administrationem Apostolicam Berolinensem supprimimus, et ex eius territorio novam eiusdem nominis dioecesim erigimus, quam metropolitanae Ecclesiae Vratislaviensis suffraganeam declaramus, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico iuri Archiepiscopi Vratislaviensis subiicimus. Huius dioecesis episcopalem sedem in urbe Berolinensi constituimus, quam proinde ad civitatis episcopalis gradum evehimus. Cathedram vero Episcopi in ecclesia S. Hedwigis ibidem exstante figimus, quam proinde ad Ecclesiae cathedralis fastigium et dignitatem extollimus, eidemque propterea eiusque pro tempore Episcopis omnia concedimus iura et privilegia quibus ceterae cathedrales earumque Antistites pollent, illosque simul oneribus et obligationibus adstringimus, quae cathedralibus ecclesiis earumque Episcopis ad tramitem iuris pertinent. In eadem S. Hedwigis ecclesia Capitulum cathedrale erigimus, quod constabit una dignitate, idest Praeposito, quinque canonicis titularibus, unico canonico ad honorem et quatuor vicariis. Hoc vero Capitulum tum iuribus, insignibus ac privilegiis fruetur, tum obligationibus tenebitur, quae ex iure statuuntur.

3) Varmiensis dioecesis efformabitur ex iis qui sequuntur decanatibus: Allens i ein, Braunsberg, Christburg, Elbing, Guttstadt, Heilsberg, Marienburg, Masuren I, Masuren II, Mehlsack, Rössel, Samland, Seeburg, Sfcuhm, Tilsit, Wartenburg, Wormditt, nec non Pomesanien, cuius territorium Varmiensi dioecesi assignamus, ac propterea ipso facto cessabit ipsius territorii Administratio Apostolica;

Hanc autem dioecesim Varmiensem, hactenus Apostolicae Sedi immediate subiectam, metropolitanae Ecclesiae Vratislaviensis in posterum suffraganeam constituimus, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico iuri Vratislaviensis Aiehiepiscopi subiicimus.

Capitulum vero cathedrale Varmiensis dioecesis, in urbe Frauenburg exsistens, in futurum constituetur duabus dignitatibus, Praeposito nempe

et Decano, sex canonicis titularibus, quatuor canonicis honorariis et quatuor vicariis. •

4) Novam insuper per praesentes Litteras erigimus praelaturam «nullius » quam Schneidemühlensem nuncupari volumus. Ipsam metropolitanae Ecclesiae Vratislaviensis suffraganeam constituimus; eiusque pro tempore Praelatos metropolitico iuri Archiepiscopi Vratislaviensis subiicimus.

Huius novae praelaturae territorium constabit ex residuis partibus occidentalibus archidioecesis Gnesnensis et Posnaniensis atque dioecesis Culmensis, videlicet ex decanatibus: Betsche, Bomst, Deutsch Krone, Flatow, Fraustadt, Lauenburg i. Pomm., Schlochau, Schneidemühl. Nova hac praelatura ita erecta, Administratio Apostolica sub qua iidem decanatus hactenus erant, ipso facto cessabit.

IV. Nova provincia ecclesiastica Paderbornensis amplectetur ipsam Paderbornensem Ecclesiam ad metropolitanae gradum ut infra elevandam, atque suffraganeas sedes Fuldensem et Hildeshiensem.

1) Cathedralem Ecclesiam Paderbornensem, Ecclesiae Coloniensis hucusque suñraganeam ac ab eiusdem metropolitico iure, ut supra, avulsam, ad Ecclesiae metropolitanae gradum et fastigium extollimus cum omnibus iuribus, privilegiis, praerogativis, honoribus et insignibus nec non oneribus et obligationibus quae tum metropolitanis Ecclesiis, tum earum pro tempore Archiepiscopis de iure pertinent. Idcirco Paderbornensi Archiepiscopo concedimus ius crucem ante se ferendi atque pallio ad ss. canonum normas utendi, postquam vero hoc in Consistorio expostulatum ac obtentum fuerit.

Archidioecesis Paderbornensis territorium ex his qui sequuntur decanatibus efformabitur: Anröchte, Arnsberg, Attendorn, Beverungen, Bielefeld, Bigge, Bochum, Borgentreich, Brakel, Brilon, Büren, Castrop? Bauxel, Delbrück, Dessau, Detmold, Dortmund-Altstadt, Dortmund-Nordost, Dortmund-Süd, Dortmund-West, Egeln, Eisleben, Elspe, Gehrden, Gelsenkirchen, Geseke, Hagen (excepta paroecia Langerfeld), Halberstadt, Halle, Hamm, Hattingen (seclusa paroecia Kiipferdreh), Herne, Höxter, Iserlohn, Kamen, Letmathe, Lichtenau, Magdeburg, Marsberg, Medebach, Menden, Meschede, Olpe, Oschersleben, Paderborn, Bietberg, Büthen, Salzkotten, Siegen, Soest, Steinheim, Stendal, Sundern, Waldeck, Wanne-Eickel, Warburg, Wattenscheid, Werl, Wiedenbrück, Witten, Wittenberg, Wormbach.

Capitulum vero cathedrale Paderbornense ad Capituli metropolitani honorem et dignitatem extollimus cum omnibus iuribus, praerogativis et privilegiis quae Capitulis metropolitanis sunt propria.

2) Hildeshiensem dioecesim, hactenus Apostolicae Sedi immediate subiectam, metropolitanae Ecclesiae Paderbornensis suffraganeam constituimus, eiusque pro tempore Antistites metropolitico iuri Archiepiscopi Paderbornensis obnoxios declaramus. Huius dioecesis territorium comprehendet decanatus: Bockenem, Borsum, Braunschweig, Detfurth, Duderstadt, Förste, Gieboldehausen, Goslar, Gronau, Hannover, Harburg, Hildesheim, Lindau, Nörten, Peine, Verden; paroeciam Einteln et curatiae Obernkirchen et Bad Nenndorf. Huius dioecesis Capitulum cathedrale quinque canonicis titularibus in posterum constabit.

3) Fuldensem dioecesim, hucusque ecclesiasticae provinciae Friburgensi subiectam, a metropolitico iure Ecclesiae Friburgensis subtranimiis, et suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Paderbornensis, eiusque pro tempore Antistites metropolitico iuri Archiepiscopi Paderbornensis subiicimus. Ad Fuldensem dioecesim pertinebant decanatus: Amöneburg, Beuren, Bisch off erode¿ Eiterfeld, Erfurt, Fritzlar, Fulda, Geisa, Grossenlüder, Hanau, Heiligenstadt, Hilders, Hünfeld, Kassel (exclusa paroecia Rinteln cum vicariis Obernkirchen et Bad Nenndorf), Kirchworbis, Küllstedt, Lengenfeld, Margretenhaun, Neuhof, Nordhausen, Orb, Rustenfelde, Salmünster, Weimar, Weyhers, Wiesenfeld; atque insuper loca: Bergen-Enkhein et Bischofsheim. Huius dioecesis Capitulum cathedrale quinque canonicis titularibus in futurum constituetur.

Hisce itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Caesarem Orsenigo, Archiepiscopum Ptolemaidensem in Lybia, Nuntium Apostolicum in Republica Germanica, eidem propterea tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura, et cum onere ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi intra sex mense*, ab;his Litteris acceptis computandos, peractae exsecutionis actus authentieum exemplar.

Praesentes autem Litteras triplici originali exaratas et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas tanquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere

atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et si secus super bis a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notam publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Eomanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem has Litteras Nostras dismembrationis, assignationis, erectionis, evectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo ac trigesimo, die decimatertia mensis Augusti, Pontificatus Nostri anno nono.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *Cancellarius S. B. E.*

FR. R. C. CARD. ROSSI, *S. C. Consistorialis a SecreiU.*

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Bey. in Cane. Ap., vol. XL1I, *n.* ***60*** **- M. Riggi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

DÏSTRACTO TERRITORIO A VICARIATU APOSTOLICO DE MARIANNHBLL B R I CrITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE UMTATA.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quo maiori rerum fidei incremento consuleret, Delegatus Apostolicus Africae Meridionalis, in rem quoque consentiente Ordinario vicariatus apostolici de Mariannhill, nuper a Nobis

postulavit ut apostolicus vicariatus de Mariannhill, ob nimiam eiusdem vastitatem, in duas, propriis pastoribus concredendas, partes divideretur. Nos autem vestigiis sequuti Decessores Nostros, qui iugiter sollicito studio ea statuenda curarunt quae in exploratam christiani populi utilitatem cederent, huiusmodi votis benigne concedendum existimavimus. Quapropter conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui Sacrae Congregationis de Propaganda Fide negotiis praepositi sunt, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, a territorio praedicti vicariatus apostolici de Mariannhill regionem meridionalem subtrahimus, eademque novam praefecturam apostolicam erigimus, quam *de Umtata* nuncupatam ad Nostrum et Sanctae Sedis beneplacitum curis Patrum Instituti de Mariannhill committimus. Novae vero praefecturae apostolicae de Umtata territorium in posterum siet, quod positum est ad meridiem versus lineae, quae incipiens ab ore fluminis *8t. Johns* sequitur eiusdem fluminis cursum, dein fluminis *Tina* cursum usque ad limites districtus de *Mount-Fletcher*, limites orientales eiusdem districtus ad flumen *Kenira,* atque istius fluminis cursum usque ad fines vicariatus apostolici de Basutoland.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant seu spectare poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Martii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a /Secretis Status.*

II

ERIGITUR IN VICARIATUM APOSTOLICUM PRAEFECTURA APOSTOLICA DE CAQUETA.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Decessores Nostros vestigiis secuti, ea, quae ad Fidei incrementum decusque religiosae rei conducere videantur, data opportunitate, statuenda cur armis. Quapropter cum in praefectura apostolica de Caqueta, intra fines Reipublicae Columbiae, hisce temporibus

Nostris, christiani nominis res tam conspicuam susceperint incrementum, ut ad uberiore ratione ibidem christifidelium bono prospiciendum, praefectura ipsa in vicariatum apostolicum proprium erigenda sit: Nos, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui Propagandae Fidei negotiis praepositi sunt, haec, quae sequuntur, edicimus ac decernimus. Nimirum certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, praefecturam apostolicam de Caqueta, suis hodiernis finibus constitutam, in Vicariatum Apostolicum erigimus eodem nomine *de Caquetà* nuncupandum. Eundem vero novum vicariatum apostolicum de Caquetà curis Ordinarii episcopali charactere aucti commissum volumus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXXI mensis Maii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E.. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

FINES REGUNTUR INTER VICARIATUM APOSTpLICUM DISTRICTUS OCCIDENTALIS PROMONTORII BONAE SPEI ET PRAEFECTURAM APOSTOLICAM DISTRICTUS CENTRALIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex hac Divi Petri Cathedra, quam divinitus obtinemus, in omnes orbis christiani regiones, pro munere Nostro, mentis oculos, sublimi tamquam e specula, convertimus, et quae rei sacrae procurationi melius gerendae expedire videantur, paterno sollicitoque studio decernere maturamus. Hoc ducti consilio, cum venerabilis frater Meridionalis Africae Apostolicus Delegatus retulerit ad Nos in magno vicariatus apostolici Districtus occidentalis Promontorii Bonae Spei territorio, ob sacerdotum penuriam rem catholicam incrementa capere haud posse, ideo-

que Delegatus idem, vota quidem exprimens ipsius vicariatus Ordinarii, expostulaverit ut a dicta missione pars quaedam distraheretur, finitimae praefecturae Districtus centralis Promontorii Bonae Spei adnectenda: Nos votis his concedendum propensa voluntate existimavimus, potissimum cum propositae divisioni atque adnexioni venerabilis fratris Francisci Hennemann, enunciatae praefecturae centralis Districtus Ordinarii, consensus accedat. Collatis igitur consiliis cum venerabilibus fratribus .Nostris Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, decem provincias civiles, videlicet de Worcester, Tulbagh, Ceres, Swellendam, Riversdaie, Montagu, Robertson, Laingsburg, Sutherland, et Ladysmith ad vicariatum apostolicum Districtus occidentalis Promontorii Bonae Spei hue usque pertinentes, a dicto vicariatu dividimus sive dismembramus, easdemque praefecturae Districtus centralis Promontorii Bonae Spei adnectimus.

Haec volumus, mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras, firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite diiudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate quavis, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxviii m. Iunii an. MDCCCOXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, a *Secretis Status.*

IV

TEMPLUM TERSACTENSE B. M. V. MATRIS GRATIARUM IN DIOECESI SEGNIENSÍ, TITULO HONORIBUSQUE AUGETUR BASILICAE MINORIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Dioecesis Segniensis et Modrusiensis intra fines, in loco vulgo *Trsat* nuncupato, exstat sub titulo Beatae Mariae Virginis Matris Gratiarum Tersactense sanctuarium, cuius historia cum

sanctuarii Beatae Mariae Virginis Lauretani historia stricte coniuncta est. Fertur enim olim sacram aediculam Lauretanam Tersactense solum praesentia sua per triennium consecrasse: ac propterea eundem ad locum iam a saeculo tertiodecimo peregrinorum more fideles e Croatia confluxisse. Decessor vero Noster Urbanus Pp. V ad spirituale gentis illius regionis solamen procurandum piam quandam Beatae Virginis imaginem misit, quam, gratiis miraculisque claram, omnes magna devotione colunt, iamque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Marcus Antonius Barbarigo aurea corona solemni ritu decoravit. Sanctuarium autem, quod, vetustate conspicuum, altaribus marmoreis atque artis operibus interius renidet, patribus Ordinis Fratrum Minorum provinciae Croatiae Sanctorum Cyrilli ac Methodii a multis saeculis concreditum est; iidemque patres, sollertia studioque haud communibus, officia divina eodem in loco peragenda debito splendore curant, spiritualibus innumerabilem peregrinorum necessitatibus subvenire student, cultum devotionemque erga Deiparam quoquo pacto fovent ac provehunt. Nil mirum proinde si moderator provinciae minoriticae Croatiae enixas humilesque Nobis preces adhibuerit, ut sanctuarium Tersactense basilicae minoris honoribus privilegiisque decorare velimus, ut magis magisque in dies obîaqtiium gentis praesertim Iugoslaviae erga Virginem Gratiarum Ters&cfceasem augeatur. Nos vero, cum iam plures Decessores Nostri privilegiis variis honestaverint sanctuarium ipsum Marianum, quod aliquando Imperatores quoque pretiosis donis ditarunt, ac praeterea cum compertum habeamus preces Moderatoris provincialis Minoritici memorati amplissimis exornari suffragiis tum Nostri Apostolici Nuntii in Jugoslavia, tum Episcopi Segniensis ac Modrusiensis, tum Procuratoris generalis Ordinis Minorum, tum denique Praefecti etiam dvilis civitatis, cuius in territorio sanctuarium positum est, ultro libenterque precibus praefatis annuendum censuimus. Quae cum ita sint, audito dilecto filio Nostro CardmaU Sacrorum Rituum Congregationi praeposito, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, ecclesiam sive sanctuarium Beatae Mariae Virginis Matris Gratiarum Tersactense, Segniensis ac Modrusiensis dioecesis intra fines, patribus Ordinis Fratrum Minorum concreditum, titulo, honoriftcentiis ac privilegiis Basilicae minoris, iuxta decreta ac morem, decoramus. '

Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super

his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vn mensis Iulii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

V

IN VICARIATUM APOSTOLICUM PROVEHITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE MATADI.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Nos, quibus pascendas oves suas Altissimus commisit, pro hoc divino munere christiani gregis securitati prospicimus, et cum felix incrementum id postulare videatur, aucto quidem numero Pastorum, custodiae illius vigili studio consulimus. Hac mente, cum in praefectura apostolica de Matadi in Congo Belgico, patribus Congregationis Ssmi Redemptoris concredita, res catholica non modo quod ad christifidelium et catechumenorum frequentiam, sed etiam quod ad susceptorum operum numerum et utilitatem,, maxima ex auspicato, novissimis hisce annis, incrementa coeperit, ideoque opportunum videatur eandem in vicariatum apostolicum erigere; Nos, rem pertractantès cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, adiunctis omnibus diligentissime perpensis, quae infra habentur decernenda existimavimus. Nimirum motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, praefecturam apostolicam de Matadi in Congo Belgico, Apostolicum in Vicariatum provehimus atque erigimus.

Id volumus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad.quos pertinent nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate quavis, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxm mensis Iulii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

Vi

DISTRACTO TERRITORIO EX VICARIATU APOSTOLICO DE CHANGSHA ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS DE HENGCHOW IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ex hac Divi Petri Cathedra, quam divinitus obtinemus, sublimi tamquam e specula in omnes orbis christiani regiones oculos mentis Nostrae convertimus, et quae in exploratam cedant fidelium utilitatem, quaeque rei sacrae procurationi melius expediendae faciant, ea sollicito studio, suprema Nostra auctoritate interposita, decernere maturamus. Hoc ducti sapienti consilio, quum dilectus filius Bonaventura Marrani, Minister generalis Ordinis Fratrum Minorum, una cum venerabili fratre Ioanne Mondami, ex ordine superenunciato Minorum Fratrum, Episcopo titulari Synaitano et Vicario Apostolico de Changsha, enixe flagitaverit ut, ad religionis incrementum et ad maius animarum bonum, a vicariatu memorato de Changsha curis sui proprii Ordinis commisso, qui late patet et multitudine incolarum pollet, pars quaedam territorii separaretur eademque sui iuris fieret: Nos, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis diligenter perpensis, attentaque potissimum commendatione venerabilis fratris Nostri Gelsi Costantini, Archiepiscopi titularis Theodosiopölitani, Delegati Apostolici in Sinis, precibus huiusmodi annuendum ultro libenterque censuimus. Quae cum ita sint, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, territorium quod civiles praefecturas de Hengchow, Leyyang, Thanguin, Chengsien, Ichang, Koeigang, Koeitong, Scinnin, Yungscin, Nganjen, Liusien complectitur, a vicariatu apostolico de Changsha seiungimus sive dismembramus; dictumque territorium, ita separatum ac seiunctum, in vicariatum apostolicum sui iuris erigimus, cui nomen facimus de Hengchow, et curis tradimus laudati ordinis Minorum Fratrum ad Nostrum et Sanctae huius Sedis Apostolicae beneplacitum

Haec volumus, statuimus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces, iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari;

sieque rite diiudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sire ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxni m. Iulii an. MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EXOMUM P. D. HEOTOREM FELICI, ARCHIEP. TIT. CORYNTHIEN. EUNDEMQUE NUNCIUM APOSTOLICUM APUD CHILENSEM REMPUBLICAM, QUEM DEPUTAT LEGATUM SUUM AD CONGRESSUM EUCHARISTICUM E TOTA NATIONE, VALDIVIAS HABENDUM.

PIUS PP. XI

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — In tanta difficultate temporum, qua premitur humana societas, nihil suavius Nobis esse potest quam discere impensiore in dies studio Christum regem alicubi adoran, ab ipsoque mystice in altari vivente, illam trepidantes populos expetere, quam mundus dare non potest, optatissimam pacem. Itaque perlibenti animo novimus in Republica ista nobilissima Conventum quintara Eucharisticum propediem celebratum iri, eumque Valdiviae, in urbe nempe quam Nos dudum ad episcopalis Sedis dignitatem eveximus. Novum hoc est sollertiae argumentum qua sacri isti Pastores in animarum salutem incumbunt. Ac magnopere quidem eorum laudamus propositum, agendi scilicet in conventu de catechismi studio provehendo; cum enim tam magna vulgo sit ignoratio aeternarum rerum, bonorum omnium munus est contendere ut, non modo pueri et adulescentes, sed etiam cuiusvis ordinis aetatisque homines catholicam doctrinam perdiscant. Ex quo fiet ut, tamquam fructus laetissimi, et christiana pietas in populo efflorescat et usus vigeat frequentis Eucharistiae receptionis. Atque utinam saepius fideles omnes, voci respondentes Iesu Christi dulcissimi, ad sacram synaxim accedant; hinc enim vera Dei caritas, hinc animorum perfecta coniunctio, hinc humanae fragilitatis praesidium et robur, hinc omnis christiana vita denique pendet. De re igitur magni ponderis, uti patet, in conventu isto agetur. Quapropter, cum ipsam Nos congressionem aliquo

modo participare velimus, te, venerabilis frater, his litteris Legatum Nostrum Apostolicum renuntiamus, ut, nomine et auctoritate Nostra, Conventui Eucharistico praesis caeremoniis que praesideat; plane quidem confisi non parum te, pro tua pietate studioque, ad felicem rei exitum collaturum esse. Dubitari non potest quin celeberrima futura sit congressio, tum sacrorum Antistitum praesentia tum frequenti illustrium virorum piorumque hominum. Nos vero opportuna auxilia conventum a Deo enixe precamur, de cuius gloria agetur. Indulgentias autem, privilegia, indulta et dispensationes confirmantes, quae per Apostolicas Litteras, die VII mensis Martii anno MDCCCCXXIV datas, concessimus, in caelestium donorum auspicium itemque in paternae benevolentiae Nostrae signi m, tibi, venerabilis frater, singulis Episcopis iisque omnibus qui Conventui intererunt, apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Novembris anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

u

AD EXCMUMP. D. IULIUM ZICHY ARCHIEPISCOPUM COLOCENSEM, EUNDEMQUE POST. SOLIO ADS!ATOREM, QUINTUM ET VICESIMUM EPISCOPATUS ANNUM EXPLENTEM.

PIUS PP. XI]

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quoniam annus propediem exibit quintus et vicesimus ex quo ipse episcopali dignitate auctus es, allatum est Nobis tuos omnes expetere ut publicis laetitiae significationibus, quae tibi deferentur, Nosmet ipsi accedamus. Equidem id facimus libenter his litteris; non modo ut piis virtutis tuae spectatoribus ex duabus dioecesibus, quas deinceps regendas suscepisti, satisfaciamus, sed etiam ut, tam praeclaram occasionem nacti, paternam erga te Nostram profiteamur benevolentiam. Etenim probe novimus cum studium quo Apostolicae Sedis iussa in usum deducere contendis, tum eximiam sollertiam qua boni pastoris partes, ad animarum salutem, obire consuevisti. Quamobrem, dum tibi de laeto eventu gratulamur ex animo, id precibus omnibus a Deo petimus, quod est pastori optatissimum, ut nempe quotquot habes in tuo grege fideles, eos et videas de virtutum laude quasi inter se certantes, et summa tecum observantia et amore experiare quoad vita suppetet, idque in annos multos. Quo autem uberior, ex faustitate rei, Dei gloria animarumque fructus efflorescat, tibi damus

ut, sollemni sacro peracto, benedictionem Nostro nomine adstantibus impertías, plenariam eisdem admissorum veniam proponens, consuetis Ecclesiae conditionibus lucrandam. Ac caelestium auspicem donorum caritatisque Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, cunctoque clero ac populo vigilantiae tuae commisso, apostoncam benedictionem amantis- ' sime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xin mensis Decembris anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. BASILIUM S|R. E. CARDINALEM POMPILJ, EPISCOPUM VELITERNUM EUMDEMQUE URBIS VICARIUM ET SACROSANCTAE BASILICAE LATERANENSIS ARCHIPRESBYTERUM, QUINQUAGESIMO APPETENTE NATALI SACERDOTII EIUS.

PIUS PP. XI

Venerabilis frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — **In** mortali hac vita, tam multis plena aerumnis, Dei benignitate fit ut solatio aliquo interdum homines afficiantur, quo ipsi recreati atque erecti, fidentiores sua munia exsequi pergant. Id feliciter tibi mox accidet; memoriam enim suavissimam iam celebraturus es eius.diei, quo, ante annos quinquaginta, ferventi animo primam divinae Maiestati Hostiam immolavisti. Ex sacerdotio ipso pietatis quidem ardor tamquam efflorescere dicendus est, quo tu calens, sanctis operibus omnem vitae tuae cursum nobilitasti. Cum enim, vix sacerdotio inito, Romanis Congregationibus tuam operam navare coepisses, non modo peculiari quadam prudentia atque iuris doctrina excellere visus es, verum etiam, quamquam tot rebus studiisque distentus, ministerium sacrum obire non desiisti ut aeternae proximorum saluti actuose consuleres. **Itaque,** cum magna praestares ecclesiasticarum rerum dexteritate, merito quidem in amplissimum purpuratorum Patrum Collegium prius adlectus, deinde Cardinalis in Urbe Vicarius renuntiatus es. Iamvero tum maxime, in laboris campo tam immenso, egregia tua virtus eluxit. Nemo enim ignorat quantopere contendens ut in Urbe et in Veliterna dioecesi, tibi quoque postea concredita, disciplinam sacram in clero instaurares et in populo cultum ref o veres christianae pietatis. Idque praecipue tuae ducitur laudi, tum nempe quod sedulam tuam navitatem cogitationesque ad augendum clerum contuleris, opere ad hanc rem constituto quo ecclesiasticae vocationes, uti aiunt, promoveantur; tum etiam quod paterna

quadam instan tique diligentia curaveris ut quotquot in sortem Domini vocati essent, iidem doctrina omni mrnero instruerentur riteque eonformarentur, usque ad diem illum quo tu eis manus, ad sacra obeunda munera, laetanter imponere valeres. Nec simul praetermittebas, pro tua prudentia usuque rerum, universae Ecclesiae regimini praesto esse in Consiliis Romanae Curiae, una cum ceteris Purpuratis Patribus allaborare pergens; ita ut dici queas totum fere annorum sacerdotii tui spatium coniunctissime admodum cum Romano Pontifice transegisse, sive operam Nostrae Romanae Curiae praestando, sive iii Romana dioecesi Vicarii Nostri munere perfungendo. Quapropter valde equidem Nos tecum de faustitate rei laetamur; cumque tam excelso illustrique loco laus tua sita sit in conspectu praesertim Romanorum omnium, omnino decet Nosmet ipsos hunc quasi chorum gratulantium tibi praeire. Quoniam vero, ut libenter didicimus, in Lateranensi Basilica Nostra Cathedrali (in qua ipse et ohm sacerdotii honore auctus es et hodie archipresbytarale officium geris), iubilare hoc festum, omnibus quidem bene precantibus, celebraturus es, quo splendidius idem fiat simulque in maiorem cedat animarum salutem, tibi damus ut sollemni die, sacris operatus, clero populoque romano, quem Nos habemus carissimum, quique, quasi corona, tibi frequentissimus certe tum aderit, nomine et auctoritate Nostra benedicas, plenam eidem admissorum veniam proponens, usitatis Ecclesiae conditionibus lucrandam. Interea, divinorum conciliatrix munerum itemque peculiaris benevolentiae Nostrae testis, apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis frater Noster, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensis Decembris anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias ***dd*** novo Pastore dignatus est providere nimirum:

2 Ianuarii 1931. — Titulari episcopali Ecclesiae Bosanensi praefecit R. P. D. Ioannem Tihen, hactenus Episcopum Denveriensem.

3 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Cartennensi, R. P. Bertholdum Bühl O. F. M., quem deputavit Vicarium Apost, de Chiquitos.

13 *Ianuarii.* — Cathedrali Ecclesiae Misnensi, R. P. D. Conradum Gröber, Cubicularium secretum Sanctitatis Suae, eundemque canonicum Capituli metropolitam* Friburgensis.

16 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Croënsi, R. D. Chrysanthum Luque, parochum loci *GuacJietà,* quem constituit Auxiliarem R. P. D. Eduardi Maldonado Calvo, Episcopi Tunquensis.

23 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Thasiensi, R. D. Franciscum Wall, Vicarium generalem archidioecesis Dublinensis, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Eduardi Iosephi Byrne, Archiepiscopi Dublinensis.

30 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Ruspensi, R. D. Aldeum Desmarais, magistrum in Seminario Sancti Hyacinthi, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Fabiani Zoelli Decelles, Episcopi Sancti Hyacinthi.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA. ORIENT ALI

NOTIFICATIO

Declaratur ex-religiosum quendam, nomine Dominicum Cherusseri, e regione Indorum, a Congregatione Syromalabarensi FF. Carmelitarum Tertii Ordinis dimissum, nullam habere facultatem sive Missarum stipendia colligendi, sive pecuniam quaeritandi. Ipse. aliquando hac directione pro suo domicilio usus est « Catholic Mission House, Puthupilly, Kottayam P. O. - Travancore, S. india»; alias vero «The Rev. Fr. Dominio T. O. C. D. - St. Joseph Monastery, Mannanam P. O. - Travancore, S. India».

SACRA CONGREGATIO RITUUM

VITERBIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI ¡DEI IOANNIS BAPTISTAE A S. MICHAELE ARCHANGELO, SACERDOTIS PROFESSI E CONGREGATIONE CLERICORUM EXCALCEATORUM SS. CRUCIS ET PASSIONIS D. N. I. *C.*

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Mirabili miserentis Dei consilio factum est ut, dum fallax scientia et morum depra vatio saeculo decimo octavo multos a vitae christianae semita abriperet, viri exsurgerent qui tantis his malis occurrerent et *Iesum Christum et hune crucifixum* verbo et vitae sanctimonia praedicantes, innumeras ei animas lucrifacerent.

Inter hos in Italia principem tenent locum S. Theophilus a Curte nuper sanctorum fastis adscriptus, S. Leonardus a Portu Mauritio, ambo exinclyto Minorum Ordine, B. Antonius Baldinucci e S. I., Ven. Bartholomaeus Dal Monte sacerdos e clero saeculari aliique plurimi. Peculiari autem mentione est dignus S. Paulus a Cruce, Congregationis clericorum excalcëatoram Ssmae Crucis et Passionis D. N. I. C. fundator, qui dum viveret et per novam hanc familiam uberrimos in bonum animarum tulit et ubique terrarum fert fructus.

Tanti huius viri germanus frater fuit Servus Dei Ioannes Baptista à S. Michaele Archangelo, secundus inter sexdecim filios, quos Lucas Danei et Anna Maria Massari, morum probitate et pietate praestantes, genuere.

Natus est Ioannes Baptista IJvadae in Aquensi dioecesi mense Aprii a. D. 1695, et die 17 lustralibus aquis ablutus.

Liberalium disciplinarum rudimentis sive domi, sive Castellatii fuit excultus.

A certa morte B. Virgo fratres sensibiliter servavit, dum in eo erant ut in aquis fluminis mergerentur, in quas ob pontis ruinam deciderant.

Humani generis inimicus, nullum non movit lapidem ut Ioannem Baptistam, quem fortissimum contra se praesentiebat athletam, horrendis tentationibus a bono retraherent et ad malum alliceret. Sed sanctus iuvenis,

invocato Ssmo Iesu nomine, victor quidem exstitit, sed ex corporali lucta quam sustinuit, velut alter Iacob, licet alia de causa, aliquatenus claudus per totam vitam est factus.

Annos agens vigintiquinque Paulo, eremiticam et asperam vitam sequi cupienti, se adiunxit. Mira animorum concordia in mundanorum despectu, in pietate fovenda, in orationibus per plures horas protrahendis, in paenitentiis, quibus sua corpora macerabant, simul cum assidua passionis Christi meditatione ita hos fratres devinxit, ut individuam exinde vitam iugiter ducerent.

Sacro habitu, uti frater, ab Episcopo Alexandrino fuit indutus, et cum fratre eremiticam vitam prope Castellatium aliquantulum duxit. Inde profecti, postquam in Argentario monte, Caietae et Troiae in Apulia fuissent diVersati, in Urbe constiterunt. Cura infirmorum, qui in hospitali S. Gallicani degebant, fuit eis concredita, et ab ipso Summo Pontifice Benedicto XIII die 7 Iunii a. 1727 ambo fuere ad sacerdotium promoti. In Argentarium montem, qui a S. Paulo *mons sanctificationis* appellabatur, se contulerunt, ubi orationibus, asperrimis paenitentiis, ieiuniis et sacrarum Scripturarum lectioni ineumbebant.

Ibidem S. Paulus Congregationis SS. Crucis et Passionis D.N.I.C, cooperante fratre, fundamenta iecit, et sodales, potestate eidem facta a Pontifice Benedicto XIII, sibi adiunxit. Divino zelo succensi huc illuc praesertim diebus festis ad populos evangelizandos se conferebant et innumeras animas ad bonam reducebant frugem. Quibus ministeriis functi, statim ad solitudinem redibant. Sacris expeditionibus uterque indefesse per triginta et amplius annos incubuit, Ioannes autem Baptista «sibi munus maxime pioprium adscripserat sacro clero spiritualia exercitia praebendi » (S. Paul., in necrol. fratris).

Multiplicatis sodalibus nova asceteria fundata fuere, inter quae a. .1744 recessus ad honorem S. Michaelis Archangeli prope Yetrallam in dioecesi yiterbiensi, cui Ioannes Baptista aliquot per annos praefuit, deinde usque ad mortem primus generalis totius Congregationis Consultor est factus; insignia pietatis, paenitentiae et apostolicorum laborum praebens exempla.

Meritis plenus, die 30 Augusti anno Domini 1765, germano fratre S*. Paulo adsistente, omnibus Ecclesiae Sacramentis refectus, in eodem Vetrallensi recessu obdormivit in Domino. Iustis funebribus persolutis, cadaver ibidem sepultum fuit una cum necrologio quod ab eodem S. Paulo iuerat conscriptum.

Sanctitatis fama, quae dum Servus Dei vivebat longe lateque diffiin--debatur, **tractu** temporis non deferbuit et adhuc viva perseverat; Attamen iuridicae inquisitiones pluribus de causis solummodo anno 1909 inceptae

fuere. Verum haec dilatio non multum Causae detrimentum attulit, eo quod plurimi testes qui auditi sunt sive in Ordinariis sive in Apostolicis processibus super vita et virtutibus sancti Pauli a Cruce, germani fratris Servi Dei, de huius quoque vita et virtutibus abunde deposuerunt.

Quapropter Sacrorum Eituum Congregationi exhibiti fuere tum Processus ordinaria auctoritate anno 1909 ab Episcopo Viterbien. constructus, tum authentica excerpta ex Processibus sive Apostolicis sive Ordinariis qui confecti sunt in Causa Sancti eius Fratris, Pauli a Cruce. Scripta quoque ab hac Sacra Congregatione die 18 Iulii 1928 fuerunt approbata.

Quum omnia quae ad Causae Introductionem requiruntur essent parata, instante R. P. Aegidio a Sacris Cordibus Congregationis Ssmae Crucis ac Passionis D. N. I. C. Postulatore generali, Eminentissimus ac Reverendissimus Cardiralis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis Sacrae huius Congregationis comitiis die 9 Decembris anno 1930 habitis sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Salvatore Natucci Sanctae Fidei Promotore generali, attentis quoque postulatoriis litteris nonnullorum S. R. E. Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, civium IJvadae, nec non moderatorum plurium Ordinum seu religiosarum Congregationum, omnibus sedulo perpensis rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandum esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta postmodum de praedictis Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacrae Congregationis ratam habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Ioannis Baptistae a S. Michaele Archaugelo, Sacerdotis professi e Congregatione clericorum excalceatorum Ssmae Crucis et Passioni D. N. I. C. — Die 10 Decembris 1930.

C. CAED. LAURENTI, *S. B. C. Praefectus.*

L. ffî S.

A. Carinci, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO CAEREMONIALIS

DECEETUM

DE SACRIS RITIBUS AB EMIS DD. PP. CARDINALIBUS ROMAE PERAGENDIS

Die 17 Novembris, plenaria habita in Aedibus Apostolicis Vaticanis sessione Congregationis Caerimonialis, Emi Patres quaestiones nonnullas ac proposita dubia sibi dirimenda susceperunt, quomodo scilicet essent interpretanda itemque exsequenda decreta duo ab eadem Sacra. Congregatione die 30 Maii 1902 lata de sacris ritibus ab Emis purpuratis Patribus Romae peragendis sive sollemniore pompa, sive privatim: quorum alterum, ad omnes Emos Patres Cardinales inscriptum, verbis incipit *Dignitatis eminentia;* alterum *Solemne semper Ecclesiae fuit* datum Rectoribus ecclesiarum Urbis.

Quae autem hisce continentur decretis, eadem Patres Emi Sacrae Congregationis Caerimonialis in sessione, quam supra diximus, cum die 17 superioris mensis prorsus confirmassent, tum sancte in posterum observanda statuerunt.

In audientia autem die 2 Decembris 1930 a Ssmo Domino Nostro Pio XI Pontifice Maximo concessa eiusdem Congregationis Secretario, cum hic ad Beatissimum Patrem de omnibus iure actis diligenter retulisset, Sanctitas Sua rata habuit quaecumque ab Emis Patribus statuta fuerant, mandavitque ut decretum *Solemne semper Ecclesiae fuit* eum Emo Cardinali Suo in Urbe Vicario communicatum, ab eodem vicissim ad eorum omnium, quorum interesse posset, notitiam et normam transmitteretur.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Caerimonialis, die 2 Decembris 1930.

£B I. Card. GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTF,
Ep. Ostiensis et Albanensis, *Praefectus.*

II. **SB** S.

B. Nardone, *Secretarius.*

Utriusque mitem decreti tenor est ut sequitur:

AD EMOS PATRES CARDINALES

DECRETUM

Dignitatis eminentia, qua S. R. E. Patres Cardinales, Pontificis Maximi Consiliarii Eiusdemque Senatus augustus, in Ecclesia praef ulgent. plane postulat ut alta de ipsis opinio penes christianum populum vigeat. Quare mirum non est si Eorum decori tuendo multa fuerint lege cauta et constituta, collatis per varia tempora amplissimo illi Ordini iuribus, privilegiis, honoribus, quum in ceteris, tum praesertim in iis quae ad sacros ritus splendidius per ipsos celebrandos pertinerent. Quia vero nostra maxime tempora postulare videntur ut sedulo caveatur ne tanta maiestas quidquam detrimenti capiat et quotidiano ministerii usu vilescat, S. Congregatio Caeremonialis opportunum duxit certas in rem normas proponere, easque significatas altero Decreto ecclesiarum Urbis rectoribus, purpuratis etiam Patribus exhibere:

1. Pater Cardinalis e presbyterorum aut episcoporum ordine invitatus, extra proprium titulum aut ad ecclesiam aliquam Urbis ad sacrum solemne, vel ad pontificalia exercenda in missa aut in vesperis, *ne annuat, nisi audito, quo ipse utitur, apostolicarum caeremoniarum magistro* atque his conditionibus:

1) Ut aequa sit efc probanda causa cur Emi PP. Cardinales invitentur, idest, ob singularem et non communem alicuius festi celebritatem.

2) Ambitus templi, ad pontificalia peragenda, par sit, praesertim in presbyterio, caeremoniis rite et commode explendis; ipsumque templum e dignioribus sit atque insignioribus.

3) Sacri ministri aliique inferiores operam praestituri, numero adsint qui liturgiae legibus praescribitur; singuli vero suum officium probe calleant. Ac maiores quidem ministri, in pontificalibus purpurati Patris, in aliqua sint Ecclesiae dignitate constituti; minores vero saltem clerici. Praeterea celebranti Patri Cardinali iusta decensque adstet frequentia, sive saecularis sive regularis cleri.

4) Musices genus, in sacra actione utendum, sit ab Ecclesia probatum. Praesertim vero dum Emus Vir sacrum solemne peragit, praeter gregorianum, non alius recipitur cantus quam quitolis vocibus, ut moris est in Pontificis Maximi et PP. Cardinalium choris. Oantoresfvero, quum numero, tum arte nihil desiderandum relinquant.

IT. Sacra Congregatio|Caeremonialis declarat, singularem et non communem festi alicuius celebritatem, de qua"superius facta mentio est, tunc haberi quum rariora quaedam solemnia magnojapparatu densâque populi frequentia celebrantur, quemadmodum in prima triduana supplicatione post beatificationem, aut dierum octo post canonizationem; itemque in saeculari aliqua commemoratione, et similibus. Quod si solemnitas indicta fuerit in triduum, extremo tantum die haberi poterunt pontificalia Emi Viri; si in dies octo, poterunt haberi ter.

Si quis autem, purpuratus Pater, occasione peculiaris festi, velit pontificalia exercere in ecclesia sui Tituli, aut si cupiat sacris ibidem solemniter assistere, quod quidem diaconis etiam Cardinalibus in propria ecclesia competit, ecclesiarum rectores omnia et singula disponenda curent iuxta praescripta superius.

III. Ad missam privatam in publicis Urbis ecclesiis invitatus Pater aliquis Cardinalis, sive ex ordine episcoporum aut presbyterorum, sive, etiam posito privilegio, ex ordine diaconorum, ne annuat nisi ante mature fuerit perpensum, quae sit et quanta festi solemnitas, quae templi dignitas, ambitus, qualitas; sintne omnia rite parata atque disposita, ita ut purpuratus Pater, eo quo decet honore et cultu excipi, tractari dedueique possit, retentis ad unguem ss. rituum praescriptis et caeremoniarum regulis.

IV. Si quis Pater Cardinalis fuerit invitatus ad benedicendum populo solemniter cum Augustissimo Sacramento, ante ne annuat quam sibi constet omnia parata esse atque disposita iuxta superius descriptas normas; haberi sacros ministros in aliqua Ecclesiae dignitate constitutos; inferiores autem clericos et numero et qualitate commendabiles. Ad novendiales vero, vel triduanas supplicationes, etiamsi solemniores (exceptis casibus n. II relatis), ne velint quotidie accedere PP. Cardinales, ac ne ultimo quidem die, nisi forte id sacrae commemorationis magnitudo splendidiorque apparatus postulet.

V. Absolutionis ritum post missam de requie ab episcopo aut presbytero celebratam, ne peragant PP. Cardinales ordinis episcoporum aut presbyterorum, *praesente cadavere,* nisi mandante aut volente Summo Pontifice. *Absente cadavere,* eo fungi ritu poterunt in funebribus aut Pontificis Maximi, aut purpuratorum Patrum, aut catholicorum Principum; vel etiam sicubi solemnior fiat commemoratio omnium fidelium defunctorum; item pro insigni aliqua communitate, vel publicum ob aliquem et lacrimabilem casum; modo omnia accurate serventur, quae supra dicta sunt, de templi conditione, de ministrorum dignitate, peritia et numero, deque genere cantus.

VI. Ad cavendum ne aliis in ritibus caeremoniisve sacris, praeter memorata, studio etiam novitatis, aliquid inducatur purpuratorum Patrum dignitati minus conveniens, quod aliquando accidisse constat, expedit ut PP. Cardinales invitationi non obsequantur, *nisi facti certiores per aliquem caeremoniarum apostolicarum magistrum,* omnia rite geri, nec Cardinalis decori quidquam obesse.

VII. Purpurati Patres solemnia celebraturi in publicis Urbis ecclesiis, praeter caudatarium et famulum aulica veste de more indutum, familiares nobiles duos secum ducant. In ritibus haud ita solemnibus ducant saltem ecclesiasticum familiarem nobilem unum, praeter caudatarium et famulum aulica veste de more indutum.

Quae omnia a S. Congregatione Caeremoniali statuta et approbata in comitiis habitis in Aedibus Vaticanis, die xxm mensis Maii an. MOMH, et per

me infrascriptum Cardinalem Sacrae Congregationi Caeremoniali Praefectum relata ad Ssmum D. N. Leonera XIII Pont. Max., Sanctitas Sua rata habuit et confirmavit die xxx eiusdem mensis et anni.

A. CARD. OREGLIA A S. STEPHANO,
S. Congr. Caerem. Praefectus.

L. © S.

L. Grabinski, ***Secretarius.***

RECTORIBUS ECCLESIARUM URBIS

DECRETUM

Solemne semper Ecclesiae fuit, in sacris peragendis, splendidiore ritu quandoque uti, qua exteriore pompa sensus hominum perculsi, rei celebrandae magnitudinem infcelhgerent melius. Tunc vere divinae Christi Sponsae verba regii vatis aptantur: « Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate ». Augustiorem autem quum faciant ritum, non modo templi apparatus et ornamenta reliqua, sed etiam sacra peragentium excellens auctoritas ac dignitas, idcirco ad solemniora haec primores antistites invitari solent, erebrius quidem Episcopi, rarius S. R. E. Cardinales. Utriusque ordinis decori, maxime vero purpuratorum Patrum, satis lege consultum est, et sua cuique iura, honores, privilegia definita sunt, quum in ceteris, tum etiam in iis quae ad sacros ritus quosdam splendidius celebrandos pertinent. Quia tamen nostra maxime tempora postulare videntur ut caveatur sedulo ne sacrorum antistitum maiestas quotidiano usu penes populum vilescat, S. Congregatio Caeremonialis censuit ecclesiarum Urbis rectoribus servandas normas constituere, quae sequuntur:

I. Quoniam interest magni ut Patrum Cardinalium sarta tectaque servetur dignitas, quotquot in Urbe sunt ecclesiarum rectores admonentur, ne tam erebro neque tam facile purpuratos Patres invitent, etiamsi de sacris solemnioribus agatur.

Ii. In missis et in vesperis pontificalibus, praeterquam quod standum erit menti et praescriptis libri Caeremonialis, serventur omnino conditiones quae sequuntur:

1) Ut aequa sit et probanda causa cur Emi PP. Cardinales invitentur, idest, ob singularem et non communem alicuius festi celebritatem.

2) Ambitus templi, ad pontificalia peragenda, par sit, praesertim in presbyterio, caeremoniis rite et commode explendis; ipsumque templum e dignioribus sit atque insignioribus.

3) Sacri ministri aliique inferiores operam praestituri, numero adsint qui liturgiae legibus praescribitur; singuli vero suum ofiicium probe calleant. Ac maiores quidem ministri, in pontificalibus purpurati Patris, in aliqua sint

Ecclesiae dignitate constituti; minores vero saltem clerici. Praeterea celebranti Patri Cardinali iusta decensque adstet frequentia, sive saecularis sive regularis cleri.

4) Musices genus, in sacra actione utendum, sit ab Ecclesia probatum. Praesertim vero dum Emus Vir sacrum solemne peragit, praeter gregorianum, non alius recipitur cantus, quam qui solis vocibus, ut moris est in Pontificis Maximi et PP. Cardinalium choris. Cantores vero, quum numero, tum arte nihil desiderandum relinquant.

III. Sacra Congregatio Caeremonialis declarat, singularem et non communem festi alicuius celebritatem, de qua superius facta mentio est, tunc haberi quum rariora quaedam solemnia magno apparatu densâque populi frequentia celebrantur, quemadmodum in prima triduana supplicatione post beatificationem, aut dierum octo post canonizationem; itemque in saeculari aliqua commemoratione, et similibus. Quod si solemnitas indicta fuerit in triduum, extremo tantum die haberi poterunt pontificalia Emi Viri; si in dies octo, poterunt haberi ter.

Si quis autem purpuratus Pater, occasione peculiaris festi, velit pontificalia exercere in ecclesia sui Tituli, aut si cupiat sacris ibidem solemniter assistere, quod quidem diaconis etiam Cardinalibus in propria ecclesia competit, ecclesiarum rectores omnia et singula disponenda curent iuxta praescripta superius.

IV. Ad missam privatam in publicis Urbis ecclesiis ne invitetur PP. Cardinalium quisquam, sive ex ordine episcoporum aut presbyterorum, sive, etiam *posito privilegio,* ex ordine diaconorum, nisi ante mature fuerit perpensum, quae sit et quanta festi solemnitas, quae templi dignitas, ambitus, qualitas; sintne omnia rite parata atque disposita, ita ut purpuratus Pater, eo quo decet honore et cultu excipi, tractari deducique possit, retentis ad unguem ss. rituum praescriptis et caeremoniarum regulis.

V. Eadem plane serventur si quis Pater Cardinalis invitetur ad benedicendum populo solemniter cum Augustissimo Sacramento. In eiusmodi ritu, ad quem etiam rarius erunt invitandi purpurati Patres, illud curae esto, ut ministri sacri sint in aliqua Ecclesiae dignitate constituti; inferiores autem clerici et numero et qualitate commendabiles. Ad novendiales vero, vel triduanas supplicationes, etiamsi solemniores (exceptis casibus n. III relatis), non erunt invitandi quotidie PP. Cardinales; ac ne ultimo quidem die, nisi forte id sacrae commemorationis magnitudo splendidiorque apparatus postulet.

Ceterum ad quaevis solemnia ecclesiarum Urbis rectores ne invitent purpuratos Patres, nisi auditis prius apostolicarum caeremoniarum aut praefecto, aut magistris.

VI. Absolutionis ritus, post missam de requie ab episcopo aut presbytero celebratam, non est a Patre Cardinali ordinis episcoporum aut presbyterorum peragendus, nisi quum iusta funebria persolvantur aut Summo Pontifici, aut purpurato Patri, aut catholico Principi; vel etiam sicubi solemnior fiat

commemoratio omnium fidelium defunctorum; item pro insigni aliqua communitate, vel publicum ob aliquem et lacrimabilem casum, modo omnia accurate serventur, quae supra dicta sunt, de templi conditione, de ministrorum dignitate, peritia et numero, deque genere cantus.

VII. Haud par est invitari Episcopos ad pontificalia sive missae sive vesperarum, ubi nulla aequa suppetat ratio verae solemnitatis, aut ubi non ante fuerit cautum diligenter, ne forte peragendis iis ritibus vel angustia loci obstet, vel inservientium conditio vel impar numerus. Quapropter S. Congregatio monet omnes et singulos ecclesiarum Urbis rectores, ut, ad episcopalis dignitatis tutelam, quae circa templi decus et amplitudinem, quae circa solemniorem festi rationem, sacrorum ministrorum aliorumque inservientium qualitatem et numerum superius praescripta sunt, ea convenienter aptent iis casibus, in quibus invitare episcopum cupiant, sive ad sacra illa solemnia, sive etiam ad missae privatae celebrationem aut ad benedicendum populo cum Augustissimo Sacramento, aut ad huiusmodi alia.

Quae omnia a S. Congregatione Caeremoniali statuta et approbata in comitiis habitis in Aedibus Vaticanis, die xxiii mensis maii an. MCMTI, et per me infrascriptum Cardinalem Sacrae Congregationi Caeremoniali Praefectum relata, ad Ssmum D. IST. Leonem XIII Pont. Max., Sanctitas Sua rata habuit et confirmavit die xxx eiusdem mensis et anni.

A. CARD. OREGLIA A S. STEPHANO
S. Congr. Caerem. Praefectus.

L. ✠ S.

L. Grabinski, *Secretarius.*

ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS

i

NOTIFICATIO

DE MUNERIS DELEGATI APOSTOLICI CONSTANTINOPOLITANI AMBITU

Ad solvenda quaedam passim suborta dubia, declaratur, Delegati Apostolici Constantinopolitani munus — prouti explicite edicitur in Litteris Apostolicis quibus conlatum est — rite expleri et exerceri in ecclesiis cuiuscumque ritus in tota ditione Turciea.

II

EPISTOLA

AD R. P. D. HORATIUM MAZZELLA, ARCHIEPISCOPUM TARENTINUM, CETEROSQUE ANTISTITES REGIONIS APPULAE, IN ANNUUM COETUM CONVENTOS.

Illme ac Revme Domine. — Communes litteras, quas tu, unaque tecum ceteri Appulae Regionis Praesules Melphicti in annuum conventum congregati, haud ita multo ante dedistis, magno sane cum animi solacio perlegit Augustus Pontifex. Ex iis enim libenter comperit, quod ceteroquin iam exploratum habebat, totos vos esse in spiritualibus vestrorum gregum utilitatibus curandis, ea praesertim in usum sollerter deducendo, ad quae Beatissimus Pater, per recentes Litteras Encyclicas, Episcopos omnesque christifideles adhortatus est. Cum igitur valde vobis de pastorali diligentia vestra gratulatur Beatissimus Pater, tum opportunam vobis opem a Deo instanter implorat, ut quae conlatis consiliis in hisce coetibus vestris decrevistis, ea, clero populoque vobis operam navante, effectum feliciter consequantur. — Atque interea divinorum munerum auspicem paternaeque voluntatis Suae testem, tibi, ceteris Appuliae Archiepiscopis et Episcopis, nec non cuncto gregi unicuique vestrum concredito, apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertitur. — Haec tecum, ac per te cum ceteris Appuliae Praesulibus, communicans, ea, qua par est observantia, me libenter profiteor.

Ex Secretaria Status, 2 Septembris 1930.

Amplitudini Tuae addictissimum

E. CARD. PACELLI.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 20 Gennaio, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione ***Generale*** dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati Officiali ed i Consultori Teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Prof. Contardo Ferrini.

Martedì, 27 Gennaio 1931, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Eoli e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione ***Preparatoria*** per discutere il dubbio su due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Ven. Servo di Dio Antonio Maria Claret, Arcivescovo di S. Giacomo di Cuba, quindi di Traianopoli, e Fondatore della Congregazione dei Missionari Figli dell'Immacolato Cuore di Maria, i quali miracoli vengono proposti per la Beatificazione del medesimo Ven. Servo di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

28 Settembre 1930. L'Illmo e Rmo Monsig. Enrico Dante, ***Sostituto della Sacra Congregazione dei Piti.***

1 Gennaio 1931. L'Illmo e Rmo Monsig. Silvio Fagiolo, ***Sottosegretario della Sacra Congregazione del Concilio.***

11 » » Le Loro Eccellenze Rme i Monsignori Carlo Salotti, Vincenzo Santoro, Amleto Giovanni Cicognani, ***Consultori della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.***

12 » » Sua Eminenza Rma il Sig. Card. Raffaello Carlo Rossi, ***Membro della medesima Sacra Congregazione.***

13 » » Sua Eccellenza Rma Monsig. Ernesto Ruffini, ***Prefetto degli Studi dell Ateneo del Pont. Seminario Romano.***

16 Gennaio 1931. Il Rmo P. Agostino Bea, S. L, ***Consultore della Pont. Commissione Biblica.***

19 » » Sua Eminenza Riha il Signor Card. Raffaello Carlo Rossi, ***Membro della Suprema Sacra Congregazione del S. Uffizio.***

30 » » Le Loro Eminenze Rme i Sigg. Cardinali Guglielmo Van Rossum ed Enrico Gasparri, ***Membri della Sacra Congregazione dei Piti.***

» » » Le Loro Eminenze Rme i Sigg. Cardinali Achille Locatelli, Raffaello Carlo Rossi, Giulio Serafini, ***Membri della Sacra Congregazione Cerimoniale.***

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

25 Settembre 1930. Monsig. Enrico Andruscsakevics, della diocesi di Cassovia.
4 Dicembre » Monsig. Pasquale Micelli, della diocesi di Lecce.
1 Gennaio 1931. Monsig. Gustavo Serracchioli, dell'archidiocesi di Bologna.
», » » Monsig. Stefano Mazanek, dell'archidiocesi di Cracovia.
» » » Monsig. Giuseppe Straka, dell'Amm. Ap. di Tirnava.
8 » » Monsig. Giuseppe De Castro (Roma).
22 » » Monsig. Carlo Pejsa, dell'archidiocesi di Praga.
» » » Monsig. Giovanni Frank, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Francesco Hrachovec, della medesima archidiocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

25 Dicembre 1930. Monsig. Carlo Rizzo, della diocesi di Padova.
» » » Monsig Innocente Ferrazzi, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Bazzarin, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

21 Gennaio 1931. Monsig. Giuseppe Gross, Vescovo di Li tom erice.
24 » » Monsig. Gregorio Govrik, Arcivescovo titolare di Nisibi.
» » » Monsig. Atanasio Khoriaty, Vescovo" di Sidone dei Melchiti.
26 » » Monsig. Edoardo Mac Carthy, Arcivescovo di Halifax.

Annus XXIII - Vol. XXIII 5 Martii 1931 Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP. XI

NUNCIUM RADIOPHONICUM

DIEI XII FEBRUARII MDCCCOXXXI

• *Ad universam creatur am*

Qui arcano Bei consilio succedimus in loco Principis Apostolorum, eorum nempe quorum doctrina et praedicatio iussu divino ad omnes gentes et ad omnem creaturam [1] destinata est, et qui primi in loco ipso mira sane ope Marconiana uti frui possumus, ad omnia et ad omnes primo Kos convertimus atque, hic et infra Sacro Textu iuvante, dicimus: Audite caeli quae loquor, audiat terra verba oris mei. [2] Audite haec omnes gentes, auribus percipi te omnes qui habitatis orbem, simul in unum dives et pauper. [3] Audite insulae et attendite populi de longe.[4]

Ad Deum

Sitque primum verbum Nostrum: « Gloria in altissimis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis ». [5] *Gloria* scilicet *Beo,* qui dedit, in diebus nostris, potestatem talem hominibus,[6] ut vere

1 MATTH., XXVIII, 19; MARC, XVI, 15.
[2] *Deuter.,* XXXII, 1, *{Gant. Moya.).* -
s Ps. XXXXVIII, 1.
* Is., XXXXIX, 1.
5 Luc, II, 14.
[6] MATTH., IX, 8.

in fines orbis terrae verba eorum pertingant;[1] et *in terra pax,* ubi pro illo divino Redemptore Iesu legatione fungimur,[2] qui veniens evangelizavit pacem, pacem iis qui longe et pacem iis qui prope, [3] pacificans in sanguine crucis suae sive quae in terris sive quae in caelis sunt.[4]

Ad catholicos

Nobis autem ad homines Nos con vertentibus praecipit Apostolus, ut operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.[5] Iuvat igitur Nos istos omnes imprimis alioqui, eos nempe, qui, utpote in dominicam familiam et in dominicum ovile Catholicae Ecclesiae recepti et viventes, Nos dulci Patris nomine compellant, sacros Pastores et fideles, oves et agnos, quos omnes pascendos et regendos Nobis concredidit Pastor et Rex omnium Christus. '

Ad hierarchiam

Vos inquimus conlaterales Nostros S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Praelatos et Sacerdotes per diversos hierarchiae gradus sollicitudinum Nostrarum quotidianarum obiecta praecipua, eosdemque laborum participes et adiutores.

Rogamus et obsecramus, ut unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat, [7] et ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis: [8] pascite qui in vobis est gregem Dei, forma facti gregis ex animo; [9] ut cum apparuerit Princeps pastorum perei - piatis immarcescibilem gloriae coronam.[10] Interim autem Deus pacis, qui eduxit de mortuis Pastorem magnum ovium in san-

1 **Ps. XVIII, 5;** *Born.,* **X, 18.**
2 ***II Cor.,* V, 20.**
3 ***Eph.,*** II, **17.**
4 *Col,* **I, 20.**
s ***Gal.,* VI, IO.**
[6] **Io., XXI, 15; Matth., X, 19.**
» ***I Cor.,* VII, 20.**
[8] ***Eph.,* IV, 1.**
[9] ***I Petr.,* V, 2.**
10 ***I Petr.,* V, 3.**

guine testamenti aeterni, Dominum Nostrum Iesum Christum, aptet vos in omni bono, ut faciatis eius voluntatem, faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum.[1]

Ad religiosos

Nunc vos alloquimur filii, et filiae praedictionis Nostrae, qui quaeve charismata meliora aemulantes[2] atque in fide sanctissimorum votorum et in religiosa disciplina totius vitae nedum praeceptis sed et desideriis consiliisque divini Regis et Sponsi obsecundantes, Ecclesiam Dei virgineo odore fragrantem facitis, contemplationibus illustratis, orationibus fulcitis, scientia et doctrina ditatis, ministerio verbi et apostolatus operibus in dies pereolitis et augetis. Igitur vere caelestis et angelicae vocationis participes, * quanto pretiosorem thesaurum gestatis tanto diligentiorem adhibeatis custodiam, non solum ut certam vestram vocationem et electionem faciatis,[4] verum etiam ut in vobis, tamquam in servis apprime fidelibus et devotis, cor Regis et Sponsi consolationem et reparationem aliquam inveniat pro infinitis offensionibus et negligentiis quibus homines ineffabilem Eius dilectionem impendunt.

Ad missionarios

Iam os Nostrum patet ad vos,[5] filii et filiae in Christo carissimi, qui in missionibus orantes laboratis ad propagandam sanctam Christi fidem et Eius Regnum dilatandum. Sicuti Apostoli ecclesiarum primi, ita et vos: in periculis, in multa patientia, in necessitatibus et tribulationibus[6] spectaculum facti;[7] sicut illi, ita et vos « gloria Christi »;[8] vos qui in laboribus, saepe etiam in vin-

[6] ***Hebr.*, XIII, 20.**
[1] ***I Cor.*, XII, 31.**
2 *Hebr.*, III, 1.
[3] ***II Petr.*, I, 10.**
*** *II Cor.*, VI, 11.**
[5] ***II Cor.*, I, 10; VI, 4.**
[7] ***Hebr.*, X, 33.**
[8] ***II Cor.*, VIIT, 23.**

culis et in sanguine vestro, usque ad mortem certantes bonum et magnum certamen fidei et passionis[1] atque bonam confessionem confitentes, animas lucrifacitis et futurorum christianorum semina seminatis. Sálvete strenui milites Christi! Sed et sacerdotes indigenas ac bonos catechistas, praecipuos fructus eosdemque participes laborum vestrorum, salvere iubemus.

Ad fideles universos

Cor Kostrum dilatatum est ad vos[2] quotquot estis Urbis episcopalis Nostrae et universi Orbis fideles; praesertim autem ad vos, qui in laicatu constituti Nobiscum et cum venerabilibus fratribus Nostris Episcopis cumque Sacerdotibus in apostolatu laboratis, sicuti credentes primi, viri ac mulieres laborabant, quas propterea Apostolus commendat.[3] Tos Dei populus et oves pascuae eius,[4] vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.[5] Igitur modestia vestra nota sit omnibus hominibus et quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate et f acite,[6] ut in omnibus honorificetur Deus.[7]

Ad infideles et dissidentes

Ad vos etiam cogitatio nostra et oratio Nostra convertitur qui a fide et unitate Christi adhuc abestis. Pro vobis enim quotidie offerimus preces et hostias Deo et Domino omnium, enixe petentes ut luce sua vos illuminet et vos ad oves quae vocem eius audiunt adducat et adiungat, et fìat unum ovile et unus Pastor.[8]

[1] ***I Tim,, 12; II Tim.,*** IV, ***7; Hebr.,*** X, ***32.***
2 ***II Cor.,*** VI, **11.**
3 ***Phil.,*** IV, 3.
* Ps. LXXXIX, 3.
[5] ***I Petr.,*** II, 9.
e ***Phil.,*** IV, 5, 8.
7 ***I Petr.,*** IV, 11.
s Io., X, 16.

Iis qui praesunt

Cum autem omnibus debitores simus, ideo imprimis iis qui praesunt dicimus ut in iustitia et caritate praesint, in aedificationem et non in destructionem,[1] semper memores non esse potestatem nisi a Deo[2] et Deo se rationem in iudicio durissimo reddituros.[3]

Iis qui subsunt

Iis autem qui subsunt dicimus ut non tamquam hominibus sed tamquam Deo oboedientes sint. scientes quod qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt.[4]

Divitibus

Similiter divitibus et pauperibus dicimus. Divitibus quidem ut se tamquam ministros divinae Providentiae et bonorum eius depositarios et dispensatores existiment, quibus pauperes ipse Christus Iesus commendavit et a quibus divinus Iudex plus repetet quia plura habuerunt,[5] divini verbi nunquam obliti: vae vobis divitibus![6]

Pauperibus

Pauperes autem enixe in Domino hortamur ut ad paupertatem Iesu Christi Domini et Salvatoris respiciant, atque exemplorum ac promissionum Eius memores spiritualium divitiarum faciliorem ipsis acquisitionem ne negligant; et etiam ad meliorem statum, prout eos licet, enitentes, bono-et recto corde commendent se Deo et non extendant ad iniquitatem manum suam.[7]

[1] *II Cor., X,* 8.
[2] *Rom.,* XIII, 1.
[3] *Sap.,* VI, 6.
[4] *Rom.,* XIII, 2.
[5] Luc, XII, 48.
[6] Luc, VI, 24.
[7] Ps. CXXIV, 3.

Operariis et datoribus operum

Operarios et datores operum enixe rogamus, ut non hostili aemuiatione et certamine, sed amico et fraterno foedere iuncti, hinc copias et directionem illinc operam et industriam conferentes, quod iustum est quaerentes, quod iustum est dantes, proprium quorumque et commune simul bonum in tranquillitate ordinis operentur.

Infirmis et afflictis

Ultimum in exsecutione sed primum in intentione et in affectu cordis, ad vos venit verbum Nostrum, qui in infirmitatibus et doloribus, in aerumnis et tribulationibus estis, maxime qui talia ab inimicis Dei et humanae consortionis patimini.

Orationes Nostras et auxilia pro posse Nostra offerentes atque omnium caritati vos commendantes, in persona, quam gerimus, Christi vobis dicimus: Yenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos.[1]

Restat ut Urbi et Orbi, atque omnibus in eis habitantibus benedictionem Apostolicam impertiamUs, quod et facimus in nomine £g Patris et Filii £ß et Spiritus Q3 Sancti. Amen.

[1] MATTH., XI, 28,

EPISTOLA APOSTOLICA

AD EXCMUM P. D. ELIAM DALLA COSTA, PATAVII EPISCOPUM, SEPTIMO EXEUNTE SAECULO AB ANTONII PATAVINI OBITU DECRETISQUE EIDEM SANCTORUM CAELITUM HONORIBUS.

PIUS PP. XI

VENERABILIS FRATER

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Antoniana sollemnia, quae feliciter hoc anno agentur, septingentésimo scilicet ex quo Patavinus Thaumaturgus piissime obiit, quaeque per proximum producentur annum ad illius diei memoriam recolendam, quo die, septimo item ante saeculo, sanctorum caelitum numero ipsemet adscriptus est, ita profecto habitum iri confidimus, ut non parum eadem ad pietatem fovendam conferant et ad animarum salutem procurandam, novimus enim duo istic, in sede honoris tui, constituta esse Consilia ut sacrae huiusmodi profanaeque celebritates actuose apparentur diligenterque provehantur; quibus quidem Consiliis non modo quotquot ex insigni Assisiatis subole hunc sanctitatis florem venerantur sui Ordinis ornamentumet decus, sed civitatis etiam moderatores primoresque, nobilissima quadam animorum contentione, suam sunt operam ultro libenterque navaturi. Ac novimus itidem te, venerabilis frater, ad singulos catholici orbis Episcopos dedisse litteras, ut eosdem omnes ad hanc faustitatem participandam et in sua cuiusque dioecesi promovendam fraterno animo invitares.

At si opportunum est ubique rem agi, multo quidem opportunius ut, quemadmodum Patavii, ita in Lusitana Republica, ac praesertim Ulissipone, unde noster ortum duxit, peculiaria edantur pietatis testimonia effusioresque laetitiae. Quam ob rem libentissime accepimus dilectum filium Nostrum, Patriarcham

Ulissiponensem, faventibus omnibus cuiusvis ordinis civibus, consilium iniisse saecularia haec in Antonii honorem sollemnia in sua patria peragendi. Et gaudium auxit Nostrum nuntius, qui ad Nos haud ita pridem perlatus est, haec, amico quodam foedere, ita esse celebranda, ut delecti viri, veluti Patavinae civitatis legati ad principem Lusitaniae urbem, fausta hac occasione, mittantur, atque hinc nonnulli item Patavium concedant, qui inibi, per sollemniores dies, Lusitanorum partes sustineant. Our igitur spem non foveamus bonam fore ut Antonius, ubique communibus infensisque precibus in auxilium advocatus, christianam fidem caritatemque in animis alat *et* sectatores suos e terrenis huius vitae fluxisque rebus ad caelestia excitet ac sempiterna? Cur pro certo non habeamus non modo in privatos homines, sed in civilem etiam consortionem beneficia non pauca inde esse profectura? Quemadmodum enim noster procellosam aetatem suam, profligatis passim moribus infectam, christiana collustravit sapientia ac veluti suae virtutis suavitate perfudit, ita omnino sperandum ut in plurimorum mentes animosque per sacra huiusmodi revocatus, saeculum quoque nostrum — Dei aeternaeque beatitatis saepenumero immemor, voluptatum aestu usquequaque iactatum, humanaeque amplitudinis incomposite cupidum — ad ea, maiora quidem ac nobiliora, ad quae nati eomparatique sumus, excitet exemploque suo alliciat.

Attamen, ut eiusmodi spei votisque Nostris effectus feliciter respondeat, omnino opus. est, non modo externa haberi sollemnia honoresque Thaumaturgo Patavino tribui, sed omnes etiam, qua maxima possunt contentione, eniti ut praeclara ipsius virtutum ornamenta intueantur et ad imitandum sibi proponant. Quam ad rem aptissime S. Augustinus admonet: « Charitas ubi fuerit necesse est ut operetur; fides ipsa per dilectionem operatur ».[1]

In comperto quidem est, venerabilis frater, fere omnes e christiana plebe incensiore quodam populari cultu Antonium prosequi ad eumque plurimas admovere preces; at nonne eo praesertim consilio id faciunt, eaque potissimum de causa, ut ab ipso

[1] ***In Ps. XXXI,* 6.**

temporalia beneficia, miranda saepe ac prorsus prodigiosa, impetrent, quandoquidem, eximia eius sanctitudinis gesta plerumque ignorantes, nihil aliud in Antonio nisi Thaümaturgum cognoscunt atque suspiciunt?

Apostolico igitur officio, quo divinitus fungimur, consentaneum putamus praecipua huius sanctitatis herois adumbrare virtutes animique lineamenta, Nostram facientes illam, quam in liturgia ecclesiastica legimus, sententiam admonitionemque: « Imitari non pigeat quod celebrare delectat ».[1] Ac tuum erit, venerabilis frater, eorumque omnium, e sacrorum praesertim administris, qui peculiari quodam studio Antonium prosequuntur, quae Nos per bas Litteras breviter attingimus, vobiscum in animo commentari diligenter et ceteris, pro vestro cuiusque munere, inlustrare atque in exemplum proponere.

« In viris praeclarissimis — ita decessor Noster f. r. Leo XIII — « quorum virtute recteque factis egregium decus Lusitaniae par- **ce** tum, merito cum laude maxima censendus est Antonius, Pata- « vinus ex loco obitus cognomento dictus. Cuius cum patratorum « prodigiorum fama latissime ad omnes populos pervagarit, Lusi- « tani nominis gloria ubique percrebuit, primas honoris eius fe- « rente Ulissipone, quae hominem sanctissimum suis civibus ad- « numerat ».[2]

Illic siquidem noster inlustri genere natus, ut erat ingenio praestantissimus et copia rerum non minus quam nobilitatis gratia pollens, talem suae vitae cursum prospicere et quasi praecipere poterat, ut nulla sibi nec voluntatum gaudia nec humanae gloriae nomen atque emolumenta defutura esse viderentur. Nihilo setius haec omnia, paterna nempe bona, futurae amplitudinis auspicia cupiditatumque invitamenta, in primo aetatis suae fiore, laeto grandique animo reliquit atque veluti ab se generose excussit, ingrata quasi pondera, quibus suus ad caelestia adscensus praepediatur. Itaque humile Congregationis Canonicorum S. Augustini

[1] **Lect. IV ad Commune plurim. Martyrum.**

[2] **Epist, ad Card. Patr. Ulissip.,** II **Maii** MDCCCXCV.

sagum primo demisse petiit, ac deinde, maioris perfectionis appetens, nascens Seraphici Ordinis institutum impenso animi ardore ingressus est. Quo quidem in vitae genere ita continenter profecit, ut ad altissimum virtutum omnium fastigium, citatiore cotidie gradu, contendere videretur. In his vero sanctimoniae ornamentis, quibus omni ope ac studio animum exornabat suum, üle imprimis elucet absolutissimae castimoniae nitor, ob quem, quasi angelus in humana concretione degens, ab omnibus magna cum admiratione suspiciebatur. Non quin Antonius noster cupiditatum illecebras senserit, non quin pravas illas expertus sit sensuum animique impulsiones, quae, ut omnes norunt, ex collapsa per originalem labem natura, quasi hereditas tristissima, oriuntur et universum afficiunt humanum genus; immo etiam litterarum monumenta referunt, ipsum, in iuvenili adhuc aetate, eam in membris suis insitam conquestum esse aliam legem, repugnantem legi mentis suae, quam Apostolus gentium vehementer lamentabatur.[1] Attamen tam acriter eidem repugnavit, tamque diligenter, ut libidinis motibus incompositisque naturae viribus coercitis sedatisque, niveum pudicitiae florem illibatum servaverit. Et quisnam poterit verbis effingere superna illa gaudia, quae, ob partam eiusmodi victoriam, iuvenis castissimi totum perfudere animum? Nec caelestia tantum oblectamenta, veluti praemium optatissimum ob despectas ac domitas suorum sensuum fallacias, assecutus est Antonius, sed eidem etiam licuit illius, qui « pascitur inter lilia »,[2] et conspectu perfrui et blanditiis suavissimis delectari. Siquidem, ut memoriae proditum est, cum noster in conclavis sui recessu umbratilem vitam ageret, vel precibus Deo instans, vel sacrarum vacans litterarum studio, quodam die, de improviso, e supernis sedibus descendit, luce circumfusus fulgidissima, Iesus Infans, leniterque arridens, non modo se eidem conspiciendum dedit, sed puerili manu illius collum circumplexus, et oscula cum blandimentis dare et accipere visus est. Quapropter, in mirandi huius eventi memoriam, hac etiam aetate nostra, Patavini imagines ita

[1] ***Rom.*, VII, 23.**

[2] ***Gant.*, II, 16.**

fìnguntur, ut Franciscalem eaedem iuvenem sanctissimum, altera tenentem manu candidissimum lilium, innocentiae suae indicem, altera vero divinum Puerulum ad sinum ardenti complexu prementem, apte quidem ac significanter, populari pietati proponant.

Iamvero consentaneum ducimus, eo scilicet consilio ut omnes, rem meditando, in usum cuiusque suum deducere non neglegant, exquirere quibusnam artibus quibusque rationibus et pudicitiam suam integram Antonius servare et sanctitatis apicem attingere potuerit. Qua in re, primum christianam noster persecutus est humilitatem animique demissionem, quae, cum omnium virtutum fundamentum sit, modo desit, iam nullus potest perfectionis viam fidenter ingredi, nedum ad eius adeptionem pervenire queat. Quamvis enim ipse omnibus admirationi esset, et a Seraphico Patre ac Magistro « episcopus » honoris ergo nuncuparetur, se tamen servum inutilem existimans, non altiora munera dignitatesque aucupari, sed viliora potius beatamque solitudinem consectari sollemne habebat. At vero minime putandum eiusmodi humilitatis studium ex enervata eius indole animique debilitate oriri; quod quidem hodie nonnulli, humanae fortitudinis praestantiam plus nimio efferentes, de catholicae Ecclesiae heroibus inconsulte temereque disserentes, effutiunt ac perperam commentantur. Non una enim occasione Antonius, prout res postulabat, animose fortiterque fecit; ut exempli gratia, cum Ezelinum a Eomano —imperiosum illum violentumque principem in Patavinam finitimasque civitates tyrannico dominatu saevientem — coram adiit ac, iustitiae caritatisque nomine, pacem digladiantibus populis conciliare, pluribusque civibus, custodiae vinculisque mandatis, libertatem impetrare contendit. Ex quo profecto clare elucet, christianae humilitatis usum non animi vigorem dignitatemque minuere atque extenuare, immo potius augere quam maxime.

Aliae praeterea sunt artes rationesque, quibus Antonius pudicitiam suam custodire tutam et perfectissimam assequi morum sanctimoniam enitebatur. Divitias scilicet ipse contemnere ab iisdemque suum abalienare animum, Assisiatis vestigiis insistens, qui mystica iniit cum evangelica paupertate sponsalia;

omnibus fere ***vitae*** commodis se abdicare, ac non modo se terrenis bisce rebus pro viribus exsolvere, sed etiam semet ipsum abnegare ut expeditius Beo vacare famularique posset; acerrimae sensuum castigationi illecebrarum fugam adiicere diligentissimam; atque praesertim, cum virtuti diffideret suae, precibus interdiu noctuque ita instare fervidissimis, ut reapse dici queat totum eius vitae cursum veluti perpetuam fuisse ad Deum admotam supplicationem. Ipse siquidem probe noverat divina nos ope continenter indigere, quandoquidem « non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est ».[1] Quemadmodum enim tellus, si solis luce ac calore careat, squalens atque iners exsistit, ita hominum animus, nisi caelestis Numinis gratia, precibus impetrata, collustratur atque enutriatur, non pravis cupiditatum motibus obsistere, non fidem caritatemque alere, non denique potest sublimes illos adscensus facere, quibus ad nobilissima quaeque contendat.

Quodsi, ad divini hortamenti normam « Oportet semper orare et non deficere »,[2] suam precando caritatem in Deum exserere atque efferre non intermittebat noster, attamen, cum adventantem sibi mortem prospexisse^ nihil iam aliud exoptabat, nihil consectabatur, nisi ut, procul ab hominibus fluxisque rebus omnibus, arctiore cum Deo consuetudine constanter uteretur atque recrearetur. Eeferunt enim eum, cum prope coenobium ***Campi Sancti Petri,*** in silenti ac silvestri loco, amplissimam suspexisset arborem atque solidissimam, sibi in optatis fore dixisse, si inibi pensilis exstrueretur cellula, in qua uni Deo "mente animoque vacare et reliquum sibi liceret temporis spatium beatissime traducere. Cuius voti compos factus, cum ad nidulum sibi paratum laetanter adscendisset, angelicam ibi potiusquam humanam vitam aliquantisper peregit; ac precando, contemplando, divinoque aestuando amore, sempiternam praesensit praecepitque beatitatem.

At si, ut adhuc scribendo persecuti sumus, tam eximiis virtutum laudibus enituit Antonius, nulla tamen sanctitatis nota magis

[1] ***II Cor.,*** **III, 5.**

[2] **Luc, XVIII, i.**

praestitit, quam apostolici, quo flagravit, studii atque ardoris; illius, inquimus, apostolici studii, quod, ut in interiore animi perfectione veluti fundamento consistit, ita ex eadem vim suam continenter haurit atque exprimit.

Siquidem, inde a primis religiosae suae vitae annis, cum praeclara comperisset Franciscanum protomartyrum gesta — qui, in Mauritania, barbaris illis gentibus catholicae religionis cultum afferentes, sanguinem pro Christi nomine profudissent — apostolatus ac martyrii cupiditate aestuans, id enixe poposcit ut sibimet ipsi liceret et sacras eiusmodi expeditiones participare et sua opera suoque, si opus esset, cruore Iesu Christi regnum producere atque amplificare. Veruntamen, rem adeptus, cum ad Africae oras appulisset, febri illico correptus, ob devexam valetudinem in patriam remeare coactus est. At navis, quae in Lusitaniam contendisset, adverso vento compulsa, Italiae litora attigit; Italiae, dicimus, quae a novo huiusmodi caritatis apostolo divinique verbi praecone, non sine caelesti nutu, pervaganda ac collustranda erat. Hic enim potissimum apostolica eius vis ac navitas inclaruit, hic impensis si mi ab eo exantlati labores; at in Galliae etiam provinciis bene multis, quandoquidem omnes Antonius — Lusitanos nempe suos, Afros, ítalos, Gallos, quotquot denique catholica veritate indigere intellexisset — nullo habito gentis nationisque discrimine, actuoso studio suo complectebatur. In haereticos autem, Albigenses scilicet, Catharos et Patarenos, eo tempore paene ubique furentes ac germanae fidei lumen in christifidelium animis restinguere conantes, tam strenue feliciterque decertavit, ut « haereticorum maliens » iure merito nuncuparetur. At vero, si sublimi quadam eloquentiae vehementia atque acerbitate in haereses omne genus in pravosque mores ferebatur, in obcaecatos tamen omnes, qui evangelii lucem appeterent, in devios, qui ad veritatis semitam contenderent, in « pródigos » denique « filios », qui caelestis Patris veniam complexumque percuperent, paternum omnino gerebat animum.

In concionando autem, non populi favorem, non divitum primorumque gratiam, non inanem hominum plausum gloriolamque

aucupabatur; neque doctrinam praeferébat venditorumque more iactabat suam, sed divinam illam, quam e diuturna sacrarum Litterarum lectione suxerafc sapientiam,' studiose diligenterque inlustrabat.

Non mirum igitur si a decessore Nostro f. r. Gregorio IX « Arca Testamenti », honoris causa, appellabatur; non mirum, si tantam civium multitudinem, vel errantem, ad frugem bonam reduxit, vel fide caritateque torpentem, ad virtutum adeptionem sua voce suoque exemplo excitavit. Quamvis enim, ut diximus, non plausum quaereret hominumque gloriam, auditorum tamen animos ita sibi devinciebat, ut diu multumque iidem, temporis laborisque immemores, in eum concionantem intenderent, eiusque oratione perculsi atque commoti, et suorum scelerum horrore perstringerentur, et ad caelestia adipiscenda bona vehementer exardescerent. Cumque fama mirabilis huius evangelicae veritatis praeconis longe lateque percrebresceret, non modo e propinquis regionibus, sed e longinquis etiam urbibus, oppidis viculisque ingens ad eum multitudo eatervatim confluebat, eidemque ita circumfundebatur, ut vix postremos hominum ordines incensissima oratoris vox pertingere posset. Videre erat milites, parumper saltem, arma deserere, agricolas arva, mercatores tabernas, artifices denique officinam cuiusque suam, ut eum alloquentem audirent; atque profecto, in sua quisque reversus, ad perfectioris vitae institutum sese non tam vocatum, quam allectum experiebatur. Neque defuere apostolico huic concionatori mira illa signa atque portenta, quibus Deus, in gravioribus praesertim tempestatibus, Ecclesiam suam sustinere, suorumque praeconum doctrinam atque opera divinitus obsignare atque confirmare videtur. Per ea enim saepenumero ei licuit non modo haereticos, catholicis praeceptis succensentes, pervincere eorumque prosternere molimenta, sed civium etiam odia simultatesque pacare atque componere. Quam ad rem idem decessor Noster Gregorius IX, in LitterisDecretalibus, quibus Antonium Patavinum ad Sanctorum caelitum honores evexit, haec habet: «Ut... suae (Deus) virtutis potentiam mirabiliter manifestet, et nostrae salutis causam misericorditer operetur,

fideles suos, quos semper coronat in caelo, frequenter et honorât in saeculo, ad eorum memorias signa faciens et prodigia, per quae pravitas confundatur haeretica, et fides catholica confirmetur, fideles mentis torpore discusso, ad boni operis excitentur instantiam; haeretici, depulsa in qua iacent caecitatis caligine, ab invio reducantur ad viam, et Iudae! atque Pagani, vero lumine cognito, currant ad Christum, lucem, viam, veritatem et vitam ».[1]

Ad hoc igitur sanctitatis lumen, quo catholica gloriatur Ecclesia, venerabundi respiciant omnes, ad eiusque gesta atque virtutes suam enitantur componere vitam. Discant ab eo iuvenes, ii praesertim qui in Actionis Catholicae ordines adsciti sunt, ab huius saeculi illecebris abhorrere et ad nobilissima quaeque castum piumque animum erigere; discant qui sacris Missionibus dant operam, adversis rebus non frangi, prosperis non efferri, constanterque apostolico flagrare studio; sacri denique discant oratores et ex divinis Litteris suam haurire sapientiam et, sese Iesu Christi praeceptis exemplisque alacriter conformando, ad gravissimum concionandi munus animum comparare suum. Ac potissimum cupimus ut, qui religiosae vitae institutum capessivere, atque imprimis qui ex inclyto sunt Assisiatis Ordine, iidem omnes huius praeclari Franciscalis familiae decoris laudes egregiaque promerita, nobili quadam contentione, aemulentur.

Iam nihil reliqui est, venerabilis frater, nisi ut quae, alia ex aliis, per saecularia huiusmodi sacra, conlatis inter vos viribus consiliisque, peracturi estis, iis et bene precemur et felicem ominemur eventum. In quibus, peculiari placet gratulatione hortationeque prosequi Nostra, cum pias frequentissimasque fidelium peregrinationes per hunc et proximum annum ad gloriosum Antonii sepulchrum habendas; tum duos illos coetus septembri mense agendos, alterum Missionalium causae, rebus alterum rationibusque socialibus provehendis; tum denique Eucharisticum Conventum, quo

[1] **Litt. Decr. « Cum dicat Dominus »**, III **Iunii** MCCXXXII.

Antoniana sollemnia, auspicato sane, ad suum vergent dignissimum exitum.

Faxit igitur Deus, Antonio ipso deprecatore atque auspice, ut quae per has litteras, tibi quidem inscriptas, in christifidelium mentem redigere voluimus, ea intento ab omnibus reputentur animo et in usum actuosissime deducantur.

Caelestium interea munerum conciliatrix esto paternaeque benevolentiae Nostrae testis apostolica benedictio, quam cum tibi, venerabilis frater, tuis omnibus, iisque qui Patavium horum sollemnium causa conventuri sunt, tum nominatim dilectissimae Seraphici Patriarchae suboli universae — studiosis praesertim mirabilis Basilicae et sacrarum Thaumaturgi exuviarum custodibus — peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die i mensis Martii anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

14 Ianuarii 1931. — Cathedrali ecclesiae Venusinae, cum ecclesiis cathedralibus Melphiensi et Rapollensi *ad personam* unitae, praefecit R. P. D. Aloisium DelT Aversana, qui posthac Episcopus Melphiensis, Rapollensis et Venusinus appellentur.

30 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Cuernavacensi, R. P.D. Franciscum Gonzalez, hactenus Episcopum Campecorensem.

— Cathedrali Ecclesiae Ilheosensi, R. P. D. Eduardum Herberhold, O. F. M., hactenus Episcopum titularem Hermopolitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Ludo vici Potosiensis, R. D. Gulielmum Tritschler, canonicum poenitentiarium metropolitanae Ecclesiae Mexicanae.

— Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Aquisgranensi, R. D. Iosephum Vogt, Protonotarium Apostolicum ad *instar participantium,* ac Vicarium generalem archidioecesis Coloniensis.

6 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Carolinaepolitanae, R. D. -Ioseph O'Sullivan, Rectorem Seminarii S. Augustini, in archidioecesi Torontina.

8 Februarii. —• Titulari episcopali Ecclesiae Gurzensi, R. D. Emmanuelem Ferreira da Silva, quem deputávit Auxiliarem Excmi P. D. Theotonii Vieira de Castro, Archiep. Goani et Patriarchae Indiarum Orientalium.

12 Februarii. —- Metropolitanae Ecclesiae Turritanae, R. P. Archangelum Mazzotti, O. P. M.

18 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Theatinae, cum perpetua administratione Ecclesiae cathedralis Vastensis, R. P. D. Iosephum Venturi, hactenus Episcopum Calliensem et Pergulanum.

— Archiepiscopali Ecclesiae Aquilanae, E. P. D. Gaudentium Manuelli, hactenus Episcopum Anagninum.

20 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Siniandensi, R. D. Franciscum Xaverium Lauzirica Torralba, canonicum doctoralem metropoli-

tanae Ecclesiae Valentinae, quem deputav.it Auxiliarem R. P. D. Prudenti Melo y Alcalde, Archiepiscopi Valentina.

21 Februarii. — Praelaturae *nullius* nuper erectae Schneidemiihlensi, R. P. D. Franciscum Hartz, canonicum Capituli cathedralis Berolinensis.

24 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Colophonensi, R. P. Matthiam a S. Llorens, O. F. M. Capuceinorum (in saeculo Ioannem **Sola** y Farrell), quem constituit Vicarium Apostolicum de Bluefields.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ubazensi, R. P. Aston Chichester, S.I., **f** uem constituit Vicarium Apostolicum de Salisbury.

— Titulari episcopali Ecclesiae Drusilianensi, R. D. Iosephum Klemann, e Societate Oblatorum S. Francisci Salesii, quem constituit Vicarium Apostolicum Magni Namaqualand.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

TAURINEN.

CANONIZATIONIS BEATI IOANNIS BOSCO, SACERDOTIS ET FUNDATORIS PIAE SOCIETATIS SALESIANAE ET INSTITUTI FILIARUM MARIAE AUXILIATRICIS.

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Litteris Apostolicis sub anulo Piscatoris die 2 Iunii superioris anni 1920 editis et in Patriarchali Basilica Vaticana e suggestu promulgatis coram plenario coetu Eminentissimorum Patrum Cardinalium et Revmorum Praelatorum atque Consultorum Sacrae Rituum Congregationis, item adstante Emo Cardinali Archipresbytero cum Revmo Capitulo ceteroque clero eiusdem Basilicae, Sanctissimus Dominus noster Pius divina Providentia Papa XI, suprema Sua auctoritate, Venerabilem Ioannem Bosco, sacerdotem Taurinensem et Piae Societatis Salesianae atque Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis Fundatorem, in Beatorum caelitum album retulit, eiusque publicum et sacrum cultum indulsit et honoribus atque privilegiis liturgicis decoravit. In eadem Basilica et a summo Cathedrae S. Petri et altaris a Pio IX Pont. Max. in honorem Ssmae Virginis Mariae, S. Petri Principis Apostolorum et omnium Sanctorum Romanorum Pontificum, die 16 Ianuam 1859 consecrati, collocata et velo amicta, mox detecta

apparuit gloriosa Imago Beati Ioannis Bosco Sacerdotis, quam omnes praesentes genuflexi, religiose venerati sunt. Interim pulsantibus organis chorus hymnum Ambrosianum decantavit, dein **ab** Episcopo celebrante invocato nomine et auxilio Beati Ioannis cum apposita oratione atque thurificata eius Imagine ac Reliquia, festivus ritus Beatificationis conclusus fuit. Ad augendam vero et amplificandam huiusmodi solemnitatem cum sacra liturgia, incruentum Missae sacrificium ritu pontificali, iuxta mo**rem,** a Revmo Capitulo Vaticano ordinatum et ab Episcopo litatum est. Vespertinis autem horis ipse Summus Pontifex descendit in Basilicam, nobili auhcorum familia circumdatus, sacro S. R. E. Cardinalium Collegio **Gomitante** et assistente, una cum Revmo Capitulo et clero ipsius Basilicae, tibi novum Beatum Ioannem Bosco prima vice veneratus est: atque piissime interfuit sacrae functioni eucharisticae cum solemni expositione et benedictione Ssmi Sacramenti. Solemnibus Beatificationis ita feliciter **expletis,** idem Romanus Pontifex Pius XI, D. *JS.* Iesu Christi Vicarius, sedens super sella gestatoria, sicut in adventu ita in recessu, transiens per mediam navem Basilicae, maiestate ac paternitate Sua, benedictio**nem** impertiebat devoto clero et fideli populo, sancta laetitia gestienti, acclamanti **et** plaudenti, una cum florentissimis institutis amatissimi Patris legiferi Beati Ioannis Bosco. Mirabile spectaculum Ecclesiae militanti et triumphanti gratum **et** iucundum! Ab illa faustissima die primariae solemnitatis et per subsequentes festivitates etiam triduanas intra annum a Beatificatione aliquibus dioecesibus et Institutis, nominatim Piae Societatis Salesianae et Familiae religiosae Filiarum Mariae Auxiliatricis ab Apostolica Sede concessas, fama sanctitatis Beati Ioannis Bosco magis clara et diffusa increvit simulque fidelium devotio et fiducia in eius patrocinium. Unde illius ope implorata, quaedam prodigia divinitus patrata feruntur super quibus Inquisitiones Apostolicae conficiendae sunt, impetrata! prius et obtenta causae reassumptione, ad normam iuris. Eapropter instante Revmo D. Francisco Tomasetti, Societatis S. Francisci Salesii et Causae Postulatore, attentisque Litteris Postulatoriis Emorum S. R. E. Cardinahum, Revmorum Archiepiscoporum et Episcoporum necnon Vicarii capitularis Taurinensis, Rectoris maioris Societatis Salesianae atque Praesidis generalis Cooperatorum eiusdem Societatis, Emus et Revmus D. Alexander Verde ipsius Causae Relator, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis coetu, subsignata die ad Vaticanas aedes coadunato, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi ac Revmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem eiusdem Emi Ponentis, audito R. P. D. Carolo Salotti, Fidei Promotore generali, omni-

bus perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem reassumptionis Causae, si Sanctissimo placuerit* — Die 17 Iunii 1930.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per R. P. D. Carolum Salotti, Fidei Promotorem generalem relatione, Sanctitas Sua rescriptum Sacrae Rituum Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem reassumptionis Causae Canonizationis Beati Ioannis Bosco, Confessoris et Sacerdotis Fundatoris Piae Societatis Salesianae et Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis, die 18 Iunii 1930.

•C. CARD. L AUMENTI, *S. R. C. Praefectus.*

L. © S.

A. Caiinci, *Secretarius.*

Il

MEDIOLANEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI C O NT ARD I FERRINI, VIRI LAICI, PROFESSORIS ATHENAEI PAPIEN. ET ALIORUM.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine ac Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico et ad effectum, de quo agitur.

Mediolanensis civitas inter celebriores orbis totius merito praedicatur. Insignis sane est aevi antiquitate, politica historia, bonarum artium cultu, aedificiorum magnitudine, artificio, splendore, innumerorum virorum copia, qui litteris, artibus, re militari, omnigena scientia floruerunt et florent. Sed et plurimi exstiterunt qui de Ecclesia Christi bene meriti sunt. Innumeri Episcopi, plures S. R. E. Cardinales, sex Summi Pontifices mediolanenses sunt, plurimique Sancti et Beati, innumeri quoque vitae sanctimonia praeclari. Hos inter merito Vir ille est recensendus, de quo est hodie sermo.

Ex Rinaldo et Aloisia Buccellati, piis honestisque parentibus, die 4 Aprilis anno Domini 1859 natus est, eodemque die in praepositurali S. Mariae Servorum paroecia ad S. Caroli fuit baptizatus, cui imposita fuerunt

nomina: Contardus, Eugenius, Franciscus, Isidoras, Dominicus. Die vigesimaquinta Maii anno millesimo octingentesimo sexagesimo nono fuit sacro chrismate linitus. Annos agens duodecim primum sacrae synaxi admissus. Exinde Contardus velut novam instauravit vitam, assidua oratione, studio et domestico apostolatu commendabilem. Gymnasium et lycaeum domi celebravit: deinde Papiae Borromaeiani Collegii alumnus condiscipulos verbo et exemplo ad rectum vivendi ordinem allicere conatus est. Doctoralem lauream in iuridica facultate summa cum laude anno millesimo octingentesimo octuagesimo est adeptus. Eodem anno Berolinum, ut ibi in romani iuris scientia perficeretur, aere publico est missus. Hac in civitate, dum in catholicos lucta insaeviret, suam Contardus non haesitavit publice profiteri fidem; quin hoc officerei quominus amplissimam tum condiscipulorum tum professorum existimationem sibi compararet. Annos agenti vigintiquatuor in Papiensi Athenaeo romani iuris docendi munus fuit ei concreditum, unde tres post annos uti Professor ordinarius Messanam et anno millesimo octingentesimo nonagésimo Mütinam est translatus. Anno denique millesimo octingentesimo nonagésimo quarto Papiensem cathedram resumpsit, quam ad mortem usque servavit.

Contardi animum si perscrutemur, et spiritum, quo omnes suae vitae informavit actus, invenimus illum vel ab infantia Deum eiusque gloriam semper intendisse. Omnigenae scientiae, praesertim iuridicae, studium et docendi munus uti arctissimum officium a Deo sibi demandatum, pro Deo heroice coluit, et ad Eum unice direxit, nunquam ab hoc fine deflectens.

Quare a mundanis oblectamentis fuit alienus, et, siquando, ut animo et viribus se reerearet, Alpium iuga ascendebat, mentem suam, quasi a terra divulsus et Deo propinquior factus, in Eum elevabat, et in tam grandium contemplatione montium Eius omnipotehtiae et immensitatis vestigia meditabatur.

Contardus, probe noscens non esse sapientiam nisi a Deo, orationi ita vaca vit, ut visus merito sit ad mysticam cum Deo unionem pertigisse, ut religiosa quoque eius scripta testantur. Cotidie ad sacram Communionem accedebat, qua accepta, extra sensus abripi videbatur. A quotidiana veritatum fidei meditatione numquam abstinuit. Piae lectioni, praesertim Sacrae Scripturae et aurei libelli, qui *Imitatio Christi* dicitur, iugiter incubuit. Immo, ut verbum Dei profundius penetrare valeret, sacrorum bibliorum libros in originalibus, quas perfecte callebat, Unguis, pervolutabat.

Castitatis fuit vel ab adolescentia amantissimus, eamque, praesertim inter condiscipulos, tum Papiae, tum Berolini, inter plurimas vitiorum illecebras, sancte custodivit. Quam virtutem aspero cilicio, aliisque etiam

cruentis affli ctationibus communivit, eiusque amore lionestissimum caelibatum servavit. Optime itaque Contardo aptantur quae S. Ambrosius de vetere Ioseph scripsit: *Sit igitur iuvenibus propositus tanquam speculum castitatis. In eius enim moribus, in eius actibus lucei pudicitia, et quidam splendei, castimoniae comes, nitor gratiae* (S. Ambr., *De S. los.,* c. 1).

Licet propter eius sapientiae famam, ipse inter romani iuris cultores facile pinceps sive apud nostrates sive apud externos haberetur, christianam tamen animi demissionem et vitae simplicitatem iugiter servavit.

Tertio Ordini S. Francisci anno millesimo octingentesimo octuagesimo sexto nomen dedit, eiusque regulas dihgentissime servavit. Nomen item dedit Conferentiis, quas audiunt, S. Vincentii a Paulo, aliisque piis consociationibus ad pietatem in Deum fovendam et in proximum caritatem exercendam institutis.

Contra grassantem liberalismi haeresim, quae tota est in asserenda praepostera hominis Ubertate contra Deum in ordine intellectuali, morali et sociali, Contardus noster altissimum intellectum humiliter fidei regulae subiecit, mores ad divinae et ecclesiasticae legis mandata exactissime composuit, in rebus ipsis religioso -politicis filiali devotione ad Ecclesiae auctoritatem et ad Eomani Pontificis nutum suspexit. Regulam hanc sive scribendo sive docendo, sine tamen imprudenti ostentatione, profiteri non embuit, exemplo, potius quam verbis, aperte commonstrans catholicam fidem non solum scientiae non adversari, sed hanc et ab erroribus tutari et ad altiora perducere.

Immature praereptus, Sunae in Novariensi dioecesi die 1.7 Octobris anno millesimo nongentesimo secundo sancto fine quievit. Sanctitatis fama qua, dum adhuc viveret, ipse fruebatur, post eius obitum adeo est aucta, ut Cardinalis Andreas Carolus Ferrari, sa. me., Archiepiscopus Mediolanen., Processum, quem informativum vocant, construxerit, aliique de more adornati Processus sive super *non cultu* sive super *scriptis.* Die sexta Iulii anno millesimo nongentesimo vigesimo secundo, Causa fuit introducta, et Apostolica auctoritate sunt dein confecti Processus.

Quum miserentis Dei beneficio, paucis abhinc annis, quod erat in catholicorum votis, Mediolani Catholica a Sacro Corde Iesu Universitas fuerit fundata, pronum erat ut ipsa tanti Viri Causae postulationem susciperet; quod et generose fecit.

Servato iuris ordine de eiusdem Servi Dei heroicis virtutibus in Antepraeparatoria Congregatione in aedibus Reverendissimi Cardinalis Raphaelis Merry del Val, fel. rec, Causae Relatoris, die vigesima quinta Octobris anno millesimo nongentesimo vigesimo septimo fuit disceptatum. Die vigesima Novembris insequentis anni et die decimaquinta Iulii elapsi anni in

Vaticanis aedibus Praeparatoria et Nova praeparatoria sunt habita comitia: die demum vigesima mensis Ianuarii anni huius universus disceptantium coetus coram Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI est coactus: in quo Reverendissimus Cardinalis Caietanus Bisleti, Causae Ponens seu Relator, desideratissimo Cardinali Merry del Vai suffectus, proposuit dubium: *An constet de virtutibus theologalibus nempe Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico in casu et ad effectum, de quo agitur.* Qui aderant omnes tum Reverendissimi Cardinales, tum Praelati et Patres Consultores suffragia sua ediderant, quae Beatissimus Pater intento prosequutus est animo: suum tamen pronunciare iudicium distulit pro maiore divini lmninis copia impetranda.

Mentem autem suam pandere volens, hodiernam diem Dominicam Sexagesimae selegit. Quare, Sacro devotissime celebrato, ad Vaticanas Aedes arcessitis Reverendissimis Cardinalibus Camillo Laurenti, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, et Caietano Bisleti, Causae Relatore, nec non R. P. Salvatore Natucci, Sanctae Fidei generali Promotore, meque infrascripto Secretario, edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis Servi Dei Contardi Ferrini in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit die octava Februarii anno millesimo nongentesimo trigesimo primo.

C. CAED. LAURENTI, *S. B. C. Praefectus.*

L. ffî S-

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

DECLARATIO CIRCA MARIALIS ROSARII RECITATIONEM PRO CHRISTIFIDELIBUS RITUS RUTHENI DATA, AD FIDELES RITUS BYZANTINI SLAVICI EXTENDITUR.

Quod iam per decretum diei 29 Aprilis proxime praeteriti anni concessum fuit fidelibus ritus rutheni, ut nempe lucrari ipsi possent indulgentias recitationi Rosarii Marialis adnexas, quamvis salutatio angelica in eorum ritu differat ab illa ritus latini ac diversa ratione enunciari soleant respectiva mysteria, Sacra Poenitentiaria Apostolica, de mandato atque auctoritate SSmi D. N. Pii Pp. XI, ad fideles etiam ritus byzantini slavici benigne extendit, ita ut eorum omnes et singuli, qui modo eorum proprio Beatae Mariae Virginis Rosarium recitent, omnes indulgentias eidem adnexas lucrari valeant. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, e Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 31 Ianuarii 1931.

S. Luzio, *S. P. Regens.*

L. © S.

S. De Angelis, *Substitutus.*

SACRA ROMANA ROTA

i

Causae in Tribunali Sacrae Romanae Rotae actae anno 1930, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva.

I. TAURINEN. - IURIUM.

Turnus Eotàlis: M. Massimi, *Decanus,* I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo.

Advocati: H. Benvignati *ex mandato gratuiti patrocinii;* A. D'Alessandri.

Dubia: 1) « An per decretum diei 15 Martii 1890 nova constituta fuerit Collegiata, vel potius antiqua Collegiata nondum exstincta restituta fuerit, ita ut nunc decreto antiquae fundationis et veteribus constitutionibus, salvis vero immutationibus eodem decreto anni 1890 inductis, regatur in casu. 2) An ad Capitulum spectet cura habitualis, ad Praepositum vero, exclusis omnino Canonicis, cura tantum actualis, in casu. 3) Quaenam sint sive iura sive emolumenta quae quoad funera respective spectent ad Capitulum, vel ad Praepositum qua parochum, in casu. 4) An Capitulo vel Praeposito qua parocho ius sit recognoscendum repraesentandi paroeciam, in casu. 5) An congruae supplementum sit proprium Praepositi, aut sit attribuendum Capitulo ut inter Canonicos distribuatur, in casu. 6) Utrum ad Capitulum an ad Praepositum qua parochum, spectet regimen ecclesiae Collegiatae et administratio sive oblationum quae in ea colliguntur, sive legatorum etiam Paroeciae inscriptorum, iis exceptis quae respiciunt functiones paroeciales, in casu. 7) An Praepositus qua parochus ius habeat celebrandi sive in ecclesia Collegiata sive in aliis ecclesiis intra paroeciae limites exsistentibus, functiones non stricte paroeciales, in casu. 8) An Praepositus absque Capituli venia possit sacra peragere, quae ad ipsum privative qua parochum spectant, in altari maiore ecclesiae Collegiatae, in casu. 9) An iuxta decretum diei 17 Novembris 1890 Canonici, etiam diebus festis quibus Praepositus celebrat Missam conventualem, celebrare aut celebrandas curare teneantur duas tantum Missas in ecclesia Collegiata, in casu. 10) An Praepositus durante sua hebdomada possit ad suas vices gerendas in choro alium delegare Canonicum qui teneatur et ipse ad chorale servitium obeundum aut alium sacerdotem licet non capitularem, quin amittat distributiones quotidianas, easdemque distributiones suas facere,

quando celebrationi Missae non adsit, in casu. 11) An ex massa communi, antequam inter Capitulares dividatur, detrahendus sit in favorem uniuscuiusque Canonici canon pro domus conductione, in casu. 12) An Praeposito ius sit praecipiendi ut Canonici eum adiuvent tempore Quadragesimali in catechesi tradenda, hora qua choro adesse deberent, quin tamen iidem distributiones amittant, in casu. 13) An et ad quas distributiones Canonici ius habeant tempore vacationum, in casu ».

Sententia diei 2 Ianuarii: ad 1) « Negative ad primam partem, affirmative ad alteram». Ad 2) «Affirmative». Ad 3) «Iura et emolumenta omnia quoad funera spectare ad Praepositum qua parochum, exceptis funeribus quae ad Capitulum spectant ex canone 415 § 2, 3°, itemque, quoties Capitulum invitatum fuerit». Ad 4) « Affirmative ad primam partem, negative ad alteram ». Ad 5) « Spectare ad S. Congregationem Concilii. » Ad 6) Regimen ecclesiae competere Capitulo ad normam iuris, administrationem vero sive legatorum sive oblationum competere Capitulo et Praeposito qua parocho intra fines canonis 415 § 2, 5, § 3, 3° ». Ad 7) « Affirmative, intra fines canonis 415 § 2, 4° in ecclesia Collegiata, negative quoad ceteras ecclesias, salvis iuribus alio titulo quaesitis ». Ad 8) « Affirmative, firmo tamen canone 415 § 4 ». Ad 9) « Affirmative ». Ad 10) « Negative quoad facultatem substitutionis; quoad distributiones vero standum canoni 420 § 1, 4° et § 2 ». Ad 11) «Negative ». Ad 12) «Affirmative, hora tamen fidelibus commodiore ». Ad 13) «Negative».

II. VINDOBONEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi et H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor Substitutus: C. Conte.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. RzewnicM.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 11 Ianuarii: « Negative ».

III. PLOOEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.* .

Turnus Rotalis: F. Morano, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor Substitutus: 0. Conte.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 14 Ianuarii: « Affirmative ».

IV. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus itemque m defectu consensus ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Decanus, Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.

Vinculi Defensor deputatus: I. Stella.

Advocatus: I. P. Certo.

Dubium: «An Sententia Rotalis diei 29 Decembris 1928 sit confirmanda, vel infirmanda, in casn ».

Sententia diei 14 Ianuarii: « Confirmandam esse sententiam rotalem, seu non constare de nullitate matrimonii ».

V. LUGANEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus ob intentionem contra bonum Sacramenti et contra bonum prolis.*

Turnus Rotalis. A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor deputatus: S. Romani.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lajzzarato.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 16 Ianuarii: « Negative ».

VI. LUBLINEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: U. Maimucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Guglielmi.

Vinculi Defensor Substitutus: C. Conte.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 27 Ianuarii: «Affirmative».

VII. ZAGABRIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli *Ponens,* F. Parrillo, F. Morano.

Vinculi Defensor Substitutus: C. Conte.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 5 Februarii: « Negative ».

VIII. MEDIOLANEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *Incidentis.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus: F. Bersani.

Dubium: «An et quomodo suppletiva probatio a Curia Papiensi admittenda sit in casu ».

Sententia diei 17 Februarii: « Affirmative, et suppletivani probationem a Curia Papiensi denegatam admittendam esse, servatis cautelis a iure praescriptis, praesertim quoad interrogatoria a Defensore Vinculi proponenda, ad normam canonis 1968 ».

IX. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: F. GugKelmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano.

Vinculi Defensor: I Trezzi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. P. Certo.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 22 Februarii: « Negative ».

X. FERETRANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

Vinculi Defensor deputatus: S. Romani.

Advocatus: A. Carabini.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 25 Februarii: «Negative».

XI. N. N. - PROPRIETATIS.

Turnus Rotalis: U. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Guglielmi.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: A. D'Alessandri et V. Sacconi.

Dubia: 1) «An constet de re iudicata in casu, et quatenus affirmative: 2) An sit locus restitutioni in integrum in casu; et quatenus negative ad I vel affirmative ad II, 3) An constet de nullitate alienationis aedium et praedium de X. ab Archiepiscopo N. facta Sororibus » in casu, et quatenus affirmative ad III, 4) Quibus condicionibus aedes et praedia, de quibus agitur, restituenda sint Archiepiscopo N. in casu.

Sententia diei 27 Februarii: Ad 1) «Negative, seu non constare de re iudicata ». Ad 2) « Provisum in primo ». Ad 3) « Affirmative, seu constare de nullitate alienationis in casu». Ad 4) « Restitutionem peragendam esse ***Sb*** Sororibus contextim cum restitutione pretii ab Archiepiscopo, ad nor>-mam can. 1534 § 1, fin. et 1681, seu cum compensatione ab eodem facienda expensarum et damnorum, de quorum omnium aestimatione agendum in separata iudicii sede, salvo iure partium amice rem componendi ad tramites can. 1925 ss. ».

XII. LIMBURGEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus ob viri dementiam.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* F. Morano, G. Heard.

Vinculi Defensor Substitutus: C. Conte.

Advocatus: I. Stella.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 1 Martii: « Negative ».

XIIÍ. MARIANOPOLITANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* U. Mannucci, A. Jullien.

Vinculi defense»' deputatus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii. D. Lazzarato.

Dubium: « An sententia rotalis diei 5 Aprilis 1929 sit confirmanda vel infirmanda in casu »,

Sententia diei 11 Martii: « Infirmandam esse sententiam rotalem, seu non constare de.nullitate matrimonii, in casu ».

XIV. ^VESTMONASTERIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, A. Wynen.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus: N. Patrizi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 14 Martii: « Affirmative ».

XV. HARLEMEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob conditionem appositam contra bonum prolis.*

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano.

Defensor Vinculi Substitutus: D. Conte.

Advocatus: A. D'Alessandri.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 26 Martii: « Negative ».

XVI. PADERBORNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* F. Guglielmi, F. Morano.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus: I. P. Certo.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 2 Aprilis: « Negative ».

XVII. SCEPUSIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, F. Morano.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Giusino.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 4 Aprilis: « Affirmative ».

XVIII. BOGOTEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis.*

Turnus Rotalis: F. Morano, A. Wynen, *Ponens,* G. Heard.

Defensor Vinculi deputatus: I. Brocco.

Advocatus: H. Benvignati.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia: diei 8 Aprilis: « Negative ».

XIX. PANORMITANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jnllien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Defensor Vinculi: I. Trezzi.

Advocatus: H. Benvignati.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 12 Aprilis: « Affirmative ».

XX. LTSBONEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* U. Mannucci, G. Heard.

Defensor Vinculi: I. Trezzi.

Advocati: V. Sacconi, H. Benvignati.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 30 Aprilis: « Negative ».

XXI. KATOVICEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Morano, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Defensor Vinculi deputatus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 3 Maii: « Negative ».

XXII. PRAENESTINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* U. Mannucci, A. Jullien.

Defensor Vinculi: I. Trezzi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. Carabini.,

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 10 Maii: « Negative ».

XXIII. VILNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis.*

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano.

Defensor Vinculi deputatus: I. Brocco.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 14 Maii: « Negative ».

XXIV. AUGUST ODUNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus ob exclusum bonum fidei.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 20 Maii: « Negative ».

XXV. TRANSILVANIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite metus.*

Turnus Rotalis: « M. Massimi, Decanus, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Defensor Vinculi deputatus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. Bzewnieki.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 21 Maii: «Affirmative».

XXVÌ. FLORENTINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Morano, *Ponens, A.* Wynen, G. Heard.

^*Defensor Vinculi deputatus:* I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 27 Maii: « Affirmative ».

XXVII. N. N. - PROPRIETATIS.

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* IT. Mannucci, A. Jullien.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: N. Patrizi, A. D'Alessandri.

Dubia: 1) « Ad quem spectet proprietas controversae domus et mobilium quae in ea exstabant, in casu; 2) An et cui fini destinata fuerit praedicta domus, in casu ».

Sententia diei 6 Iunii: « Ad 1) controversam domum una cum mobilibus (salvis invectis et inlatis a Sororibus...) spectare ad hereditatem fiduciariam quondam X. Y., iuxta legem fiduciae diei 25 Augusti 1915. Et ad mentem in decisione explicandam. Ad 2) « Affirmative, favore Asyli puerorum loci Z. ».

XXVIII. MONASTERIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium: « An sententia rotalis diei 8 Iunii 1929 sit confirmanda vel infirmanda, in casu».

Sententia diei 11 Iunii: « Infirmandam esse sententiam rotalem, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu».

XXIX. N". N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae.*

Turnus Rotalis: U. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Guglielmi.

Defensor Vinculi: I. Trezzi.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium: «An confirmanda vel infirmanda sit sententia rotalis diei 29 Octobris 1929 in casu ».

Sententia diei 16 Iunii: « Confirmandam esse sententiam rotalem, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XXX. AVERSANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Defensor Vinculi deputatus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: V. Pozzani.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 16 Iunii: « Negative ».

XXXI. TRANSILVANiEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Morano, A. Wynen, *Ponens,* G. Heard.

Defensor Vinculi deputatus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. RzewnicM.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 24 Iunii: «Negative».

XXXII. MEDIOLANEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Defensor Vinculi deputatus: I. Stella. .

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. B. Ferrata.

Dubium: «An confirmanda vel infirmanda sit sententia rotalis diei 8 Augusti 1929, in casu ».

Sententia diei 25 Iunii: « Confirmandam esse sententiam rotalem, seu constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XXXIII. LEODIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite deiectus consensus ob exclusam indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 28 Iunii: « Negative ».

XXXIV. TIRNAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus: I. Stella.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

Sententia diei 9 Iulii: « Negative ».

XXXV. N. N. -- NULLITATIS MATRIMONII *ex capite affinitatis illicitae in primo gradu.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

Defensor Vinculi: I. Trezzi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 15 Iulii: « Negative ».

XXXVI. MEDIOLANEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus ob conditionem appositam.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, H. Quattrocolo.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte,

Advocatus: I. P. Certo.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 16 Iulii: « Negative ».

XXXVII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae, atque* DISPENSATIONIS *super rato.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, H. Quattrocolo.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubia 1) «An constet de matrimonii nullitate in casu; et quatenus negative 2) An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu ».

Sententia diei 16 Iulii: Ad 1) «Negative». Ad 2) «Affirmative ».

XXXVIII. N. N. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae, atque* DISPENSATIONIS *super rato.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, F. Morano.

Defensor Y inculi deputatus: I. Stella.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubia: 1) « An constet de matrimonii nullitate, in casu; et quatenus negative, 2) An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 21 Iulii: « Negative ad utrumque ».

XXXIX. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: U. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Guglielmi.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus e mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An confirmanda vel infirmanda sit sententia rotalis diei 23 Iulii .1929 ».

Sententia diei 24 Iulii: « Infirmandam esse sententiam rotalem, seu non constare de matrimonii nullitate in casu ».

XL. M o NTISPESSULAN A. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite condicionis appositae, atque* DISPENSATIONIS *super rato.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo. Quattrocolo.

Defensor Vinculi deputatus: S. Romani.

Advocati: L. Legrand, A. Carabini,

Dubia: 1.) « An constet de matrimonii nullitate, in casu; et quatenus negative, 2) An consilium praestandum Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 25 Julii: « Negative ad utrumque ».

XLI. MOGUNTIN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis.*

Turnus Rotalis: F. Morano, A. Wynen, *Ponens,* G. Heard.

Deiensw Vinculi deputatus:* I.' Brocco.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 26 Iulii: «Negative».

XLIL Vic. APOST, DE BUKOBA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Decanus, Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Defensor Vinculi deputatus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 29 Iulii: « Affirmative ».

XLIII. N. N. - IURIUM.

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* U. Mannucci, A. Jullien.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: V. Sacconi, H. Benvignati, F. Bersani.

Dubia: 1) «An BB. DD. D. O. et E. G. teneantur in solidum restitutione Sacerdoti I. C. qua Parocho loci..., fundi quem Domina I. B. donavit ut ibi erigeretur Asylum, et ii Dominae A. F. vendere praesumpserunt, vel solutione, titulo damnorum, summae quae hodiernum fundi valorem aequat, una cum foenore legali. 2) An iidem in solidum onere teneantur restituendi instanti, ut supra, domum asyli-oratorii, quam Dñae A. F. vendere praesumpserint, sin minus, tituló damnorum, solvendi summam quae hodiernum ipsius immobilis et adnexorum valorem aequat, una cum foenore legali. 3). An B. D. D. C. teneatur restituere instanti, ut supra, lib. mille, quas, ut pretium attentatae venditionis fundi paroeciae, a **Dno** A. accepit. 4) An R. D. D. C. restituere debeat instanti, nomine paroeciae vel fabricae loci..., viginti candelabra et crucem, quae ipse alienare praesumpsit: sin minus summam eidem solvere teneatur, quae hodiernum eorum valorem aequat. 5) An B. D. D. C. solvere debeat instanti, ut supra, lib. 567, 77, quas ipse debet iuxta rationum redditionem usque ad diem 30 Septembris 1923, una cum foenore legali. 6) An et quanam proportione RE. DD. D. O. et E. G. reficere debeant actori expensas et honoraria huius causae, quas actor sustinuit in primo et altero iurisdictionis gradu ».

Sententia diei 3 Iulii: Ad 1) et 2): ¿ R.dum D. O. teneri restitutione summae 15.000 lib., ex venditione perceptae, una cum foenore legali a die initi contractus». Ad 3) «Negative», firma obligatione R. D. O. restituendi summam mille lib. favore Oratorii perceptam. Ad 4) «Negative». Ad 5) « Affirmative cum foenore legali a die motae litis». Ad 6) «Unum R. **D.** D. O. teneri expensas omnes iudiciales, exceptis advocatorum honorariis, actori reficere ».

XLTV. VICENTINA. - POENARUM: *Incidentis et restitutionis in integrum.*

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocatus: D. Lazzarato.

Dubia: 1) «An petita instructio concedenda sit in casu; 2) An concedenda sit restitutio in integrum adversus decretum Episcopi diei 15 Fe-

bruarii 1930, in casu ». 3) « An et quaenam personae Tribunalis Vicentini recusandae sint, in casu ».

Sententia diei 30 Iulii: Ad 1) «Affirmative»; ad 2) «Negative»; ad 3) «Negative ».

XLV. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus ob conditionem contra bonum prolis.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* P. Morano, A. Wynen.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus: N. Ferrata.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 31 Iulii: « Negative ».

XLVI. BRIXIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Morano, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Stella.

Dubium: « An sententia rotalis diei 7 Augusti .1928 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 5 Augusti: « Confirmandam esse sententiam rotalem, seufnon constare de matrimonii nullitate, in ca.su ».

XLVII. ANTIBAREN. - SEPARATIONIS.

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier, S. Rzewnicki.

Dubium: « An constet de causis legitimis separationis thori, mensae et habitationis, et cuinam ex partibus culpa praecipue imputanda sit ».

Sententia diei 6 Augusti: « Ad primam partem, negative; ad secundam, provisum in prima ».

XL VIII. SANCTI MARCI ET BISINIANEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Decanus, Ponens,* I. Grazioli, G. Heard.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus: I. P. Certo.

Dubium: « An sententia rotalis diei 20 Ianuarii 1928, sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 8 Augusti: « Infirmandam esse sententiam rotalem, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XLIX. TAURINEN. - IURIUM.

Turnus Botalis: F. Guglielmi, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: D. Lazzarato, C. Giusino, V. Sacconi.

Dubium: « An sententia rotalis diei 13 Augusti 1925 confirmanda vel infirmanda sit, in casu ».

Sententia diei 9 Augusti: « Affirmative ad primam partem, seu sententiam rotalem esse confirmandam, secundum eiusdem responsiones ad singula dubia, praeter modum infra descriptum quoad dubium 2) et **5).** Negative ad alteram partem. — Modus est: quoad dubium 2), attenta renuntiatione a canonicis peracta quaestioni circa ius confessiones fidelium excipiendi vi beneficii vel officii, eadem quaestio non proponitur. Quoad dubium 5), circa tempus a quo peragenda est restitutio perceptorum emolumentorum, Ordinarius concordiam curet, sin minus ipse ex aequitate rem definiat».

L. VIENNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *eoo capite defectus consensus eh conditionem appositam contra bonum prolis.*

Turnus Rotalis: F. Morano, *Ponens,* A. Wynen, G.-Heard.

Defensor Vinculi deputatus: I. Stella.

Advocatus: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 11 Augusti: « Negative ».

LI. VIENNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: F. Morano, A. Wynen, *Ponens,* G. Heard.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia 11 Augusti: « Negative ».

LII. N. N. - PROPRIETATIS.

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* A. Jullien, F. Guglielmi.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: H. Benvignati, I. Limongelli.

Dubia: 1) « An constet de sententiae diei 6 Aprilis 1922 nullitate » 2) « Quibus ex capitibus vel sustineatur appellatio, vel sit locus restitutioni in integrum, in casu ». Et quatenus « affirmative » vel ad primum vel ad secundum, 3) « An proprietas aedium... competat Duae A. V. tamquam heredi Parochi **Ii.** ». Et quatenus « negative » ad tertium, 4) « Quidne et a

quo eidem debeatur pro expensis a Parocho L. factis » 5) « An et quaenam summa debeatur Ecclesiae Paroecialivel eius Parocho, seu a Dna A. V. nomine ut supra, seu a Sac. V., aut viceversa ».

Sententia diei 11 Augusti: Ad 1) «Negative». Ad 2) «Affirmative ad primam partem, nempe appellationem sustineri quoad omnia capita, utpote inter se connexa; et ad secundam provisum in prima ». Ad 3) «Negative, sed aedium proprietatem spectare ad paroeciam in cuius bonum cessae et instructae sunt». Ad 4) «A Parocho... deberi Dñae A.V. expensas a Sac. L. pro controversis aedibus factas, quas ipsa uti earum heres solvere debuit vel adhuc debet ». Ad 5) « A Dña A. V. deberi fructus ex aedium locatione perceptos, de bono et aequo ab Ordinario aestimandos: Sac. V. nihil deberi. Vice versa, a Parocho... deberi Dñae V. expensas quovis modo pro aedibus ab ipsa factas vel sustentatas, et quando scholae proventus suppetant, teneri fundationem Missarum V. restituere, necnon summam solvere « au denier du culte », quam Sac. V. in Scholae bonum impendit. Et ad mentem: mens est, quod si Ordinarii iudicio, condiciones Parocho, factae onerosae résultent *pro* ipsis aedibus recuperárteos, tunc Dña V., ut tuta conscientia valeat eas retinere, tenetur ejdem Parocho summam repensare (impendendam iuxta modum ab Ordinario praefiniendum in vim canonis 1517 § 2), quae aedium valorem aeqtiet tempore quo heres facta est, deductis tamen expensis, de quibus in responsione ad quartum ».

LUI. ÖENETEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Decanus, Ponens,* A. Wynen, *G.* Heard.

Defensor Vinculi: I. Trezzi.

Advocatus: A. D Alessandri.

Dubium: «An sententia rotalis diei 25 Iulii 1928 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu».

Sententia diei 12 Augusti: « Confirmandam esse sententiam rotalem, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

LIV. WESTMONASTERIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus ob ignoratam matrimonii naturam.*

Turnus Rotalis: IT. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Heard.

Defensor Vinculi: I. Trezzi.

Advocatus: H. Benvignati.

Dubium: « An confirmanda vel infirmanda sit sententia rotalis diei 2 Augusti 1929 ».

Sententia diei 10 Novembris: « Infirmandam esse sententiam rotalem, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

LV. OLOMUCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: U. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Guglielmi.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

Sententia diei 24 Novembris: « Negative ».

LVI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impedimentum publicae honestatis.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Defensor Vinculi deputatus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia: « Negative ».

LVII. SSMAE CONCEPTIONIS DE CHILE-IURIS FUNERANDI.

Turnus Rotalis: U. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Guglielmi.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: A. Carabini, C. Astorri.

Dubium: « An et quamnam summam Superior O. F. M. Capuccinorum loci « Los Angeles » debeat*Dño Sac. Gonzalo Arteche, parocho eiusdem loci, in casu ».

Sententia diei 1 Decembris: Ad utrumque: « Ad mentem. Mens est, in casu parocho non competere nisi portionem paroecialem ad normam can. 1236 s. ».

LVIII. COLONIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, Decanus, A. Wynen, *Ponens,* G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Brocco.

Advocatus: I. Stella.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 3 Decembris: « Affirmative ».

LIX. Vic. APOST, DE FUNING. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

Defensor Vinculi deputatus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. Rzewnicki.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 9 Decembris: « Affirmative ».

LX. SCEPUSIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus* (v. XVII).

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Decanus, Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Ginsino.

Dubium: « An sententia rotalis diei 4 Aprilis 1930 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».

Sententia diei 13 Decembris: « Sententiam rotalem esse confirmandam, seu constare de matrimonii nullitate in casu ».

LXI. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, U. Mannucci.

Defensor Vinculi deputatus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 19 Decembris: « Negative ».

LXII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae.* •

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

Defensor Vinculi Substitutus: C. Conte.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: V. Pozzani.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 30 Decembris: « Negative ».

LXIII. TRANSILVANIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano,

x *Defensor Vinculi deputatus:* I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. Rzewnicki.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

Sententia diei 30 Decembris; « Negative ».

II

Causae quae eodem anno 1930 transactae fuerunt vel peremptae, vel quae absque definitiva sententia, ex peculiaribus circumstantiis, finem habuerunt; quibus adduntur decreta quoad recursus contra libellorum reiectionem.

I. VARMIEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite defectus consensus,* coram R. P. D. M. Massimi, *Decano.*

Attenta actricis declaratione, de eo quod eiusdem actricis non intersit litem prosequi; attenta subsequente declaratione patroni ex officio de non prosequenda appellatione interposita adversus sententiam rotalem diei 25 Octobris 1928, appellationem desertam esse Ponens declaravit, decreto diei 15 Ianuarii.

II. MOGUNTINA. - Nullitatis matrimonii ex capite dementiae mulieris, «oram R. P. D. A. Wynen.

Cum ex noviter deductis nullum novum argumentum ad probandam nullitatem matrimonii impugnati hauriri possit, non esse concedendam novam instantiam contra duas sententias conformes contrarias actoris votis declararunt, ideoque Ponentis decretum (liei 18 Martii 1929 confirmarunt Patres in Turno, die 11 Februarii.

III. ATREBATEN. - *Competentiae,* coram R. P. D. M. Massimi, *Decano.*

Cum D. Carolus Le Roy, actor et appellans, die 22 Ianuarii 1930,declaratione in scriptis edita, instantiae renuntiaverit; cumque R. D. Promotor iustitiae eidem renuntiationi, die 14 Februarii, accesserit, renuntiationem ad normam can. 1740 admisit Ponens, die 17 Februarii.

IV. VARSAVIEN. - *Separationis* coram R. P. D. F. Parrillo.

Cum annus effluxerit, quin ullus actus processualis in hac causa positus fuerit, appellationem esse desertam (can. 1736) declaravit Ponens, die 20 Februarii.

V. ALEXANDRINA ARMENORUM. - *Hereditatis,* coram R. P. D. Parrillo.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per biennium in hac causa, ad normam can. 1736 instantiam esse peremptam Ponens declaravit, die 21 Februarii.

VI. KTELOEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite conditionis appositae,* coram E. P. D. M. Massimi, *Decano.*

Cum E. D. Defensor Vinculi Nostri Tribunalis, visis actis causae, in scriptis declaraverit se non esse .prosecuturum appellationem interpositam a Defensore Vinculi Tribunalis Cracoviensis adversus sententiam eiusdem Tribunalis latam die 7 Novembris 1929, conformem sententiae Tribunalis Kielcensis diei 15 Novembris 1928, qua definitum est constare de nullitate matrimonii, appellationem desertam esse, ita ut coniugibus ius sit novas nuptias contrahendi, declaravit Ponens, die 24 Pebruarii.

VII. TRANSVAALEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite clandestinitatis et defectus consensus,* coram E. P. D. U. Mannucci.

Cum per superiorem annum nullus actus iudicialis positus fuerit, instantiam appellationis a sententia lata pro validitate matrimonii peremptam declaravit Ponens, die 24 Martii.

VIII. TERGESTINA. - *Nullitatis matrimonii ex capite defectus consensus,* coram E. P. D. H. Quattrocolo.

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, instantiam fuisse peremptam decrevit Ponens, die 25 Aprilis.

IX. IJTINEN. - *Spolii,* coram E. P. D. U. Mannucci.

Ad normam can. 1736 instantiam peremptam declaravit Ponens, die 12 Maii.

X. C AMH VALLEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite ligaminis,* coram E. P. D. Parrillo.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum in appellationis iudicio, instantiam ad normam can. 1736 peremptam declaravit Ponens, die 27 Maii.

XI. BRITKLINIEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite defectus consensus ob intentionem contra bonum prolis,* coram E. P. *D.* M. Massimi, *Decano.*

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, ad normam can. 1736, appellationem esse desertam, haud obstante declaratione patroni, declaravit Ponens, die 2 Iunii.

XII. NIOIEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite clandestinitatis,* coram E. P. D. M. Massimi, *Decano.*

Cum nullus actus iudicialis positus sit per annum, appellationem desertam declaravit Ponens, die 12 Iunii.

XIII. I**nstilen. -** *Nullitatis matrimonii ex capite simulati consensus,* corani E.. P. D. **H.** Quattrocolo.

Acceptata renuntiatione appellationi, renuntiationis litteras in Archivo **H. T.** servandas, cetera acta ad Curiam Insulensem transmittenda decrevit Ponens, die 30 Iunii.

XIV. VARMIEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite defectus consensus,* ooram P. P. D. F. Guglielmi.

Cum nullus actus processualis per annum, positus fuerit, vi can. 1736, instantiam peremptam declaravit Ponens, die 9 Iulii.

XV. NEO EBORACEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite conditionis appo' sitae contra bonum sacramenti,* coram R. P. *D.* A. Jullien.

Cum per biennium nullus actus processualis positus fuerit, instantiam peremptam declaravit Ponens, die 14 Iulii.

XVI. **HiERAOEN, -** *Nullitatis matrimonii ex capite clandestinitatis,* coram R. P. D. A. Jullien.

Cum actor nullum actum processualem per annum posuerit, instantiam peremptam declaravit Ponens, die 14 Iulii.

XVII. COMEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite defectus consensus ob conditionem appositam,* coram R. P. D. Gughelmi.

Vi can, 1736, cum nullus actus processualis per annum positus sit, instantiam esse peremptam Ponens declaravit, decreto diei 23 Iulii.

XVIII. RHEGINEN. - *Refectionis damnorum,* coram R. P. D. Wynen.

Cum revocata fuerit commissio pontificia, acta reponi in archivo Ponens decrevit, die 31 Iulii.

XIX. CARCASSONEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite simulati consensus,* coram R. P. D. Grazioli.

Cum actrix per annum nullum posuerit processualem actum, appellationem peremptam ad normam can. 1736 declaravit Ponens, die 1 Augusti.

XX. N. N. - *Calumniae,* coram R. P. D. M. Massimi, *Decano.*

Attenta revocatione Commissionis pontificiae, acta reponi in archivo iussit Ponens, decreto diei 2 Augusti.

XXI. FLORENTINA. - *Iurium,* coram B. P. D. M. Massimi, *Decano.*

Cum renuntiatio appellationi adversus sententiam rotalem, admissa a Ponente, decreto diei 12 Augusti 1930, postea impugnata fuerit ab altera parte: viso can. 1740 § 2; attento quod Codex non requirit designationem termini utilis ad impugnandam renuntiationem, ita ut sufficiens habendum sit spatium decem dierum utile ad appellandum (arg. Dec. S. C. Conc., *Romana et aliarum,* de fatalibus ad recurrendum, *A. A. S.,* vol. XVI, 162), quod spatium intercessisse in casu in confesso est: attenta appellantis petitione ut per peremptionem declaretur sententiam rotalem transiisse in rem iudicatam, ita ut in ordine ad causam de qua agitur, interesse non habeat ad impugnandum decretum quo effectus intentus plene obtinetur, immo modo utiliore ipsi appellanti, qui eximitur a solvenda vel parte expensarum (can. 1739, coli. cum can. 1741), confirmandum esse decretum Ponentis, diei 12 Augusti 1930, appellantem vero teneri ad expensas actorum huius quaestionis incidentalis decreverunt Patres, die 21 Octobris.

XXII. CARCASSONEN. *Nullitatis matrimonii ex capite clandestinitatis,* coram E. P. D. F. Guglielmi.

Vi can. 1736, cum nullus actus processualis per annum positus fuerit, instantiam declaravit peremptam Ponens, die 22 Octobris.

XXIII. EOMANA. - *Nullitatis matrimonii. Admissionis libelli,* coram E. P. D. Jullien.

Attentis litteris Officialis Vicariatus Urbis "diei 8 Novembris, acta *m* Archivo esse reponenda Ponens mandavit decreto diei 10 Novembris.

XXIV. RHEDONEN. - *Diffamationis,* coram E. P. D. Parrillo.

Attenta renuntiatione appellandum, et eiusdem renuntiationis acceptatione ab altera parte, audito etiam Promotore Iustitiae, renuntiationem admitti, sententiamque in rem iudicatam ex can. 1917 § 1 transiisse et excutioni esse mandandam, renuntiantes vero teneri ad expensas omnes iudiciales solvendas (can. 1741) decrevit Ponens, die 11 Novembris.

XXV. N. N. - *Nullitatis matrimonii ex capite impotentiae viri,* coram E. P. D. Quattrocolo.

Cum actrix obtemperare renuerit decretis diei 19 Ianuarii et 11 Maii .1929, eiusdem contumaciam Ponens declaravit ad normam can. 1850, ipsiusque ius ad causam prosequendam esse peremptum decrevit, die 11 Novembris.

XXVI. AQUÉN. - *Nullitatis matrimonii ex capite vis metus,* coram R. P. D. H. Qnattrocolo.

Cum nullum actum processualem intra annum actrix posuerit, ad causam in appellatione prosequendam, die 11 Novembris Ponens decrevit instantiam esse peremptam ad normam can. 1736.

XXVII. N. N. - *Nullitatis matrimonii ex capite conditionis appositae contra bonum prolis,* coram R. P. D. H. Quattrocolo.

Attento quod per annum Procurator Actricis nullum actum processualem posuerit ad appellationem prosequendam, ad normam can. 1736, instantiam peremptam esse Ponens decrevit die 11 Novembris.

XXVIII. MEDIOBURGEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite conditionis appositae,* coram R. P. D. H. Quattrocolo.

Cum nullus actus processualis intra annum ab actore positus fuerit ad causam in appellatione peragendam, die 11 Novembris, Ponens decrevit, ad normam can. 1736, instantiam esse peremptam.

XXIX. VERCELLEN. - *Admissionis libelli, super quaestione incidentali de iure appellandi,* coram M. Massimi, *Decano.*

Audito Promotore Iustitiae; visis canonibus 1880, 6 et 7: 1709 et 1710: Patres decreverunt die 26 Novembris, adversus decisionem turni rotalis coram Parrillo diei 8 Iulii 1929, non competere R. D. A. Belluati ius appellandi ad turnum proxime sequentem.

XXX. N. N. - *Nullitatis matrimonii ex capite conditionis appositae contra bonum prolis,* coram F. Parrillo.

Cum nullus actus processualis per annum positus fuerit, instantiam appellationis peremptam esse declaravit Ponens, decreto diei 27 Novembris.

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTEBPBETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I. - DE ECCLESIAE CONSECRATIONE

D. An vi canonis 323 Abbas *nullius,* charactere episcopali carens, ecclesiam in alieno territorio valide consecrare possit ex eiusdem Ordinarii licentia,

R. *Negative.*

II. - DE SUBSTITUTIONE CHORALI

D. An sub nomine *Canonici* vel *Beneficiarii,* de quibus in canone 419 § 1, veniant eorumdem coadiutores.

R. *Negative.*

IH.-DE CONSULTORIBUS DIOECESANIS

D. An sub nomine *Sacerdotes,* de quibus in canone 423, veniant etiam Religiosi vel Religiosi saecularizati.

R. *Negative.*

Datum Romae, ex Civitate Vaticana, die 29 mensis Ianuarii 1931.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses,*

L. $ S.

I. Bruno, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 5 Febbraio, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. Gav. RUFO VINCENZO RUFFO, Principe DELLA SCALETTA, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario del Sovrano Militare Ordine di Malta, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SAGRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 10 Febbraio 1931, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Granito Pignatelli di Belmonte, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Serva di Dio Emilia de Vialar, Fondatrice dell'Istituto di S. Giuseppe dell'Apparizione, si è tenuta la Congregazione ***Antipreparatoria*** dei Sacri Riti, nella quale dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio sopra l'eroicità delle virtù esercitate dalla stessa Serva di Dio.

Martedì, M Febbraio J931, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Eminentissimi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e Consultori teologi, si è tenuta la Congregazione ***Preparatoria*** dei Sacri Riti per discutere il dubbio sopra l'eroicità delle virtù del Ven. Servo di Dio Glicerio Landriani, Chierico novizio della Congregazione dei Chierici Regolari poveri della Madre di Dio delle Scuole pie.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

31 Gennaio 1931. I Revmi Padri, Pietro Boetto, S. I., e Servo Goyeneche, dei Missionari Figli del Cuore Immacolato di Maria, ***Consultori della Sacra Congregazione dei Religiosi.***

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

4 Agosto 1930. Monsig. Paolo Ozoux, della diocesi di Saint-Denis.
24 Settembre » Monsig. Zaul Pedreira, della diocesi di Piauhy.
28 Ottobre » Monsig. Giacomo Dos Remedios, dell'archidiocesi di Bombay.
» » » Monsig. Clemente D' Mello, della medesima archidiocesi.

11 Dicembre 1930. Monsig. Giuseppe Dworzak, dell'archidiocesi di New York.
1 » » Monsig. Castolo Ghezzi (Roma).
» » » Monsig. Giuseppe Rinolfi, della diocesi di Pergola.
14 » » Monsig. Bernardo Poggio, della diocesi di Noli.
27 » » Monsig. Amleto Tondini (Roma).
29 » » Monsig. Eugenio Filkorn, della diocesi di Nitra.
ê Febbraio 1931. Monsig. Giuseppe Foris, della diocesi di Premislia dei Latini.
» » » Monsig. Antonio Dozynski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Michele Huciñski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Stanislao Szpetnar, della medesima diocesi.
> » » Monsig. Giovanni Kwolek, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Grochowski, della medesima diocesi.
12 » » Monsig. Sabba Battistoni, dell'archidiocesi di Rio de Janeiro.
19 » » Monsig. Venceslao Kubicek, dell'archidiocesi di Olmütz.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

5 Febbraio 1931. 11 Sig. Federico Thorne-Rider, della diocesi di Los Angeles.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

24 settembre 1930. Monsig. Giovanni Ippolito de Sousa Ferreira, della diocesi di Piauhy.
19 Febbraio 1931. Monsig. Bartolomeo Spisar, dell'archidiocesi di Olmütz.
» » » Monsig. Giuseppe Fischer, della medesima archidiocesi.

NECROLOGIO

4 Luglio 1930. Monsig. Francesco Uranga y Saenz, Vescovo di Cuernavaca.
Agosto » Monsig. Sebastiano Messmer, Arcivescovo di Milwaukee.
10 Gennaio 1931. Monsig. Beniamino Ghristiaens, Vescovo tit. di Colofone.
1 Febbraio » Monsig. Fabiano Antonio Eestermans, Vescovo tit. di Letopoli.
5 » » Monsig. Domenico Jaquet, Arcivescovo tit. di Salamina.
8 » » Monsig. Giorgio Ambrogio Burton, Vescovo di Clifton.
13 » » Monsig. Bertrando Orth, Arcivescovo tit. di Amasea.
» » » Monsig. Giovanni Giuseppe Hirth, Vescovo tit. di Teyeste.
22 » » Monsig. Michele Francesco Fallón, Vescovo di London (Canada).
24 » » Monsig. Giovanni Giuseppe Solis y Fernandez, Vescovo di Mondohedo.

Annus XXIII - Vol. XXIII1 Aprilis 1931 Num. à

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA pn PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

SEDES EPISCOPALIS DIOECESIS LEADENSIS IN URBEM RAPID OPOLITANAM TRANSFERTUR, IMMUTATIS TITULO DIOECESIS ET ECCLESIA CATHEDRALI.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolicis Litteris a ei. me. Leone Papa Decimotertio, Praedecessore Nostro, die quarta Augusti anno millesimo nongentesimo secundo datis, erecta Leadensi dioecesi, quae ab urbe *Lead* nomen sumpsit, ipsius sedes episcopalis et cathedra in eadem urbe constituta fuit, quippe quae, etsi parva, ceteris dioecesis locis tunc praestaret. Progressu vero temporis minus apta sedes haec visa est potissimum ob difficilem ad ipsam accessum. Interea alia urbs, cui nomen *Rapid City,* et incolis et operibus sensim florere coepit, adeo ut salutari dioecesis regimini ac fidei incremento aptius consultum iri visum sit, si in ea sedes episcopalis constitueretur. Cum itaque venerabilis frater Ioannes Ieremias Lawler, hodiernus Episcopus Leadensis, humiles Nobis preces porrexerit, ut episcopalem sedem ab urbe *Lead* ad *Rapid City* transferre, ac proinde dioecesis titulum et ecclesiam cathedralem immutare dignaremur: Nos, praehabito favorabili voto venerabilis fratris Petri Fumasoni Biondi Archiepiscopi Docleaensis, in Statibus Foederatis Americae septentrionalis Delegati Apostolici, omnibus mature perpensis, oblatis precibus annuere censuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel illorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia ac de Apostolicae potestatis plenitudine, civitatis Leadensis iura episcopalia supprimimus et *Rapid City* in civitatem episcopalem eri-

gimus et constituimus, et dioecesim ipsam non amplius Leadensem, sed *Rapidopolitanam* in posterum appellari decernimus; eidemque civitati Bapidopolitanae omnia tribuimus iura, privilegia, honores et praerogativas, quibus ceterae in America septentrionali episcopales sedes fruuntur. Suppressa vero ecclesiae S. Patricii in urbe *Lead* cathedrali tate, ecclesiam Immaculatae Conceptioni B. M. V. dicatam in urbe *Rapid City* exstantem ad Cathedralis ecclesiae gradum et dignitatem evehimus, in ea Episcopi sedem constituimus, ac propterea iura omnia et privilegia eidem concedimus, ad eam ex iure communi spectantia. Ad haec autem exsecutioni mandanda praefatum venerabilem fratrem Delegatum Apostolicum in Americae septentrionalis Statibus Foederatis deputamus, eidemque omnes tribuimus facultates necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, cum onere intra sex menses ad Sacram Congregationem Consistorialem actus peractae exsecutionis authenticum exemplar transmittendi.

Volumus autem ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibusque constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Nemini vero quae hisce Litteris Nostris decreta sunt infringere vel eis, contraire liceat; quod si quis ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo ac trigesimo, die prima mensis Augusti, Pontificatus Nostri anno nono:

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWÍRTH, *S. R. E. Cancellarius.*

FR. RAPHAEL C. CARD. ROSSI *S. C. Consistorialis a Secretis.*

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco *fa* **Plumbi**

Reg. in Canc. Ap., vol. XLII, n. 13 - **M. Kiggi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

NOVA ERIGITUR MISSIO INDEPENDENS DE RAJABURI EX TERRITORIO A VICARIATU APOSTOLICO DE BANGKOK ET A DIOECESI MALACENSI DISTRACTO.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestamus-, Nos monet supremi apostolatus munus quo in terris fungimur. Iamvero cum venerabilis frater Benatus M. I. Ferres, Episcopus titularis Zoarensis et Vicarius Apostolicus de Bangkok, a Nobis instanter postulaverit, ut ob territorium latissime patens suae iurisdictioni subiectum, et incolarum ibidem commorantium multitudinem, suus de Bangkok vicariatus divideretur et ex hoc territorio diviso ac separato, nova, ad catholicam fidem validius promovendam, conderetur circumscriptio ecclesiastica j Societati S. Francisci Salesii committenda; cumque iisdem motus rationibus etiam venerabilis frater Aemilius Barillon, Episcopus Malacensis, petierit ut duae provinciae civiles ad suam dioecesim pertinentes, ab eadem seiunctae, novae coniungerentur ecclesiasticae circumscriptioni: Nos, praehabitis votis tum Columbani Dreyer, Archiepiscopi titularis Adulitani, Delegati Apostolici in Indosinis, tum venerabilis fratris Eduardi Mooney, Archiepiscopi titularis Irenopolitani, Delegati Apostolici in Indiis Orientalibus, re mature perpensa, precibus praefatorum Praesulum annuendum benigne censuimus. Quae Cum ita sint, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, motu proprio atque ex certa scientia et gravi deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, civiles provincias de Bajaburi, Surat, Srithamarat a vicariatu apostolico de Bangkok separamus; item civiles provincias de Patani et Phuket a dioecesi Malacensi seiungimus sive dismembramus. Totum autem territorium has quinque civiles provincias continens, et sic per Nos seiunctum seu separatum, in novam Missionem independentem erigimus cui nomen facimus *de Rajabwi* et quam curis tradimus Piae Societati a S. Francisco Salesio.

Haec volumus, mandamus, edicimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, vel in posterum spectare poterunt, amplissime suffragari; sicque rite iudican-

dum esse ac definiendum, irritiimque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate quavis, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibusc imque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Iunii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

ERIGITUR IN VICARIATUM APOSTOLICUM PRAEFECTURA MAGNI NAMAQUALAND

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. —• Supremi munus Apostolatus divinitus concrediti Nobis, postulat ut ea sollicito studio praestemus, quae catholico nomini aeternaeque christianae plebis saluti bene, prospere, feliciterque eventura videantur. Hac mente, cum venerabilis frater Delegatus Apostolicus Meridionalis Africae nuper expostulaverit, ut praefectura Magni Namaqualand, Patribus ab Instituto a S. Francisco Salesio commissa, ubi catholica fides, innumeris disiectis difficultatibus, novissimis hisce temporibus feliciter plurimum profecit, in vicariatum apostolicum per Nos augeretur: Nos, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, re mature perpensa, praelaudata Praesulis votis concedendum benigne censuimus. Quae cum ita sint, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, praefecturam Magni Namaqualand in Africa meridionali, retentis praesentibus confiniis ac titulo, in vicariatum apostolicum erigimus atque constituimus.

Porro haec edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces, iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum ac definiendum esse, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Iulii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

i

DECRETUM

DAMNATUR LIBER P. MARTIALIS LEFEUX, CUI TITULUS « L'AMI »

Feria IV, die 4 Martii 1931

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Bevmi DD. Cardinales, rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito DD. Consultorum voto, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum cui titulus:

P. MARTIAL LEKEUX, *IS Ami.* Paris, Editions Saint-Michel.

Et sequenti Feria V, die 5 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia B. P. D. Adsessori Sancti Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Bomae, ex aedibus Sancti Officii, die 6 Martii 1.931.

A. Subrizi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Lv © S.

II

DECRETUM

DAMNATUR DOCTORIS TH. H. VAN DE VELDE LIBER CUI TITULUS: « HET VOLKOMEN HUWELIJK ».

Feria IV, die U Martii 1931

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Bevmi DD. Cardinales, rebus fidei et morum tutandis praepositi, audito DD. Consultorum voto, damnaveruut atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt Doctoris Th. H. Van de Velde

(olim Directoris clinices gynaecologicae in civitate Harlemensi) librum cui titulus: *Het volkomen huwelijlc* (latine: matrimonium perfectum), servato can. 1396, vi cuius « libri ab Apostolica Sede damnati ubique locorum et in quodcumque vertantur idioma prohibiti censentur ».

Et sequenti feria V, die 12 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius divina Prov. Pp. XI, in solita audientia R. P. D. Adsessori Sancti Officii concessa, relatam Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 14 Martii 1931.

A. Subrizi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

L. $ S.

III

DECRETUM

DE « EDUCATIONE SEXUALI » ET DE « EUGENICA »

In Congregatione generali Sancti Officii habita feria IV, die 18 Martii 1931, propositis dubiis quae sequuntur:

I. An probari queat methodus, quam vocant, « educationis sexualis » vel etiam « initiationis sexualis »?

II. Quid sentiendum de theoria sic dicta « eugenica », sive «positiva » sive « negativa », deque indicatis ab ea mediis ad humanam progeniem in melius provehendam, posthabitis legibus seu naturalibus, seu divinis, seu ecclesiasticis ad matrimonium singulorumque iura spectantibus[1]?

Emi ac Revmi DD. Cardinales fidei morumque integritati tuendae praepositi, re diligenti examine discussa praehabitoque Revmorum Patrum Consultorum suffragio, respondendum decreverunt:

Ad I. *Negative:* et servandam omnino in educatione iuventutis methodum ab Ecclesia sanctisque viris hactenus adhibitam et a Ssmo Domino Nostro in Encyclicis Litteris « De christiana iuventae educatione » datis sub die 31 Decembris 1929 commendatam. Curandam scilicet imprimis plenam, firmam, nunquam intermissam iuventae utriusque sexus religiosam institutionem; excitanda in ea angelicae virtutis aestimationem, desiderium, amorem; eique summopere inculcandum ut instet orationi, Sacramentis Poenitentiae et Ssmae Eucharistiae sit assidua, Beatam Virginem sanctae puritatis Matrem filiali devotione prosequatur eiusque protectioni

totam se committat; periculosas lectiones, obscoena spectacula, improborum conversationem et quaslibet peccandi occasiones sedulo devitet.

Proinde nullo modo probari possunt quae ad novae methodi propugnationem, postremis hisce praesertim temporibus, etiam a nonnullis catholicis auctoribus, scripta sunt et in lucem edita. ;

Ad II. Eam esse omnino improbandam et habendam pro falsa et damnata, ut in Encyclicis Litteris de matrimonio christiano « Casti connubii » datis sub die 31 Decembris 1930.

Hanc autem Emorum Patrum resolutionem Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI sequenti feria V die 19 eiusdem mensis et anni, in solita audientia B. P. D. Adsessori impertita, plane approbare et confirmare dignatus est eamque publici iuris faciendam mandavit.

Datum Romae, ex eedibus Sancti Officii, die 21. Martii 1931.

A. Subrizi, *Supremae 8. Congr. S. Officii Notarius.*

L. ® S.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PEOVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

6 Martii 1931. — Cathedrali Ecclesiae Fidentinae praefecit R. D. Marium Vianello, archipresbyterum oppidi *Mestre* in patriarchatu Venetiarum.

11 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Verulanae, R. D. Franciscum De Filippis, archipresbyterum loci *Salve,* dioecesis Uxentinae.

26 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Cratiensi, R. P. Iosephum Chow, e Congregatione Missionis, quem constituit Vicarium Apostolicum de Pao-ting-fu.

— Titulari episcopali Ecclesiae Egugensi, R. D. Bonifaciüm Teung, e clero saeculari vicariatus apostolici de Canton, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Antonii Petri Ioannis Fourquet, Vicarii Apostolici de Canton.

28 Martii.— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Thessalonicensi, R. D. Iosephum R ossmo, Substitutum Sacrae Congregationis de Seminariis et de Studiorum Universitatibus.

SACRA CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

INSTRUCTIO

AD RMOS LOCORUM ORDINARIOS DE SCRUTINIO ALUMNORUM PERAGENDO ANTEQUAM AD ORDINES PROMOVEANTUR.

§ 1. - *De Ordinariorum munere sedulo scrutandi mores candidatorum ante Ordinationem.*

1. Quam ingens Ecclesiae atque animarum saluti detrimentum inferant qui, divina destituti vocatione, sacerdotale ministerium inire praesumunt, angelicis ipsis humeris formidandum, neminem profecto fugit. Unde qui a Spiritu Sancto sunt positi regere Ecclesiam Dei, ad plurima atque urgentia avertenda mala ab ipsa Ecclesia atque a christifidelibus, sedulissimam adhibeant curam oportet, ne tanti ministerii aditus illis pateat, quibus, ob defectum sacerdotalis vocationis, aptandum est illud Christi Domini: « Amen, amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ovile ovium sed ascendit aliunde, ille fur est et latro » (Ioann., X, 1).

Haec Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum, quae vi can. **249** § 3 competens est in causis, quibus agitur de nullitate sacrae Ordinationis aut onerum eidem adnexorum, in iisdem agitandis, rem, ut plurimum, esse animadvertit de sacerdotibus querelam moventibus adversus sacram Ordinationem, qui, etsi probare non valeant se vi aut gravi metu fuisse adactos ad sacros Ordines suscipiendos, tamen ex iis quae in actis deducuntur, aperte ostendunt, se fuisse praepostero modo in sacram militiam adlectos, seu non satis fuisse exploratam vocationem, nec libera et spontanea voluntate sacros Ordines suscepisse. Quod grave incommodum ut penitus removeatur eadem Sacra Congregatio ea instanter recolere satagit, quae S. Paulus ad Timotheum scribens commendabat: «Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis» (V, 22), quaeque relata sunt atque fusius explicata in Codice iuris canonici: «Episcopus

sacros Ordines nemini conferat, nisi ex positivis argumentis moraliter certus sit de eius canonica idoneitate: secus non solum gravissime peccat, sed etiam periculo se committit alienis communicandi peccatis» (can. 973, § 3).

2. In primis itaque Episcopus rationem habere debet eorum, quae vigens ius de Seminariorum disciplina constituit, necnon ceterarum normarum, quas ad nostra usque tempora Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus ad rem praestituere placuit, uti Seminariorum alumni, iis qualitatibus se ornatos exhibeant, quae ad rite, sancte ac fructuose ministerium sacerdotale exercendum hodie requiruntur. His praeterea sunt accensenda quae ius canonicum praescribit quaeque respiciunt, praeter irregularitates, impedimenta quoad sacros Ordines suscipiendos, uti in cann. 983-987 cautum est, ceteraque, quae can. 973 in subiecto sacrae Ordinationis exigit.

3. Quae ut probe exsecutioni demandentur, Episcopus seu Ordinarius in perscrutandis moribus eorum qui adscribi petunt sacrae militiae, prae oculis habeat oportet, maxime interesse ut a limine eiiciantur, seu ne ad tonsuram et minores Ordines admittantur ii, qui sacerdotio fungendo non sint apti, seu a Deo non sint vocati. Nam sacri Ordines, iuxta sacrorum canonum praescriptum, sub finem curriculi studiorum conferuntur: sed « turpius eiicitur, quam non admittitur hospes »: videlicet nemo nescit quam sit grave et difficile negotium, iuvenem dimittere quum paene absolverit studia theologica, nedum ob iam progressam aetatem, quocirca non facilis patet via ad aliud capessendum vitae et studiorum institutum, sed etiam ob humanarum relationum respectum, praecipue cum consanguineis et amicis, qui soliti sunt culpae, seu levitati ingenii, vertere huiusmodi mutationes in vitae ratione, unde fit ut nullus non moveatur lapis ut ultra procedat qui eatenus progressus est.

4. Praeterea, prouti eruitur ex processibus apud H. S. C. agitatis de nullitate sacrae Ordinationis aut adnexarum obligationum, scrutatores bene perspectas habere debent rationes, quae passim adducuntur ab asserentibus, se veram voluntatem non habuisse recipiendi sacram Ordinationem, aut saltem se submittendi gravibus sacrae Ordinationi adnexis obligationibus. Hae rationes sunt aliae ipsis assertoribus *intimae* seu *intrinsecae*, veluti cupiditas commodiori clericali vitae, uti vulgaris opinio est, indulgendi, honores aucupandi, lucra sibi facile comparandi, effugiendi (et haec est hodie communissima ratio) manuum laborem, — ne cogantur fodere, seu agros excolere cum parentibus et fratribus, aut aliam similem vitae rationem prosequi; — vel fruendi privilegiis clericalibus, et potissimum exemptione a servitio militari, aut a foro saeculari; vel saltem cum clericali statu altiorem gradum, etiam civiliter aestimatum, consequendi. *Extrinseca* ratio

ipsi postulanti et veluti *classica* in his causis, est metus gravis, sive absolutus sive relativus, uti est metus reverentialis; utraque autem species metus est perspectissime a canonica iurisprudentia explanata.

Itaque haec Sacra Congregatio, quo facilius Rmi locorum Ordinarii praescriptis sacrorum canonum obtemperare valeant, sequentes tradit normas, respicientes scilicet methodum scrutationum, fontesque determinans unde veritas hauriri possit. Sed mens non est Sacrae Congregationi, ut omnes et singulae inquisitiones in singulis casibus absolute peragantur, cum non semel ex his nonnullae supervacaneae sint, aut non possibiles; sed ut ea colligantur, quae de moribus ordinandorum cognosci et explorata esse debent, antequam ad sacram Ordinationem tuto procedi possit.

5. Acta, quae in huiusmodi perscrutationibus conficiuntur, asservanda erunt sub secreto in Curiae tabulario.

§ **2.** - *De scrutinio ante collationem primae tonsurae et minorum Ordinum faciendo.*

1. Appropinquante tempore, quo candidati erunt primam tonsuram et Ordines minores recepturi, scriptam ipsi exhibeant, duos saltem ante menses, moderatori Seminarii petitionem, sua manu exaratam et subscriptam, qua candide significent, se libera omnino voluntate atque spontanea, primam tonsuram et postea Ordines minores postulare.

2. Eiusmodi petitio, cui attestatio addenda erit de suscepto Baptismate et de recepto Confirmationis sacramento, ab eodem Seminarii moderatore, una cum sua personali informatione de oratoris idoneitate ad clericalem statum, Excmo Episcopo exhibebitur, qui nisi, attenta eiusdem moderatoris informatione habitisque forte prae oculis aliis notitiis sibi certo cognitis, dictam petitionem a limine reiiciendam esse existimaverit, normas de.quibus infra observabit.

3. Quod si agatur de alumnis in regionalibus Seminariis vel in ecclesiasticis collegiis, tum italicis tum exteris, praesertim huius Almae Urbis, degentibus, horum moderator, nisi habitualiter peculiare mandatum inquirendi iuxta sequentes normas de eiusmodi petitionibus ab Episcopis alumnorum, attenta locorum distantia, habuerit, petitionem pariter ab ipsis alumnis sibi traditam, proprio eorum Episcopo, sua informatione munitam, mittendam curabit.

4. Ordinarius, in utroque casu, uti par est, ipsam petitionem ad eumdem Seminarii moderatorem remittet, cum mandato inquirendi eius nomine et auctoritate de idoneitate et qualitatibus oratoris, pro!tempore quo ipse in Seminario fuit.

Si' forte desit Seminarii Moderator et alius eius vices gerat, aut Seminarii Moderatorem non eum esse, qui in casu utilem inquisitionem peragere valeat, censeat Ordinarius, hic mandatum inquirendi alii deferat.

5. Seminarii moderator, dihgentissime notitiam de promovendis exquirere curabit ab alumnorum praefectis, praecipue si isti sacerdotali dignitate exornentur, tum etiam ab iis qui in Seminario doctorum gerunt munus, ipsosque non solum seorsum audiet, sed etiam insimul convocatos, de singularibus nempe vocationis signis, uti sunt pietas, modestia, castitas, de propensione ad sacras functiones, de studiorum profectu, de bonis moribus, ad quod inservire poterunt interrogatoria, congrua congruis referendo, quae in appendice habentur, iuxta Mod. II et III.

Quia in Seminariis dioecesanis coetus adesse debet deputatorum pro disciplina tuenda ad normam can. 1359, hi etiam, si de personis edocti sint, percontandi erunt in scrutiniis faciendis.

Quum Seminarii moderator Episcopo remittit notitias a se collectas illius mandato, suum pandat iudicium seu opinionem suam manifestet exinde habitam de candidati moribus et ingenio. Huiusmodi iudicium non parvi ponderis profecto erit: siquidem praesumitur, moderatorem, prae ceteris, de alumnis rectum iudicium fore laturam.

6. Ad rem autem intimius in singulis casibus perscrutandam, Episcopus, alumnorum, eorumque familiae parocho praeterea mandabit sedulo exquirere non modo de vocationis signis promovendorum, deque eorumdem virtutibus, seu pietate, sed etiam de anteacta ipsorum vitae ratione et de praesenti; ac maxime percontabitur quomodo sese gesserint feriarum tempore, an videlicet quamdam animi levitatem ostenderint, vel profanis rebus induxerint; et quaenam sit publica ipsorum fama (Mod. II). Insuper num candidatorum parentes bona gaudeant existimatione, et quae sint rei familiaris rationes; num lucri seu quaestus causa, eos reluctantes importunis suasionibus, precibus vel minis, vel alio modo impellant ad sacerdotium ineundum, pertimescentes scilicet aliquod familiae obventurum damnum, sacra Ordinatione posthabita. Quod si haec incitamenta aut inconvenientia sint manifesta, vel prudens de iisdem adsit dubium, Ordinarius omnibus viribus ut ab incepto desistant ipsis suaviter suadebit, vel, si casus ferat, fortiter eosdem moneat parentes de poena excommunicationis ipso facto incurrenda, ab Ecclesia contra quocumque modo cogentes ad suscipiendos sacros Ordines statuta (can. 2352).

7. Quod si parochus consanguinitate vel affinitate sit cum promovendo coniunctus, Episcopus ab alio parocho aut sacerdote in loco commorante notitias sumere curabit; idque praecipue quum aliquis sacros Ordines, antequam canonicae perficiantur publicationes, vel iisdem legitime" dispen-

satis vi can. 998, erit suscepturus. Non parum etiam proderit ad praecavenda mala, quae ex sacrae Ordinationis oneribus temere susceptis oriri solent, inquirere, num aliquod abnorme ex parentibus in candidatum manavisse confici aut suspicari fas sit, ac praecipue num corporis habitus ad libidinem sit proclivis, quod atavismum sapiat (Mod. II). Hanc inquisitionem quisquis Episcopus peragere curet pro suis subditis.

8. Praeterea Episcopus a Seminarii moderatore et ab huius gerente vices, seorsim auditis, quid. de candidatis sincera fide sentiant, si fieri potest, expetat: quod quidem erit peragendum post iam acceptas notitias de ipsius mandato ab eodem moderatore collectas.

Aliae etiam personae sive ecclesiasticae sive saeculares probitate insignes, quae peculiares notitias de promovendis praebere possint, iuxta Mod. III interrogandae erunt, si eas interrogare, ex rerum et personarum circumstantiis, opportunum ducat Ordinarius, praecipue quum aliquid supersit dubii de moribus et canonica promovendi idoneitate.

9. Nec satis; nam penitius candidatorum animus singulatim erit exploranda ab Episcopo proprio vel, eo impedito, a Vicario generali, vel ex mandato, a Seminarii moderatore, seu etiam ab iis qui totius Seminarii disciplinae tutandae deputantur. Quod si agatur de alumnis degentibus in Seminariis extra dioecesim, mandatum ad hoc fieri poterit Episcopo loci commorationis vel ecclesiasticae personae dignitate fulgenti, vel ipsi Seminarii moderatori. Oportet enim, ne decipiat assensio vel fallat affectio, ut ordinandorum voluntatem Episcopus experiatur per se vel per alias memoratas personas, planeque noscat, num promovendi alienis potius suasionibus, obtestationibus, pollicitationibus pressi, seu etiam minis compulsi ac perterriti, sacram Ordinationem expetant; num etiam cognitum eis prorsus exstet, quaenam erunt onera ab eis suscipienda, ac praecipue quid caelibatus lex importet, et an parati sint hanc integre constanterque servare, divinae gratiae ope, atque opportunis rationibus pericula vitantes, adeo ut eorum conversatio, prout in Pontificali Eomano legitur, probata et Deo placita exsistat, et digna ecclesiastici honoris augmento. Unde expediens erit ut idem Episcopus verba, quae in Pontificali Romano referuntur, candidatis perlegat, atque accuratius explicet, scilicet quod promovendi iterum atque iterum considerare debeant attente, quale onus appetant; quod ante sacram Ordinationem, cum sint liberi, liceat eis pro arbitrio ad saecularia vota transire; sacris autem susceptis Ordinibus, amplius per se non possint a proposito resilire, sed Deo familiari perpetuo et castitatem servare ipsos oporteat; ideoque, dum tempus est, adhortetur promovendos ut sedulo et coram Deo cogitent, quo certior idem Episcopus fiat, num in eiusmodi proposito perseverare ex animo intendant, atque ad eadem promissa im-

plenáa sint parati. Itaque verbis humanissimis ac more paterno eis suadebit, ut suum candide sibi animum pandant fidentissime, ipsis spondens suam, si opus fuerit, se praebiturum libenter operam, ut debita Ubertate fruantur; adeo ut, vero deficiente proposito, in re tam gravi, aliud comparare sibi munus possint, magis sui ingenii proclivitati accommodatum.

§ 3. - *De scrutinio habendo antequam clerici maioribus Ordinibus initientur.*

1. Quando ex peractis perscrutationibus prudenter inferri possit, postulatorem ad studia theologica admitti posse, et primam tonsuram et deinde minores Ordines ei conferri, de inquisitionum actis in Curiae archivo asservatis iterum ratio habenda erit, quum alumnus postulabit ut ad subdiaconatum promoveatur. Ast Episcopus, seu loci Ordinarius non solum attendere debet quae iam acta sunt, sed, antequam subdiaconatus conferatur, candidati mores iterum perscrutetur oportet, servata methodo iam explicata. Verum supervacaneum est adnotare, haud necesse esse denuo inquirere de iis, quae ad alumni originem, eiusque parentum indolem et ingenium atque anteactos alumni mores spectant, nisi iusta exorta sit suspicio notitias ante habitas veritati non fuisse consentaneas. Interest vero semper inquirere de alumni moribus eiusque moralibus qualitatibus, quomodo nempe istae se exhibuerint ex vita in Seminario acta, atque ex profectu in studiis. Quibus peractis inquisitionibus, si nulla adsit canonica ratio, quae alumnum a subdiaconatu arcendum fore suadeat, hic scribere debebit sua manu declarationem, iuramento ab ipso firmandam, in Appendice relatam (Mod. I), qua scil. ipse fatetur se omnimoda libertate ad sacram Ordinem accedere, riteque perspecta habere omnia onera eidem adnexa. Quae quidem declaratio erit similiter a candidatis exaranda antequam ad reliquos sacros Ordines promoveantur, diaconatum nempe et presbyteratum.

2. Quum res est de diaconatu conferendo, ut plurimum sufficit prae oculis habere iam peractas inquisitiones, nisi interim novae perpendendae sint circumstantiae, quae dubitare cogant de sincero proposito candidati, aut de eius morali idoneitate servandi onera, obligationesque exsequendi sacris Ordinibus susceptas.

Eiusmodi forte exortum dubium depellendum erit, iis adhibitis inquisitionibus, iuxta normas traditas, pro casus qualitate, opportunis aut necessariis. Si vero res eo deducatur, ut clare pateat subdiaconum ad diaconatum promovendum, vel sacram vocationem reapse nunquam habuisse, aut eamdem corruptis moribus amisisse, tunc res erit intimius perscrutanda, prouti

modo dicemus de subdiacono ad diaconatum promovendo, et de presbyteratu conferendo.

3. Quoties Episcopus, antequam quis ad diaconatum aut ad sacerdotium initietur, pro certo habeat ex promovendi confessionibus aut ex aliis certis indiciis et probationibus susceptis, ipsum sacra revera vocatione esse destitutum, S. Sedem adire non omittat, candide et plane referens rerum statum, seu argumenta, quibus vehemens fovetur dubium de subdiaconi aut diaconi idoneitate ad onera maiora digne et fideliter perferenda. Ees quidem agitur tanti momenti, ut Ordinariorum conscientia graviter onerata maneat de hac obligatione, ut periculum amoveatur manus imponendi diacono vel presbytero, qui gravissimo sacrorum Ordinum oneri sustinendo, impar sit.

4. Ne autem ad hoc extremum res perducatur, in animo Episcoporum et locorum Ordinariorum alte sit repositum, magnopere interesse, ab ipso limine sacrae Ordinationis eos esse depellendos, qui sunt indigni et non vocati. Hi enim sanctuarium cum ingressi sint, ut humanae cupiditati aut alterius voluntati obsequantur, ut plurimum, non se praebent uti a Deo non vocatos, sed suam minus dignam agendi rationem omnimode obtegere seu simulare solent. Sunt alii, qui bona fide minores et sacros Ordines susceperunt, sed antequam presbyteratum consequantur, experiuntur se impares esse oneribus sacrae Ordinationis sustinendis, aut se vitiis vel moribus saecularibus implicarunt: in his, nimirum, facilius et apertius sanctae vocationis patebit defectus, iidemque ipsi, ut suae miserrimae conditioni consulatur,"ultro efflagitabunt.

5. Maxime proinde interest praescriptas normas adamussim et diligentissime servari, antequam Episcopi candidatos ad clericalem militiam admittant, seu ad hunc finem dimissorias litteras pro suis subditis in aliena dioecesi degentibus Episcopo loci tradant. Exinde consequetur ut sacro Ordini adscripti digni dispensatores mysteriorum Dei evadant, atque magnopere tueantur provehantque in terris regnum Dei, quod tum catholicae tum civili reipublicae feliciter benevertet.

In plenariis Comitiis die 19 Decembris 1930 in Civitate Vaticana habitis, Emi ac Emi Patres Cardinales instructionem hanc diligenti perpensam examine, concordi suffragio adprobarunt; eamque Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, in audientia diei 26 dicti mensis et anni, audita relatione infrascripti Secretarii Sacrae Congregationis, ratam habere et confirmare dignatus est, mandans praeterea ut eadem instructio omnibus Emis locorum Ordinariis notificetur, ab ipsis adamussim observanda; praecipiens etiam ut in Seminariis quolibet anno, studiorum curriculo ineunte, alumnis perlegatur, deque hisce praescriptionibus fideliter adimpletis in

ordinaria de statu dioecesis relatione S. Sedem edocere non omittant; contrariis quibuscumque non obstantibus.

Placeat Rfhis locorum Ordinariis de huius Instructionis receptione huic Sacrae Congregationi referre.

Datum Romae ex aedibus Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 27 Decembris 1930.

£g M. CAED. LEGA, *Praefectus.*

L. $ S.

D. Jorio, *Secretarius.*

APPENDIX

Mod. I

Declaratio propria manu subscribenda a candidatis in singulis souris Ordinibus sîiscipiendis, iuramento coram Ordinario praestito.

« Ego subsignatus *N.N.*, cum petitionem Episcopo exhibuerim pro recipiendo subdiaconatus (seu diaconatus vel presbyteratus), Ordine, sacra instante Ordinatione, ac diligenter re perpensa coram Deo, iuramento interposito, testificor in primis, nulla me coactione seu vi, nec ullo impelli facinore in recipiendo eodem sacro Ordine, sed ipsum sponte exoptare, ae lena liberaque voluntate eumdem velle, cum experiar ac sentiam a Deo me esse revera vocatum.

« Fateor mihi plene esse cognita cuncta onera caeteraque ex eodem sacro Ordine dimanantia, quae sponte suscipere volo ac propono, eaque toto meae vitae curriculo, Deo opitulante, diligentissime servare constituo.

« Praecipue quae caelibatus lex importet clare me percipere ostendo, eamque libenter explere atque integre servare usque ad extremum, Deo adiutore, firmiter statuo.

« Denique sincera fide spondeo iugiter me fore, ad normam ss. Canonum, obtemperaturum obsequentissime iis omnibus, quae mei praecipient Praepositi, et Ecclesiae disciplina exiget, paratum virtutum exempla praebere sive opere sive sermone, adeo ut de tanti officii susceptione remunerari a Deo merear.

« Sic spondeo, sic voveo, sic iuro, sic me Detis adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia, quae manibus meis tango ».

(Loco)... die... mensis ... anni...

Mod. II

inquisitio ope Parochorum peragenda

Parochus in sua scripta relatione super his mentem suam aperiet:

1. Num clericus in explendis pietatis operibus, videlicet in piis peragendis commentationibus, in audienda Missa, in visitatione Ssmi Sacramenti atque in mariali rosario recitando sedulus et devotus exstet.

2. Num ad sacram Confessionem et ad sacram Synaxim crebro ac devote accedat.

3. Num diligenter ac pie in sacris functionibus suum ministerium expleat.

4. Num christianae doctrinae tradendae, quatenus huic extra Seminarium addictus fuerit,[1] suam operam navet.

5. Num studium curamque prodat divinum provehendi cultum, animarum curandi bonum, atque ad sacra exercenda ministeria propensionem patefaciat.

6. Quibus speciatim intendat studiis, et qua sedulitate.

7. Num profanis perlegendis libris diariisque, odium contra fidem, vel bonos mores, foventibus, sit deditus.

8. Num autumnalibus feriis, extra Seminarium clericali veste usus sit atque utatur.

9. Num praedictis feriis cum aliquibus utriusque sexus personis non bonae famae, aut etiam bonae famae sed cum scandalo et admiratione fidelium, si agatur de personis alterius sexus, familiaritatem foverit, vel loca frequentaverit haud suspicione carentia.

10. Num in loquendo probum ac integrum sese ostenderit.

11. Num occasionem praebuerit ut censoria nota afficeretur circa mores, vel Ecclesiae doctrinam et praecepta*

12. Quomodo se gerat cum pueris, puellis aliis que'diversi sexus personis.

13. Num se proclivem exhibeat ad vitae commoda, ad copiosum hauriendum vinum, ad liquores sumendos, atque ad profana oblectamenta capienda.

14. Num caritatem ostendat, demissionemque atque obsequium iis qui praesunt, praebeat.

15. Quae sit publica de ipsius vocatione opinio.

[1] **Priusquam vero candidatus ad ulteriores sacros Ordines promoveatur, si nondum praefato muneri addictus fuerit, addici debet. .**

16. Num inter parentes alicuius infirmitatis indicia, ac praecipue mentis morumque pravorum, adsint, quae atavismum suspicari sinant.

17. Num parentes, vel alter e familia ipsum impellant ad sacerdotium ineundum.

Mod. III

Interrogatorium aliis personis probis proponendum

Quo autem facilius personae probae interrogationibus responsa praebeant, haec ab ipsis erunt exquirenda:

1. An clericus sive in ecclesia, sive in consuetudine cum aliis habenda, pie, graviter, prudenterque se gesserit ac gerat.

2. An aliquod de sua vocatione ad sacros Ordines foveri possit dubium, et qua ratione.

3. An parentes vel alter e familia ad eosdem suscipiendos sacros Ordines ipsum impellant.

4. An familiariter utatur cum iis, qui in suspicionem veniant de fidei carentia, vel de malis moribus.

5. Quae sit publica et praecipue praestantiorum hominum existimatio de agendi ratione, tum morali tum religiosa, eiusdem clerici, et de eius vocatione ad sacerdotium ineundum.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DECRETUM

DE SACRARUM CAMPANARUM USU

Decet omnino campanas consecratas vel benedictas, quas « cuilibet ecclesiae esse convenit, quibus fideles ad divina officia aliosque religionis actus invitentur », ad eum tantummodo usum adhiberi, qui ab ecclesiastica auctoritate, « cui earum usus unice subest », expresse est praescriptus, ad normam canonis 1169 §§ 1-3 Codicis iuris canonici.

Iamvero quae de legitimo campanarum sacrarum usu ecclesiastica auctoritas non semel, anteactis temporibus, statuerat, eadem ipsa redegit in memorato canone 1169, § 4 hisce verbis: « Salvis condicionibus, probante Ordinario, appositis ab illis qui campanaro, ecclesiae forte dederint, campana benedicta ad usus mere profanos adhiberi nequit, nisi ex causa necessitatis aut ex licentia Ordinarii aut denique ex legitima consuetudine ».

Porro ex relatis a nonnullis locorum Ordinariis constat, parochos et rectores ecclesiarum non deesse, qui, Ordinariis suis inconsultis, vel proclives omnino sese praebeant, vel facile sinant, ut campanae suae cuiusque ecclesiae ad usus mere profanos seu civiles adhibeantur.

Quare ad omne, si quod esse possit, dubium in re amovendum et ad abusus compescendos, haec Sacra Congregatio Concilii praescriptum eiusdem canonis 1169 § 4 in mentem revocandum eiusdemque observantiam urgendam asse censet.

Praesenti itaque decreto mandat parochis aliisque ecclesiarum rectoribus ut ipsi campanarum sacrarum usum in suis ecclesiis ad normam Codicis iuris canonici adamussim moderentur, requisita etiam tempestive et habita proprii Ordinarii licentia, si, gravi ex causa, sacrae campanae in usum non stricte religiosum sint quandoque adhibendae.

Quod quidem mandatum ut ab omnibus, quorum interest, rite servetur, Ordinarii locorum vigilantiam atque curam omnem, statutis quoque canonicis poenis, impendant, atque inobedientes, si res ferat, ad hanc Sacram Congregationem deferant.

Datum Eomae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 20 mensis Martii anno .1931.

I. CARD. SERAFINI, *Praefectus.*

L. $ S.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

WESTMOKASTERIEN.

CANONIZATIONIS BEATORUM MARTYRUM CARD. IOANNIS FISHER, EPISCOPI ROFFENSIS ET THOMAE MORE, CANCELLARII ANGLIAE.

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Inter Beatos Martyres Angliae, qnae glorioso titnlo sanctorum insula appellabatur, duo illustres viri tamquam stellae refulgent, unus in alto ecclesiasticae hierarchiae gradu et in Ordine episcopali constitutus, Ioannes Cardinalis Fisher, Boffensium Episcopus, alter in amplissima dignitate et potestate civili locatus, Thomas More, Angliae Cancellarius. Ioannes Fisher a sua sede episcopali dictus Boffensis, Beverlaci natus circa annum 1469, in universitate Cantabrigensi, studiorum curriculo summa cum laude exacto, doctor creatur, et academiae Vicecancellarius constituitur. In sacris ordinatus et sacerdotio auctus, fidem et religionem catholicam adversus errores pseudoref ormatorum eorumque ducis haeresiarchae Martio! Lutheri strenue defendit ae vindicavit sana et sapienti doctrina theologica et morali variis operibus consignata. Episcopus Bofíensis, favente ac suffragante Bege Henrico VII, ab Apostolica Sede renuntiatus, Boni Pastoris vestigia secutus, verbo et exemplo parique cura et studio gregem suum a dissidentium et haereticorum insidiis et nequitiis salvum et incolumem servare et ad salutaria pascua doctrinae et gratiae, quae in ecclesia catholica latissime patent, deducere sategit. Unde meruit a Paulo Papa III celebrari tamquam sacerdotem et Episcopum sanctitate conspicuum, doctrina celebrem, aetate venerabilem, atque illius regni et totius cleri decus et ornamentum.

Thomas More Londini natus anno 1480 et Oxonii educatus, a pueritia pius, fidelibus suae paroeciae apud Chelsea praeibat. Parcus in re f amiliari, largus eleemosynis in pauperes, et vitae poenitentis amator exstitit. Incensus amore Dei et zelo catholicae religionis tuendae, sermones et scripta edidit contra haereticos qui Angliam suis erroribus invadere et inquinare tentabant. Qua re celeber Thomas Stapleton in suo libello *Tres Thomae* testatur quod Thomas More, homo non tantum laicus sed et Beipublicae

negotiis impeditissimus, plus omnibus laboravit. Attamen ipse Thomas More praevidens futuras tempestates, vitam aulicam et amplissimum Cancellarii Angliae munus resignavit, atque statuit tempus sibi concessum in posterum studiis et Deo dedicare.

Paulo post Rex Henricus VIII, qui vivente legitima uxore Catharina irritas et sacrilegas nuptias cum Anna Bolena inire tentaverat, quum non potuisset obtinere sui criminis approbationem nec divortii nec novi matrimonii, a religione catholica et ab oboedientia erga Romanum Pontificem defecit, et rebellionis vexillum erexit, sub quo subditos suos cum nefando et crudeli suae regiae potestatis abusu militare coegit. Tunc maxime perturbata est illa pacifica et felix Insula per defectionem multitudinis subditorum Regi schismatico eiusque erroribus et vitiis adhaerentium. Sed non defuerunt quamplurimi héroes et avitae Fidei ac religionis defensores qui a via recta non recesserunt, et Spiritus Sancti gratia confortati, soli Deo et Ecclesiae ac Supremo Pastori et Magistro firmiter et constanter inhaerentes, plura passi sunt usque ad gravissimas poenas carceris et necis subeundas. Ex horum numero ambo illi viri Ioannes Fisher et Thomas More in iudicium vocati, et interrogati super quaestione coniugali Regis una voce responderunt: *Non licet* et super iuramento imposito, sed religioni, veritati et iustitiae contrario, illud se proferre constanter negarunt. Quare in carcerem ambo reclusi sunt. Fisher in ipso carcere detentus, ad sacram Purpuram titulo S. Vitalis a Paulo Papa III evectus fuit, at paulo post capitali sententia damnatus, caelesti exsultatione plenus, recitatis *Te Deum laudamus* et psalmo *In Te, Domine, speravi,* mortem pro Christo tranquille subiit in clivo Turris Londinensis die 22 Iunii anno 1535. Thomas autem More in carcere degens et ad supplicium paratus, libellum scripsit quod *Mors pro fide non sit fugienda;* et ad patibulum adductus, spiritu humilitatis et timoris Dei, flexis genibus et clara voce recitavit psalmum *Miserere* et mortem oppetiit die 6 Iulii in Octava, uti optaverat, S. Petri Apostolorum Principis, pro cuius primatu asserendo et tuendo sanguinem suum effundebat. Ioanni Fisher et Thomae More, vitae sanctimonia et inclyto martyrio praeclarissimis, una cum aliis quinquaginta duobus qui ex antiquioribus Angliae martyribus ab anno 1535 ad annum 1583 pro Fide Catholica et Romani Pontificis primatu mortem obierunt, cultus ecclesiasticus immemorialis et constans seu casus a decretis IJrbanianis exceptus, recognitus et confirmatus fuit, approbante Summo Pontifice Leone XIII, fe. me., ex Decreto Sacrae Rituum Congregationis, Dominico Cardinali Bartolini Praefecto et Causae Relatore, diei 9 Decembris 1886, eodemque mense expedito, die vigesima nona, sacra Thomae Cantuariensi Episcopo et Martyri invicto. Isti omnes, una cum S. Augustino primo

Cantuariensi Episcopo et Angliae Apostolo, apud Deum in caelis patrocinantur causam avitae fidei Anglorum «unius nempe gregis sub uno pastore » ita adprecantes: « Effunde, Deus, Spiritum super semen nostrum, et benedictionem tuam super stirpem nostram » (Isai. XLIV, 3). Quibus caelitum precibus consonant christifideles Ecclesiae militantis scientes quod die Pentecostes descendit Spiritus super Christi discipulos unanimiter sedentes atque orantes cum mulieribus et Maria Matre Iesu. Memores sint etiam omnes a Domino Nostro Iesu Christo Salvatore mundi et Ecclesiae fundatore, redempti, Ambrosianae sententiae: « Ubi Petrus, ibi Ecclesia », et Augustinianae: « Si ergo vultis vivere de Spiritu Sancto, tenete caritatem, amate unitatem ». Quum vero bini isti Martyres sanctitatis et martyrii fama celebrati subinde in regione praesertim anglica peculiari veneratione honestati sint et Eminentissimi Cardinales pluresque Angliae Episcopi et eximii viri catholici eorum canonizationem maxime exoptent, litterisque postulatoriis enixe petant, instante R. P. Augustino a Virgine, Ordinis Ssmae Trinitatis Excalceatorum procuratore generali et huius Causae postulatore, Emus ac Revmus D. Eranciscus Cardinalis Ehrle, eiusdem Causae Relator, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis subsignata die ad Vaticanum Apostolicum Palatium coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi ac Revmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito quoque R. P. D. Carolo Salotti, Fidei promotore generali, omnibus rite discussis ac perpensis rescribenduum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem reassumptionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 17 Iunii 1930. Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI per R. P. D. Carolum Salotti, Fidei promotorem generalem relatis, Sanctitas Sua rescriptum Sacrae Rituum Congregationis ratum habuit et propria manu signare dignata est Commissionem reassumptionis Causae Canonizationis Beatorum Martyrum Ioannis Cardinalis Fisher, Episcopi Boffensis et Thomae More, Cancellarii Angliae, die 18 Iunii 1930.

C. **Card. Latjrenti,** *B. C. Praefectus.*

Jj. £ß S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA ROMAM ROTA

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (THAON DE REVEL—CASTORI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Helenae Castori, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 15 Iunii 1931, hora *1%* ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An sententia Rotalis diei 21 Iulii 1930 sit confirmanda vel infirmanda in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Helenae Castori curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

L. **J33** S. M. Massimi, Decanus, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 20 Martii 1931.

Adv. I. Brocco, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Hélène Castori défenderesse en cette cause, Nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Via della Dataria, n. 94), 15 Juin 1931, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

Doit-on confirmer ou casser la sentence Rotale du 21 Juillet 1930 dans cette cause?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Mme Hélène Castori, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 3 Marzo 1931, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Beato Salratore da Orta, laico professo dell'Ordine dei Frati Minori, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria* dei Sacri Riti, nella quale dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio sopra tre miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione dello stesso Beato, i quali miracoli vengono proposti per la sua Canonizzazione.

Martedì, 17 Marzo 1931, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Ven. Serva di Dio Caterina Labouré, dell' Istituto delle Figlie della Carità.

Martedì, M Marzo 1931, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Revñii Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1. Introduzione della causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Stefano Pernet, Sacerdote della Congregazione degli Agostiniani dell'Assunzione e Fondatore dell'Istituto delle Piccole Suore dell'Assunzione.

2. Introduzione della causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Francesca Saveria Cabri ni, Fondatrice e prima Superiora Generale della Congregazione delle Suore Missionarie del Sacro Cuore.

3. Riassunzione della causa di Canonizzazione del Beato Francesco Maria da Camporosso, laico professo dell'Ordine dei Minori Cappuccini.

4. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Maria Bafols, Fondatrice dell' Istituto delle Suore di Carità di S. Anna.

5. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Ludovico Francesco Lafosse, Sacerdote e Fondatore dell'Istituto delle Suore dell'educazione cristiana. >'

6; Finalmente intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Nicola Mazza, Sacerdote veronese.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato, del 7 Marzo 1931, la Santità di Nostro Signore Pio XI, felicemente regnante, si è degnata nominare il Revm© P. Ludovico Fanfani, 0. P., ***Consultore della Sacra Penitenzieria Apostolica, per la Sezione Indulgenze.***

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

28 Giugno 1930. L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, ***Protettore della Congregazione delle Suore di Maria*** (Rathfarnham: Dublino).

2 Luglio » L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, ***Protettore della Società di San Giuseppe di Mül Hill.***

27 Novembre » Monsig. Francesco Roberti, ***Prelato Votante del Suprema Tribunale della Segnatura Apostolica.***

1 Dicembre » U Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli, ***Protettore dei Monaci Benedettini della Congregazione di Monte Oliveto.***

» » » L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, ***Protettore delle Suore di Carità di S. Paolo*** (Selly Park: Birmingham).

» » » L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, ***Protettore della Congregazione delle Suore di Nostra Signora di Montréal*** (Canada).

» » » L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, ***Protettore della Società di San Vincenzo de Paoli*** (Parigi).

2 » » L'Emo Sig. Cardinale Pietro Segura y Saenz, ***Protettore dell'Istituto delle Dame Catéchiste*** (Toledo).

» » » L'Emo Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani ***Protettore dell'Istituto delle Piccole Suore dell'Assunzione*** (Parigi).

» » » L'Emo Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, ***Protettore delle Suore di S. Giuseppe del Terzo Ordine di S. Francesco d'Assisi*** (Leopoli).

11 » » L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, ***Protettore dell'Ordine dei Carmelitani dell'Antica Osservanza.***

22 ti » » ***L"*** Eœo Sig. Cardinale Giulio Serafini, ***Protettore*** *dell'Isu* ***tuto delle Sorelle dei Poveri di Santa Caterina da Siena*** (Siena).

22 Dicembre 1930. L'Eolo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore della Società di Maria* (Marianisti).

» » » L'Emo Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore delle Suore del Terz'Ordine Francescano e della Adorazione Perpetua* (La Crosse).

» » » L'Emo Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore delle Figlie di Maria e Giuseppe, dette «Dames de Marie»* (Uccie: Malines).

30 » » L'Eiho Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore della Congregazione del Terz'Ordine di S. Francesco di Maria Immacolata* (Joliet: Illinois).

31 » » L'Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore dell'Istituto delle Figlie del Sacro Cuor di Gesù.*

2 Gennaio 1931. L'Eiho Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Presentazione* (Madras).

3 » » L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore delle Suore di San Giuseppe* (Messico).

8 ». » L'Emo Sig. Cardinale Giulio Serafini, *Protettore dell'Istituto delle Suore del Terz'Ordine della Ssma Trinità* (Valenza).

12 » » L'Emo Sig. Cardinale Giulio Serafini, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Adorazione Perpetua, della Associazione della Adorazione Perpetua, e dell'Opera delle chiese povere* (Malines-Roma).

13 » » L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore della Società dei Missionari di San Giuseppe* (Messico).

» » » L'Enio Sig. Cardinale Giulio Serafini, *Protettore dell'Istituto delle Suore Adoratrici del Ssiko Sacramento* (Rivolta d'Adda: Cremona).

17 Febbraio » L'Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore delle Suore Adoratrici del Sacro Cuore di Gesù di Montmartre* (Westminster).

» » » L'Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore dell'Istituto della Pia Unione delle Oblate del S. Cuore di Montluçon* (Moulins).

20 » » L'Emo Sig. Cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore del Collegio Portoghese in Roma.*

» » » L'Emo Sig. Cardinale Guglielmo Van Rossum, *Protettore dell'Istituto delle Suore Missionarie di Nostra Signora degli Apostoli* (Lione).

21 » » L'Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore della Più*

» » » *Opera «Association de Notre-Dame de Salut»* (Parigi).

21 Febbraio 1931. L'Emo Sig. Cardinale Giulio Serafini, ***Protettore dell'Istituto (Helle Suore della Ssma Trinità*** (Valence).

» » » L'Eöio Sig. Cardinale Eugenio Pacelli, ***Protettore della Congregazione degli Agostiniani dellAssunzione.***

» » » L'Emo Sig. Cardinale Raffaele Carlo Rossi, ***Protettore dei Missionari della Società di Maria*** (Luçon).

22 » » L'Emo Sig. Cardinale Raffaele Carlo Rossi, ***Protettore delle Figlie della Sapienza del Beato Grignion de Montfort*** (Luçon).

23 » » L'Emo Sig. Cardinale Alessandro Verde, ***Protettore della Congregazione delle Suore Serve di Maria*** (Anglet: Bayonne).

26 » » L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, ***Protettore della Congregazione dei Missionari della S. Famiglia*** (Grave: Bois-le-Duc).

Vescovo Assistente al Soglio Pontificio :

20 Settembre 1930. Monsig. Pietro Nom mesen, Vescovo di Lussemburgo.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

27 Febbraio 1930. Monsig. Giuseppe Kruszyñski, della diocesi di Wladislavia.

6 Marzo » Monsig. Giovanni Kapìca, della diocesi di Katowice.

22 Ottobre » Monsig. Armando Camposano, della diocesi di Cotrone.

4 Dicembre » Monsig. Giovanni Pajer, della diocesi di Rosnavia.

» » » Monsig. Giuseppe Horváth, della medesima diocesi.

5 » » Monsig. Filippo Di Fava (Roma).

17 » » Monsig. Germano De Angelis, dell'archidiocesi di Napoli.

15 Gennaio 1931. Monsig. Carlo Ambrogio Wheatley, dell'archidiocesi di Birmingham.

» » » Mons. Giacomo Dey, della medesima archidiocesi.

17 » » Monsig. Martino Howlett, dell'archidiocesi di Westminster.

31 » » Monsig. Ludovico Okanik, dell'amministrazione apostolica di Tir nava.

» » » Monsig. Carlo Necesàlek, della medesima amministrazione.

7 *Febbraio* » Monsig. Francesco Anaya, della diocesi di Colima.

13 » » Monsig. Enrico Ardoin, della diocesi di Fréjus.

» » » Monsig. Francesco Maria Felix, del Patriarcato di Lisbona.

Prelati Domestici di S. S. :

8 Luglio 1929. Monsig. Carlo Hilgenreiner, dell'archidiocesi di Praga.

» » » Monsig. Giuseppe Vais, della medesima archidiocesi.

25	*Febbraio*	*1930.*	Monsig. Giovanni Sobczynski, della diocesi di Vladislavia.
6	*Marzo*	»	Monsig. Francesco Miczek, della diocesi di Katowiee.
»	»	»	Monsig. Alessandro Skowronski, della medesima diocesi.
10	***Aprile***	»	Monsig. Winand Daniels, della diocesi di La Crosse.
»	»	»	Monsig. Roberto B. Coudon, della medesima diocesi.
10	***Aprile***	***1930.***	Monsig. Pietro Pape, della medesima diocesi.
15	***'Settembre***	»	Monsig. Angelo llagan, .della diocesi di Lipa.
30	***Ottobre***	»	Monsig. Adolfo Donders, della diocesi di Münster.
4	***Dicembre***	»	Monsig. Raffaele Raele, della diocesi di Policastro.
5	»	»	Monsig. Martino Lopez Maja, dell'archidiocesi di Evora.
15	»	»	Monsig. Angelo Venturiello, della diocesi di Capaccio Vallo.
»	»	»	Monsig. Matteo Guida, della diocesi di Policastro.
17	»	»	Monsig. Gaetano Mautone, dell'archidiocesi di Napoli.
»	»	»	Monsig. Alberto Verrusio, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Luigi Spinosi, della medesima archidiocesi.
>>	»	»	Monsig. Filippo Miliozzi, della diocesi di Macerata.
19	»	»	Monsig. Francesco Beretti (Roma).
20	»	»	Monsig. Francesco Wadolowski, della diocesi di Lomza.
30	»	»	Monsig. Francesco Reike, della diocesi di Litomerice.
2	***Gennaio***	***1931.***	Monsig. Giacomo J. Bloomer, della diocesi di Rochester (U. S. A.).
»	»	»	Monsig. Giovanni F. Boppel, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giovanni Brophy, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giorgio V. Burns, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe S. Cameron, della medesima diocesi.
3	»	»	Monsig. Francesco Comincili (Roma).
»	»	»	Monsig. Francesco Klimkiewicz, della diocesi di Plock.
»	»	»	Monsig. Adolfo Woeste, della diocesi di Fargo.
5	»	»	Monsig. Costantino Babini, della diocesi di Faenza.
7	»	»	Monsig. Aristodemo Pulci (res. Roma).
8	»	»	Monsig. Benedetto Benzoni (res. Roma).
9	»	»	Monsig. Martino Mellan, della diocesi di Gran Varadino.
»	»	»	Monsig. Vendelino Szabó, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Arnoldo Pataki de Pujon, della medesima diocesi.
12	»	»	Monsig. Giuseppe M. Perotti, della diocesi di Newark.
»	»	»	Monsig. Ignazio P. Szudrowicz, della medesima diocesi.
21	»	»	Monsig. Giacomo MacManus, dell'archidiocesi di Wellington.
»	»	»	Monsig. Tommaso F. Connolly, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Patrizio Fr. Cullen, della medesima archidiocesi.
22	»	»	Monsig. Luigi Tagányi, dell'amministrazione apostolica di Tirnava.
27	»	»	Monsig. Daniele Guerrero, della diocesi di Cali.

28 Gennaio 1931. Monsig. Gabriele Giov. Battista Foucher, della diocesi di Bourges.
» » » Monsig. Francesco Antonio Sanseverino, della diocesi di Tricarico.
29 » » Monsig. Ladislao Zombory, dell'archidiocesi di Bukarest.
31 » » Monsig. Angelo Zaramarchi, della diocesi di Brescia.
2 Febbraio » Monsig. Giuseppe Russel, della diocesi di Leeds.
9 » » Monsig. Eugenio Lindecker, della diocesi di Langres.
» » » Monsig. Enrico Moissonier, della medesima diocesi.
10 » » Monsig. Antonio Zeffirino Rozier, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ippolito Aréne, della diocesi di Fréjus.
» » » Monsig. Francesco Truchi, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Antonio Maria Bremond, della medesima diocesi.
12 » » Monsig. Oreste Negri (Roma).
» - » » Monsig. Arturo Mazzucchelli (Roma).
16 » » Monsig. Vincenzo Trotta, della diocesi di S. Severo.
23 » » Monsig. Renato Fontenelle, della diocesi di Cambrai (res. Roma).

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

L'Ordine dello Speron d'Oro.

24 Gennaio 1931. A S. A. Sidi Ahmad Pacha Bey, Possessore del Regno di Tunisi.

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

27 Gennaio 1931. A S. A. il principe Mohamed Taieb di Tunisi.
12 Febbraio » Al sig. marchese Guglielmo Marconi (Roma).

La Commenda con placca dell'Ordine Piano:

27 Gennaio 1931. Al sig. gener. Si Younez Hadjouj (Tunisi).

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

26 Gennaio 1931. Al sig. comand. Giorgio Beucler, dell'archidiocesi di Cartagine.
» » » Al sig. comand. Giorgio Heym, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giovanni Battista Curtelin, della medesima archidiocesi.

La Gran Croce delV Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

17 Gennaio 1931. Al sig. dott. Enrico Hölscher (Prussia).
24 » » Al sig. Luciano Bonzon, dell'archidiocesi di Cartagine.

La Commenda con Placca dell'Ordirne di S. Gregorio Magno, classe civile:

29 Novembre 1930. Al sig. Hernand Behn, dell'archidiocesi di Nuova York.
» » » Al sig. Sostene Behn, della medesima diocesi.
3 Dicembre 1930. Al sig. Luigi d'Arenas de Lima (Portogallo).
27 Gennaio 1931. Al sig. Benato Thierry, dell'archidiocesi di Cartagine.
9 Febbraio » Al sig. barone Evenzio Coppèe, della diocesi di Tournai.

La Commenda delVOrdine di S. Gregorio Magno, classe civile:

5 Maggio 1929. Al sig. barone Carlo de Parish Leuftenberg, della diocesi di Hradek.
23 Settembre 1930. Al sig. Renato Saviano, della diocesi di Cava e Sarno.
29 Ottobre » Al sig. dott. Giuseppe Pace, della diocesi di lesi.
24 Novembre » Al sig. Augusto Bosio (Italia).
25 » » Al sig. Luigi Kladnigg, della diocesi di Vesprimia.
27 » » Al sig. Coriolano Belloni (Roma).
29 » » Al sig. Michele lantani (Roma).
1 Dicembre » Al sig. Federico Pozzo, della diocesi di Bobbio.
3 » » Al sig. Antonio Ferretti, dell'archidiocesi di Milano.
9 » » Al sig. avv. Domenico Lupis Crisafi, della diocesi di Gerace.
11 » » Al sig. Arturo De Santis Mangelli (Roma).
» » » Al sig. Alberto Arnodo (Roma).
18 » » Al sig. dott. Enrico Brand, della prelatura ***nullius*** di Schneidenmühl.
5 Gennaio 1931. Al sig. Francesco Roland Gosselin, dell'archidiocesi di Parigi.
9 » » Al sig. Carlo Balthazard, dell'archidiocesi di Cartagine.
» » » Al sig. Marcello de Verneuil, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Marcello Boulard, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Emmanuele Caneppele, dell'archidiocesi di Trento.
20 » » Al sig. archit. Fausto Roncoroni, dell'archidiocesi di Milano.
29 » » Al sig. Roberto Emilio Noble, della diocesi di Roseau.
2 Febbraio 1931. Al sig. Luigi Mazza, della diocesi di Ariano.
» » » Al sig. ing. Fabio de Rossi (Roma).
7 » » Al sig. Andrea Tessier, del Patriarcato di Venezia.
14 » » Al sig. Francesco Savini, della diocesi di Teramo.
21 » » Ai sig. ing. Giulio Barluzzi (Roma).
24 » » Al sig. avv. Adolfo Gancia (Roma).

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare :

10 Gennaio 1931. Al sig. colonn. Giacomo O'Kelly (Tunisi).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 Luglio 1929. Al sig. dott. ing. Giuseppe Simek, dell'archidiocesi di Praga.

31 Marzo 1930. Al sig. Guglielmo de Ruyter de Nondwijk, della diocesi di Harlem.

14 Luglio 1930. Al sig. Francesco Saverio Nguyen Van Le (Indocina).

20 Settembre » Al sig. Arturo Hayen, della diocesi di Liegi.

11 Novembre » Al sig. Guglielmo Giovanni Fernandez, dell'archidiocesi di Madras.

11 Dicembre » Al sig. Teodoro Homonnay, dell'archidiocesi di Strigonia.

12 » » Al sig. Emmanuele Dedè, dell'archidiocesi di Albi.

15 » » Al sig. dott. Fusco Teofili, dell'archidiocesi di Spoleto.

18 » » Al sig. Gustavo Van den Broeck, dell'archidiocesi di Malines.

» » » Al sig. Antonio Arts, della medesima archidiocesi.

» » » Al sig. Guglielmo Van Noten, della medesima archidiocesi.

19 » » Al sig. Umberto Piazzo (Albania).

20 » » Al sig. Enrico Van Thiel-Hosaij, della diocesi di Bois-le-Duc.

» » » Al sig. Avila Farand, della diocesi di Valleyììeld.

» » » Al sig. Federico De Charro Van Kempen, della diocesi di Harlem.

» » » Al sig. Guglielmo Antonio Schade, della medesima diocesi.

» » » Al sig. Giuseppe Cadieux, dell'archidiocesi di Montréal.

22 >> » Al sig. Domenico Toniolo, del Patriarcato di Venezia.

» » » Al sig. Francesco Riccato, del medesimo Patriarcato.

» » » Al sig. Augusto Borgia Sousa, della diocesi di Allahabad.

23 » » Al sig. Eugenio J. Dwyer, della diocesi di Rochester (S. U. A.).

» » » Al sig. Giuseppe H. Weis, della medesima diocesi.

» » » Al sig. Enrico D'Annunzio, della medesima diocesi.

» » » Al sig. Giacomo P. B. Duffy, della medesima diocesi.

» » » Al sig. Vladislao Wojtczak, della medesima diocesi.

7 *Gennaio 1931.* Al sig. Gerardo Gibelin, della diocesi di Le Puy.

» » » Al sig. dott. Fulberte Cozes, della medesima diocesi.

» » » Al sig. Carlo Brenninkmeyer, della diocesi di Berlino.

10 » » Al sig. Edgardo Delvaux, dell'archidiocesi di Malines.

12 » » Al sig. avv. Giovami] A. Gullen, della diocesi di Newark.

» » » Al sig. Giovanni Francesco Smith, della medesima diocesi.

17 » » Al sig. Antonio Giuseppe G. Matteo Moons, della diocesi di Bois-le-Duc.

23 Gennaio 1931. Al sig. dott. Vittorio Ponzoni, della diocesi di Lodi.
» » » Al sig. rag. Ettore Geninazza, dell'archidiocesi di Milano.
26 » » Al sig. Giovanni May er, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
27 » » Al sig. Giuseppe Ageorges, dell'archidiocesi di Parigi.
» » » Al sig. Andrea Roche, della diocesi di S. Giovanni di . Moriana.
» » » Al sig. Pietro Godinot, della diocesi dj Verdun.
» » » Al sig. Stefano Brun, dell'archidiocesi di Lione.
28 » » Al sig. Giovanni Hènaff, della diocesi di Quirn per.
29 » » Al sig. ing. Pilade Leoni (Roma).
31 » » Al sig. Vittore Blancher, della diocesi di Rodez.
13 Febbraio » Al sig. Desiderato Walter, dell'archidiocesi di Lione.
19 » » Al sig. Giorgio Huguet, della diocesi di Arras.
20 » » Al sig. rag. Vittorio Voltolini, della diocesi di Reggio Emilia.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

6 Marzo 1929. Al sig. conte Francesco de Harrac, della diocesi di Brno.
22 Dicembre 1930. Al sig. Guido Corni (Italia).
28 Gennaio » A S. E. Si Khelil Bouhageb (Tunisia).
» » » A S. E. Si Hadi Lakouat (Tunisia). «"
» » » Al sig. gener. Adalberto de Çhambrun, dell'archidiocesi di Cartagine.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

23 Settembre 1930. Al sig. Emilio Lossouarn, del Vicariato apostolico di Tientsin.
.» » » Al sig. Sante Astaldi (Roma).
14 Novembre » Al sig. dott. Pietro Lo Savio, della diocesi di Lecce.
» » » Al sig. prof. Giuseppe De Franchis, della medesima diocesi.
25 » » Al sig. Addo Buy (Italia).
» » » Al sig. Benvenuto Borsetta (Italia).
27 » » Al sig. Alfonso Del Conte (Roma).
4 Dicembre » Al sig. Mario Bocchioli, dell'archidiocesi di Milano.
10 » » Al sig. Eraldo Bonecchi, della medesima archidiocesi.
15 » » Al sig. Alfonso Marchesani, dell'archidiocesi di Chieti.
17 Gennaio 1931. Al sig. Emmanuele Marzano (Roma).
20 » » Al sig. Francesco Barili ari (Roma).
23 » » Al sig. Cristiano de Charmasse (Francia).
» » » Al sig. Mario Bianchi-Cervini, dell'archidiocesi di Milano.
26 Febbraio » Al sig. rag. Riccardo Santagostino, della medesima archidiocesi.

II Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

3	***Ottobre***	***1930.***	Al sig. Paolo Toumaniehviri (res. Parigi).
29	»	»	Al sig. prof. Giuseppe Seganti (Roma).
3	***Dicembre***	»	Al sig. Carlo Sironi, dell'archidiocesi di Milano.
5	»	»	Al sig. Alfredo Merk, dell'archidiocesi di Friburgo.
11	»	»	Al sig. Emerico Hufnágl, dell'archidiocesi di Strigonia.
5	***Gennaio***	***1931.***	c Al sig. Giulio Proj etti (Roma).
15	***Gennaio***	***1931.***	Al sig. Isotto Boccazzi, della diocesi di Treviso.
21	»	»	Al sig. Arcangelo Cammarata, della diocesi di Caltanissetta.
24	»	»	Al sig. Callisto Pizzi, della diocesi di Lodi.
26	»	»	Al sig. Vincenzo Albanese (Roma).
, »	»	»	Al sig. dott. Romeo Montecchi (Roma).
29	»	»	Al sig. ing. Ugo Ughi, dell'archidiocesi di Bologna.
k	***Febbraio***	»	Al sig. Paolo Marzani (Roma).

NECROLOGIO

10	***Marzo***	***1930.***	Monsig. Giuseppe Dupont, Vescovo tit. di Tibari.
5	***Febbraio***	***1931.***	Monsig. Alberto Negre, Arcivescovo di Tours.
7	»	»	Monsig. Giuseppe Romualdo Léonard, Vescovo tit. di Agatopoli.
12	»	»	Monsig. Luigi Eliseo Fatiguet, vescovo tit. di Aspendo.
7	***Marzo***	»	Monsig. Emilio Giovanni M. Grouard, Arcivescovo tit. di Egina.
12	»	»	Monsig. Gaetano Bacile di Castiglione, Vescovo tit. di Leuce.
17	»	»	Emo Sig. Card. PIETRO MAPPI, del titolo di S. Crisogono, Arcivescovo di Pisa.
19	»	»	Monsig. Michele Camilleri, Vescovo di Santorino.
30	»	»	Mons. Giuseppe Belisario Santistevan, Arcivescovo tit. di Sinnada e Vescovo di Santa Croce della Sierra.

Annus XXIII - Yol. XXIII 4 Maii 1931 Num. S

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CHIROGRAPHUS

AD EMUM P. D. ALFREDUM ILDEFONSUM TIT. SS. SILVESTRI ET MARTINI S. R. E. PRESB. CARD. SCHUSTER, ARCHIEPISCOPUM MEDIOLANENSIUM: DE ACTIONE CATHOLICA TUENDA.

Signor Cardinale,

Dobbiamo intrattenerla brevemente sopra nn tratto dell'ormai notissimo discorso tenuto costì otto giorni or sono, dall'onorevole Giurlati: sopra il tratto che tocca le cose nostre, più nostre, ed a noi più care, e che, forse senza avvertirlo e volerlo, Ci chiama personalmente per quanto copertamente in cansa, ponendoci così nella morale necessità, vogliam dire nel dovere di coscienza, di dire apertamente quello che il ministero pastorale da Noi richiede.

Diremo subito clie quanto, anche per personale esperienza, conoscevamo dell'onorevole oratore, Ci rese difficile, alla prima lettura (e per questo volemmo verifiche e conferme) il credere da lui presentato in quella precisa forma un tratto che lascia tanto a desiderare sia nella sostanza che nella forma. E diciamo così, perchè, a parte le qualifiche di «grossa manovra» e di «azione forse inutile e forse pericolosa » per quella Azione Cattolica (poiché è indubbiamente di essa che si vuol parlare), che tutti sanno dalla Gerarchia Cattolica e da Noi diretta e voluta come necessaria e sommamente benefica, a parte questo, l'on, oratore si rivolge poi a « coloro che per giustificarla fanno appello ad un

paragrafo del Concordato ». Ora quei « coloro » siamo « Noi » e se non siamo **i** soli, siamo certamente i primi, anche cronologicamente i primi, fra coloro che proprio in difesa dell'Azione Cattolica si son fin qui appellati all'articolo 43 (giacche di questo trattasi) del Concordato: articolo che appunto ed espressamente parla della « Azione Cattolica ».

Ma **Teniamo** alla **sostanza,** che **immensamente** più **importa.** Si dice di voler anche **educare i** giovani nella religione dei **padri,** e **sta bene;** e Noi non abbiamo **aspettato** oggi a riconoscere **quanto** di bene si è venuto avviando e facendo in **questo campo.** Non è però mai superfluo l'osservare che appunto su questo campo **la** competenza e l'autorità propria e specifica appartengono **alla** Chiesa, e che il Eegime ha il dovere non solo di seguirne il Magistero ad essa divinamente affidato, ma anche di favorirne la pratica. Non è certamente questo che si ottiene, ma piuttosto il contrario, esponendo la gioventù ad ispirazioni d'odio e di irriverenza, rendendo difficile e quasi impossibile la pratica dei doveri religiosi con la contemporaneità di tutt'altri esercizi, permettendo pubblici concorsi di atletismo femminile, dei quali anche **il** paganesimo mostrò **di** sentire le sconvenienze ed i pericoli.

Quanto a Noi, se non abbiamo lasciato e non lasceremo mai nulla di intentato per salvare l'Azione Cattolica, è anche e principalmente per provvedere colla maggiore larghezza e sicurezza possibile alla salvezza di tanta gioventù, la predilezione del Cuore divino, procurandole non soltanto quel ***minimum*** di vita cristiana e soprannaturale che la salvi dell'inondante neopaganesimo, ma quella maggiore abbondanza di tal vita, per recar la quale il divino Redentore si protesta venuto: ***Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant*** (Io., X, **10).** E quando si tratta di questa vita e di questa salvezza, si può e si deve dire della Chiesa quello che S. Pietro dice di Gesù Cristo stesso: ***et non est in aliquo alio salus*** ***(Act***, IV, **12);** giacche alla Chiesa ed a nessun altro Gesù Cristo ne **ha** conferito il mandato e ne ha dato i mezzi: la dottrina della fede, la legge divina ed ecclesiastica, la parola divina, i sacramenti, **la** preghiera, le virtù teologali ed infuse. Appunto **in** considerazione

di questa altissima funzione salvatrice e santificatrice della Chiesa e della sua Gerarchia, funzione alla quale fin dai primi giorni del cristianesimo il laicato è chiamato a collaborare nell'Azione Cattolica, abbiamo desiderato che non mancasse a questa un posto ed un presidio nel Concordato.

Si oppone o, come fu detto, si fa « semplicemente osservare che il Concordato è stato dalla Santa Sede stipulato col Regime tota-, litario fascista e con lo Stato corporativo fascista ».

Accogliamo molto volontieri l'invito ad una tale osservazione; perchè, se nuUa vediamo, essa conduce per necessità di logica evidenza a conclusioni, che probabilmente non furono nelle intenzioni dell'onorevole oratore.

Respingiamo risolutamente e riproviamo come ingiuriosa ad entrambi le alte parti contraenti la conclusione che qualcuno in Italia e fuori ha creduto, falsamente, di poter formulare, che dunque il Regime, lo Stato ha teso un'insidia alla Santa Sede.

Le Nostre conclusioni sono altrimenti vere e liete. Riprendendo la proposta osservazione, le difficoltà (se difficoltà sono o possono prevedersi) devono dunque dipendere dall'uno o dall'altro capo: o da ciò, che si tratta di Regime e Stato totalitario e corporativo, o da ciò, che si tratta di Regime e Stato fascista.

Cominciando dal primo capo, non si vede come possa derivarne difficoltà alcuna.

Regime e Stato totalitario? Crediamo di bene intenderlo nel senso che per tutto quello che è di competenza dello Stato, secondo il suo proprio fine, la totalità dei soggetti dello Stato, dei cittadini, deve far capo allo Stato, al Regime e da esso dipendere: dunque una totalitarietà, che diremo soggettiva, può certamente attribuirsi allo Stato, al Regime. Non altrettanto può dirsi di una totalitarietà oggettiva, nel senso cioè che la totalità dei citta^ dini debba far capo allo Stato e da esso (peggio poi nel senso, che da esso solo o principalmente) dipendere per la totalità di quello che è o può divenire necessario per tutta la loro vita anche individuale, domestica, spirituale, soprannaturale.

Per non parlare se non di quello che presentemente ci occupa.

è troppo evidente che una totalitarietà di Regime e di Stato che voglia comprendere anche la vita soprannaturale, è una manifesta assurdità nell'ordine delle idee e sarebbe una vera mostruosità quando volesse portarsi nell'ordine pratico.

La vita soprannaturale e tutto quanto ad essa appartiene (come già sopra abbiamo accennato), a cominciare dal giudizio su ciò che essa è e su ciò che le appartiene, venne da Gesù Cristo Redentore e Signore dell'umanità affidato alla sua Chiesa e ad essa sola. Or la Chiesa ha sempre detto — e con le parole e coi fatti — che l'Azione Cattolica appartiene alla vita soprannaturale, in collaborazione e quindi in dipendenza della Gerarchia, alla vita soprannaturale, prima in opera di sempre più perfetta formazione individuale, e poi in opera di sempre più efficace ed ampio apostolato. Questo la Chiesa ha detto e praticato già dai primi giorni del cristianesimo, anzi di Gesù Cristo stesso: questo ha sempre praticato in venti secoli di vita, variandone le forme secondo le esigenze e le possibilità dei diversi tempi e dei diversi luoghi; questo abbiamo detto e praticato Noi stessi fino dall'inizio del Nostro Pontificato e fino a ieri, sempre insegnando ed inculcando la necessità, la legittimità, l'insurrogabilità dell'Azione Cattolica, mentre partecipa della necessità, legittimità e insurrogabiìità della Chiesa e della sua Gerarchia per la formazione e la espansione della vita soprannaturale.

Certo è che da tutto questo consegue che l'Azione Cattolica non deve fare della politica: è quello che abbiamo sempre insegnato e ordinato; possiamo dire (e lo diciamo con profonda compiacenza) che la voce del Padre è stata intesa e ubbidita dai figli; se qualche eccezione o deviazione (quasi mai intenzionale) si è avverata, non abbiamo esitato a disapprovare e correggere: sarebbe troppo ingiusto generalizzare.

Altrettanto certo è del pari che l'Azione Cattolica non impedisce nè può impedire quelli ene le si consacrano di occuparsi cristianamente e cattolicamente della vera e buona politica, quella che studia e promuove il bene della *TTÓXIS:* l'Azione Cattolica ve li prepara egregiamente.

Riferendoci sempre al primo capo di presunte e presumibili difficoltà, Ci resta a vedere se e come queste possono derivare dalla Corporatività dello Stato. Ma davvero non si vede quali e come possano essere, se ancbe solo si considera che la Corporatività si risolve in una speciale, pacifica organizzazione fra le diverse classi di cittadini, con più o meno di ingerenza dello Stato, della legge, della magistratura, in ordine al lavoro, alla produzione ecc., sempre, s'intende, nell'ordine naturale e civile; mentre l'Azione Cattolica, come s'è detto, rimane sul terreno spirituale e soprannaturale.

È bensì certo ed evidente che come la Chiesa, e la sua Gerarchia, ha il diritto e il dovere di formare e dirigere l'Azione Cattolica, così ha il dovere e il diritto di organizzarla nei modi confacenti al raggiungimento dei suoi fini spirituali e soprannaturali secondo le abitudini e le esigenze dei diversi tempi e dei diversi luoghi.

È altrettanto certo ed evidente che l'Azione della Chiesa, per essenziale necessità del suo essere e del suo divino mandato, si estende e deve estendersi dovunque trattasi del bene e del danno delle anime, dell'onore o dell'offesa di Dio, dell'osservanza o violazione delle leggi divine ed ecclesiastiche: di problemi insomma ed interessi non semplicemente materiali, meccanici, economici, ma anche morali e con inevitabili ripercussioni morali suU'individuLp, sulla famiglia e sulla società.

Di qui il dovere e il diritto per la Chiesa e la Gerarchia e (nelle debite proporzioni) per l'Azione Cattolica, di portarsi anche sul. terreno operaio, lavorativo, sociale, non per usurpare o intralciare attività sindacali o d'altro nome, che non le competono, ma per salvaguardare e procurare dovunque l'onore di Dio, il bene delle anime: sempre e dovunque, la vita soprannaturale con tutti i suoi benefìci.

Non minimi fra i quali sono certamente la santificazione e una ognor più elevata conscienziosità del lavoro, il conforto della pazienza, di cui gli umili ei sofferenti hanno così grande bisogno, i sentimenti e le pratiche di fraterna carità e cristiana giustizia

tra gli individui e fra le classi, una più accurata tutela delle virtù pericolanti, massime della gioventù.

Attività corporativa e Azione Cattolica non potranno a meno di incontrarsi, data l'identità del soggetto umano e individuale e collettivo; ma data la sincera buona volontà e il sincero desiderio del bene da una parte e dall'altra, l'incontro delle due attività non potrà aver luogo se non con l'effetto felicissimo di coordinarsi al maggior bene, al bene possibilmente completo, degli individui, delle classi, della società.

Ci resta a considerare il secondo capo, quale fonte di presumibili difficoltà: Regime, Stato « fascista ».

Possiamo essere brevissimi.

Il fascismo si dice e vuol essere cattolico: orbene per essere cattolici non di solo nome ma di fatto, per essere cattolici veri e buoni, e non cattolici di falso nome, e non di quelli che nella grande famiglia che è la Chiesa col loro modo di parlare e di agire affliggon il cuore della Madre e del Padre, contristano i fratelli e li fuorviano coi loro mali esempi, per tutto questo non c'è che un mezzo, uno solo, ma indispensabile e insurrogabile: ubbidire alla Chiesa ed al Suo Capo e sentire con la Chiesa e col Suo Capo. Che cosa voglia la Chiesa e che cosa senta la Chiesa in ordine all'Azione Cattolica non è mai stato dubbio, mai — si può ben dire — è stato così manifesto come ai giorni nostri.

Sperando e pregando che sia dato a questa Nostra di dissipare diffidenze e sospetti ornai ingiustificabili e certamente nocivi ad avvicinamenti e cooperazioni che sarebbero utili a tutti; pregando cke le sia dato anche di portare qualche chiarezza di verità e con essa qualche maggior facilità di comprensione alle intelligenze e di acquiescenza alle volontà; invitando Lei, signor Cardinale, e tutti a pregare per questa Nostra intenzione, a Lei ed a tutti impartiamo l'Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, 26 Aprile 1931.

PIUS PP. XI

MOTU PROPRIO

DE CANONICIS SEMINARIORUM VISITATIONIBUS

PIUS PP. XI

Praecipua sane inter pastorales muneris Nostri partes ea adnumeranda est, qua efficere contendimus ut sacra clericorum Seminaria cum gravissimo ipsis praestituto fine magis aptiusque in dies conveniant; ut scilicet adolescentes, qui in eadem recepti sint, quam diligenter ad vitae sanctimoniam atque ad sacras disciplinas formentur, utpote qui Dei viventis altaribus inservire, ac christifidelium magistri pastoresque evadere aliquando debeant.

Quapropter instantibus ad Deum profusis precibus, maturaque deliberatione adhibita, necnon Sa'crae Congregationis de Seminariis Studiorumque Universitatibus explorata sententia, peculiare in eodem Sacro Consilio, et sub eiusdem regimine, munus condere decrevimus, et per has Litteras motu proprio datas condimus, viro ecclesiastico committendum, qui Visitator Ordinarius proprio nomine nuncupabitur, cuique curae sit Seminariorum Italiae (ab his enim, ut par est, incipiendum censemus) visitationem peragere.

Cum autem inter Italiae Seminaria ea, quae Eegionalia seu Interdioecesana dicuntur, singulari quodam titulo, ad Sanctam Sedem pertineant, ideo iubemus ut eadem, omnia et singula, saltem quotannis ab Ordinario Visitatore inspiciantur.

Visitator hic Ordinarius alterum post Secretarium in eadem Congregatione dignitatis locum obtinebit, atque inter Consultores eiusdem Congregationis ipso iure numerabitur.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxiv Aprilis anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

DISMEMBRATO TERRITORIO A VICARIATU APOSTOLICO DE NANNING, ERIGITUR MISSIO SUI IURIS DE WUCHOW IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Delegatus Apostolicus Noster in Sinis, nomine quoque Vicarii Apostolici de Nanning, Nos edocuit vicariatum apostolicum de Nanning late patere atque incolarum multitudine conspicuum esse, adeo ut in eodem Evangelii operarii, studio sollertiaque quibus debent, spirituali fidelium bono prospicere nequeant; ac propterea vota sua eiusdemque Vicarii Apostolici Nobis exhibet ut ex vicariatu eodem quandam territorii partem separemus, quae, sui iuris constituta, aliis Evangelii praeconibus concredatur. Nos autem, ut melius religiosis negotii® intra praedicti vicariatus fines in Domino prospiciamus, re mature perspecta, huiusmodi optatis concedendum censuimus. Conlatis itaque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus qui rebus gerendis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide praepositi sunt, motu proprio, certa scientia ac matura deliberationeNostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, civiles subpraefecturas de Wuchow, Waitsap, Tangyuen, Pingnam, Shumkai, Jungyun, Paklow, Luckchuen, Pokpak, Hohsien, Sunto, CMuping, Mungshan, Watlam, excluso tamen territorio christianitatis de Tai-ou-Tung, a vicariatu apostolico de Nanning separamus sive dismembramus, easdemque, ita per Nos rite seiunctas sive separatas, in Missionem sui iuris plane independentem erigimus et constituimus, cui nomen de Wuchow in posterum facimus. Eandem vero novam independentem Missionem de Wuchow, ad Nostrum et Sanctae Sedis beneplacitum, curis Societatis Americanae pro exteris missionibus in Domino concredimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari: sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super

his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Iunii anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

SANCTUARIUM B. M. V. DE BONO SUCCURSU PAROECIAE DE LABLACHÈRE, DIOECESIS VIVARIENSIS INTRA EINES, BASILICAE MINORIS TITULO HONORIBUS QUE AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Dioecesis Vivariensis intra fines in paroecia *de Lablachere* conspicuum exstat sanctuarium sub titulo Beatae Mariae Virginis a Bono Succursu, quod christifideles, non modo a finitimis locis sed a longinquis etiam regionibus peregrinorum more ad ipsum confluentes, pie devoteque celebrant. Loco quidem antiquioris et parva® ecclesiae, quam saeculo decimo septimo vertente, iam quidam pii coniuges sub eodem titulo fundaverant, hodiernum templum saeculo decimo nono tantum erectum est; ipsumque, tribus navibus constans, amplitudine molis atque ornatu, picturis parietum, artisque operibus quibus ditatur, plane dignum omnium laudibus videtur; adeo ut inter regionis Vivariensis sanctuaria principem nunc locum facile teneat. Illud autem sanctuarium cuiusvis ordinis condicionisque christifideles frequentes visitant Beatae Mariae Virginis de Bono Succursu simulacrum veneraturi, quod ab annis fere ducentis et quinquaginta inibi servatur et colitur, quodque prodigiis gratiisque clarum aureo diademate anno MDCCCLXXX Apostolica auctoritate coronatum est. Eodem in templo divinus cultus nitide peragitur a frugiferae Congregationis Beatae Mariae Immaculatae sacerdotibus, qui sanctuario addicti religiosam vitam in adiectis aedibus vivunt bonoque spirituali peregrinorum prospiciunt. Cum propterea Procurator generalis Congregationis Oblatorum eiusdem communia vota depromens tum cleri dioecesis tum christifidelium, amplissime quoque suffragantibus sive Vivariensium Episcopo, sive Moderatoribus Congregationis Oblatorum, enixas nune Nobis preces adhibeat, ut quinquagesimi anni occasione a sollemni praefata coronatione statuae Beatae Virginis de Bono Succursu, titulo ac privilegiis Basilicae minoris honestare velimus templum Lablacheriense: Nos, ut

pietas christifidelium erga Beatissimam Virginem impensius foveatur itemque ut peculiare sit praelaudatae Congregationi benevolentiae Nostrae testimonium, ultro libenterque huiusmodi supplicationibus annuendum existimavimus. Conlatis itaque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, de certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, enunciatum sanctuarium in honorem Beatae Mariae Virginis de Bono Succursu Deo dicatum in paroecia Lablacheriensi, dioecesis Vivariensis intra fines, dignitate ac titulo Basilicae minoris decoramus, cum omnibus privilegiis atque honorificentiis, quae iuxta decreta et morem ecclesiis hoc titulo honestatis competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Decernentes praesentes lutteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent seu pertinere poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis Augusti anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

DISPENSATA FORMA CANONICAE ELECTIONIS, B. V. M. AB EXCUBIIS, VULGO « DELLA GUARDIA », PATRONA CAELESTIS DECLARATUR OPPIDI « BORGTIETTO S. SPIRITO » DIOECESIS ALBINGANENSIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Oppidi cui nomen *Borghetto S. Spirito* intra fines positi dioecesis Albinganensis, maiori portae supereminet simulacrum marmoreum Virginis ab excubiis, vulgo *della Guardia,* veluti in eiusdem custodiam et praesidium. Pariter non ignoramus in oppidi superenunciati tempio curiali et quidem in proprio altari alterum ligneum simula^ crum prostare, referens Beatissimam ipsam g Virginem, quam veluti matrem potentem ac benignam iidem oppidani pie ac religiose colunt. Itaque cum hodiernus archipresbyter memoratae ecclesiae curialis, Deo sacrae in honorem S. Matthaei Apostoli et Evangelistae, vota exprimens

communia fidelis devotique populi sibi commissi, enixas preces amplissimo suffragio commendatas tam Episcopi Albinganensium, quam Praesidis vulgo *Podestà* praedicti oppidi, Nobis humiliter exhibuerit, ut Beatissimam Virginem Mariam *della Guardia* caelestem totius oppidi ac terrae *Borghetto S. Spirito* Patronam declarare dignemur; Nos, piis huiusmodi optatis ultro libenterque concedendum existimavimus. Audito igitur dilecto filio Nostro Camillo Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinali Laurenti, Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, ad magis et magis fovendam et augendam cleri populique venerationem ac pietatem erga Beatissimam Virginem *della Guardia,* eandem Beatissimam Virginem sub enunciato titulo *delia Guardia* totius oppidi ac terrae *Borghetto S. Spirito* in dioecesi Albinganensi peculiarem apud Deum Patronam declaramus ac constituimus, indulta pro hac benigna concessione dispensatione a consueta forma praescripta per decretum S. Rituum Congregationis, n. 526, « De Patronis in perpetuum eligendis ». Decernimus insuper eadem Nostra auctoritate, praesentium vi, itemque in perpetuum, ut festum eiusdem Sanctissimae Patronae recolatur quotannis die xxix mensis Augusti sub ritu duplici primae classis cum octava communi et Officio ac Missa de communi festorum Beatae Mariae Virginis, praeter Orationem, Secreta et Post-communionem proprias et approbatas pro archidioecesi lanuensi, in Missa recitandas, et orationem primam in Officio adhibendam, servatis tamen Rubricis aliisque servandis.

Porro haec mandamus atque edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illis que ad quos pertinent, sive pertinere poterant, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis Augusti anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

IV

ARGENTINAE REIPUBLICAE, ITEMQUE URUGUAYANAE ET PARAGUAYANAE CAELESTIS PATRONA DECLARATUR B. M. V. IMMACULATA, SUB TITULO « DE LUJAN ».

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Argentinae Reipublicae intra fines in civitate *Lujan* nuncupata, conspicua exstat imago Beatae Mariae Virginis Immaculatae quam christifideles non modo regionis Argentinae sed finitimarum quoque de Uruguay ac de Paraguay Rerumpubücarum sub titulo *Nostrae Dominae de Lujan* a tribus saeculis continenti pietate devotioneque maxima venerantur. Iam Decessores Nostri, precibus Episcopi de Plata benigne concedentes, ipsam Nostram Dominam de Xtujan dioecesis de Plata principalem Patronam declararunt, eiusdemque festum cum officio et Missa propriis atque adprobatis die VII mensis Februarii quotannis celebrandum statuerunt. Hodiernus vero Episcopus de Plata nomme quoque aliorum sexdecim Antistitum seu Ordmariorum, qui in memoratis Rebuspublicis dominicum fidelium gregem moderantur, humillimis enixis que supplicationibus Nos rogat, ut eadem Beata Virgo Immaculata de Lujan, principalis tum Argentinae tum Uruguayanae tum Paraguayanae Reipublicae Patrona declaretur et constituatur. Nos autem ad magis magisque in dies fovendam et augendam earundem regionum populi venerationem ac pietatem erga Beatissimam Mariam Virginem Immaculatam de Lujan, huiusmodi votis ultro libenterque annuendum censuimus. Audito igitur dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, omnibus rei momentis sedulo studio perpensis, Litterisque attentis postulatoriis Archiepiscoporum, Episcoporum ceterorumque Antistitum Rerumpublicarum earundem, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Beatissimam Virginem Mariam Immaculatam sub enunciato titulo *de Lujan* nuncupatam triplicis Argentinae, Uruguayanae et Paraguayanae Reipublicae praecipuam apud Deum Patronam declaramus et constitiumus; indulta prius pro hac benigna Nostra concessione dispensatione a consueta forma, quae per Decretum Sacrae Rituum Congregationis « De Patronis in posterum eligendis » praescripta est. Decernimus praeterea eadem Nostra auctoritate, Litterarum praesentium vi itemque in perpetuum, ut festum eiusdem Sanctissimae Patronae quotannis die VII mensis Februarii, sub

ritu duplici primae classis cum octava communi et Officio ac Missa propriis et iam adprobatis pro dioecesi de Plata, recolatur.

Haec vero mandamus atque edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Septembris anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

V

TITULUS ET PRIVILEGIA BASILICAE MINORIS ECCLESIAE S. MICHAELIS ARCHANGELI, MATRITI EXSTANTI, COLLATA.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Matritensi in civitate in honorem Sancti Michaelis Archangeli Deo dicata exstat ecclesia, quae iam Pontificio titulo exornata, vetustate, molis amplitudine structuraeque stylo atque artis operibus quibus exornatur, excellit. Ad eandem, devote invisendam magno concursu et pietate ex omni conditione christifideles confluunt, atque in ea sacerdotes Congregationis a Sanctissimo Redemptore, maximo cum animorum emolumento, religionis muneribus funguntur. Eiusdem vero ecclesiae cura et iurisdictio concreditae sunt Nostro in Hispania Nuntio Apostolico, qui proinde data opportunitate ipsa quoque in sacra aede Sollemnes functiones peragit. Nunc vero, ad christianae pietatis incrementum atque ad decus eiusdem templi augendum, ipse Legatus Noster Apostolicus Archiepiscopus titulo Naupactensis enixis verbis exposcit ut, fausta capta occasione ipsius templi consecrationis proxime obfuturae, eandem Matritensem ecclesiam Sancti Michaelis Archangeli ad dignitatem Basilicae minoris evehamus. Quibus supplicationibus Nos, conlatis consiliis cum dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, propensa voluntate annuere censuimus. Quare motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum enunciatam ecclesiam in honorem Sancti Michaelis

Archangeli in civitate ac dioecesi Matritensi Deo dicatam, a die sollemnis eiusdem consecrationis peragendae, vix ac consecrata rite fuerit, dignitate ac titulo Basilicae minoris honestamus, cum omnibus honoribus, praerogativis, privilegiis liturgicis, quae minoribus basilicis de ime ac more competunt.

Contrariis non obstantibus quibuslibet. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque integros effectus sortiri iugiter et obtinere, illique ecclesiae, ad quam pertinent, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die xv mensis Septembris MDCCCCXXX, Pontificatus Nostris nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

VI

ECCLESIA B. M. V. IN CAELUM ASSUMPTAE, COENOBII SECCOVIENSIS O. S. B., S. CONGR. BEURONENSI, TITULO BASILICAE MINORIS CUM ADNEXIS HONORIBUS ORNATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — A Seccoviensis monasterii Beatae Mariae Virginis ex. Ordine Sancti Benedicti Abbate compertum habemus coenobii quod moderatur ecclesiam, iam saeculo decimo secundo exstructam stylo romano basilicali, ritu sollemni sub titulo Beatae Mariae Virginis in caelum assumptae consecratam esse anno MCLXIII a beato Hartmanno, qui tunc temporis episcopali Brixinensi munere fungebatur. Haec ipsa ecclesia, cui regulares a Sancto Augustino canonici antiquitus inserviebant, dignitate quoque cathedralis dioecesis Seccoviensis a tertio decimo saeculo exornata est, usque scilicet ad finem saeculi decimi octavi, quum opportunitatis caussa Praesules Seccovienses propriam episcopalem sedem in civitatem Graecensem transtulerunt. Templum postea Seccoviense, quod ob eandem translationem haud parum imminutum videbatur, monachis tandem Ordinis Sancti Benedicti traditum est, qui, sollemniter idem ingressi anno MDCCCLXXXIII, nunc ibidem summo cum studio divina officia cotidie persolvunt aliasque sacras liturgicas functiones maximo cum splendore ac pompa peragunt, ita ut christifideles, devotionis pietatisque provehendae atque excitandae causa, ad ipsum templum frequentes confluant. Insignia monumenta atque opera artis affabre facta vel antiquitate conspicua exornant templum Seccoviense, quod praeterea sacro multorum

Sanctorum relliquiarum thesauro ditatur; in eodemque Virginis Mariae imago perantiqua adservatur, quam sub titulo Dominae Seceoviensis fideles pie venerantur. Nunc autem^cum Abbas hodiernus monasterii Seceoviensis memorati Nos humili prece flagitaverit, ut idem templum occasione decimi quarti saecularis anni archicoenobii Montis Cassini ad titulum ac dignitatem Basilicae minoris evehere dignemur; Nos, animo repetentes insignes templi illius memorias, optatis hisce piis annuendum ultro libenterque existimavimus. Qua re, audito dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque^ in modum, praelaudatam ecclesiam Seccoviensem in honorem Beatae Mariae Virginis in caelum assumptae Deo sacram ac monasterio monachorum ex Ordine S. Benedicti Congregationis Beuronensis adnexam, titulo ac dignitate Basilicae minoris condecoramus, illique privilegia et honorificentias tribuimus, quae de more ecclesiis hoc titulo dignitateque **auctis** competunt.

Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, vel spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse a© definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Octobris anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostro nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

VII

TEMPLUM B. M. V. IMMACULATAE IN OPPIDO « LUJAN », DIOECESIS DE PLATA INTRA FINES, BASILICAE MINORIS TITULO HONESTATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Litteris Nostris sub Piscatoris anuí© **aie** VIII Septembris proxime praeteriti datis, praecipuam apud Deum Patronam constituimus ac declaravimus tum Argentinae tum Uruguayanae tum Paraguayanae Reipublicae Beatissimam Virginem Mariam Immaculatam, quae vulgo *de Lujan* nuncupatur a civitate in qua, intra fines dioecesis de Piata, celeberrima exstat ecclesia, quae eiusdem Virginis Immacu-

latae in honorem Deo dicata est. Eam eodem in sanctuario servatur vetusta ac prodigiosa Nostrae Dominae Immaculatae imago, quam a tribus saeculis christifideles Rerumpubhearum earundem, turmatim peregrinorum more illuc confluentes, impense venerantur. Templum vero, stylo gothico solide exstructum, tribus navibus, quae multis altaribus ornantur, constat; amplitudine, maiestate plena, pulcris etiam artis operibus, copiosaque ac divite supellectili renidet, quae plane testimonium exhibent pietatis peculiarisque amoris, quibus christifideles ipsam Deiparam prosequuntur. Saecularium autem festivitatum, quae hoc anno tertio celebrantur, occasione, venerabilis frater Episcopus de Plata enixis precibus Nos, nomine quoque fidelium clerique suae dioecesis, rogat ut praefatum sanctuarium marianum de Lujan titulo atque honore Basilicae minoris honestemus. Nos vero, cum iure meritoque templum Beatae Mariae Virginia Immaculatae de Lujan inter ceteras Americae Meridionalis sacras aedes perhonorificum obtineat locum, votis memoratis ultro libenterque annuendum existimavimus. Quae cum ita sint, conlatis quoque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus sacrorum Rituum Congregationi praepositis, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum ecclesiam Beatae Mariae Virginis Immaculatae de Lujan intra dioecesis de Plata fines positam, titulo et honore Basilicae minoris una cum privilegiis atque honorificentiis, quae iuxta decreta et morem huic titulo competunt, cohonestamus ac decoramus.

Haec statuimus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Novembris anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

NOTIFICATIO

Sua Eccellenza Revma Mons. Mario Sturzo, Vescovo di Piazza Armerina, dietro richiamo della Sacra Congregazione del S. Offizio, ha inviato la seguente

RITRATTAZIONE

« Io sottoscritto intendo di ritrattare, come di fatto ritratto colla presente, tutto ciò che ho scritto e pubblicato nei libri, nella *Rivista di Autoformazione* e nella rivista *La Tradizione* di Palermo contro la dottrina cattolica e contro ciò che la Santa Sede e i Sommi Pontefici, spe* cialmente negli ultimi tempi, hanno inculcato, raccomandato e comandato per lo studio della Filosofìa scolastica nei Seminari, in conformità anche del canone 1366.

« Piazza Armerina, 8 Aprile 1931.

(firmato) f Mario, Vescovo ».

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

23 Martii 1931. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Salaminensi, praefecit R. P. Leonem a Sacro Corde Iesu (in saeculo Petrum Kierkels), Praepositum generalem Congregationis Excalceatorum a Ssma Cruce et Passione D. N. I. C, quem deputavit Delegatum Apostolicum in Indiis orientalibus.

10 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Leucensi, R. D. Florentinum Simon Garriga, e Congregatione Missionariorum Filiorum Imma-

dilati Cordis B. M. V., quem constituit Praelatum *nullius* Sancti Ioseph de Alto Tocantins.

— Titulari episcopali Ecclesiae Hierissensi, B. D. Theodorum Eugenin, e Societate Ss. Cordium, quem constituit Administratorem Apostolicum territorii de Valdivia, in dioecesi S. Caroli de Ancud.

11 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Andriensi, B. D. Ferdinandum Bernardi, Archidiaconum Capituli cathedralis Ecclesiensis.

17 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Sarsinatensi, R. D. Theodorum Pallaroniy rectorem Seminarii dioecesis Placentinae in oppido *Bedonia.*

— Cathedrali Ecclesiae Toletanae in America, R. D. Carolum Alter, eiusdem dioecesis presbyterum.

— Cathedrali Ecclesiae Denveriensi, R. D. Urbanum Ioannem Vehr, Antistitem Urbanum, Rectorem Seminarii theologici in civitate Cincinnatensi.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

DECRETUM

DE PIA SOCIETATE « CATHOLICA UNIO »

Quanta laude digni sint qui ecclesiasticas vocationes adiuvant, pluribus insignibus documentis S. Sedis, praesertim nostris diebus datis, clarissime apparet. Qua in re, bene peculiariter de Ecclesia merentur qui vires suas impendunt ut rite instituantur sacerdotes orientales, qui ad dissidentes in Oriente fratres ad unitatem Ecclesiae reducendos destinati sunt. Iam, pro iuvenibus orientalibus nonnulla fierent Seminaria, sive in Oriente, sive in Occidente, praesertim Romae; et iam satis patet quantum ipsa inserviant ad faciliorem reddendum dissidentium reditum in Christi ovile. Memoranda huc faciunt verba Summi Pontificis Leonis XIII, f. r., in Litteris Apostolicis *Orientalium dignitas:* «Maxime Nos tenet cura, ut condantur opportunioribus in Oriente locis seminaria, collegia, instituta omne genus, eaque prorsus ad iuvenes incolas ipso ritu patrio formandos in suorum auxilia. Hoc propositum, in quo dici vix potest quanta religioni inhaereat spes, studiose Nos aggredi, prolixisque subsidiis provehere, affluente, ut confidimus, catholicorum ope, deliberatum habemus. Sacerdotum indigenarum operam, quippe et convenientius impensam et cupidius acceptam, multo futuram quam advenarum fructuosior

rem, paulo fusius a Nobis monstratum in encyclicis litteris quas dedimus superiore anno de collegiis clericorum in Indiis Orientalibus constituendis ».

Cum vero inter instituta et societates quae pro reditu dissidentium quomodocumque adlaborant, pia Societas quae *Catholica Unio* nuncupatur, hunc finem praesertim sibi proposuerit, vocationes nempe ecclesiasticas pro Oriente fovendi et excolendi, eius Praeses R. P. D. Marius Besson, Episcopus Lausannen., Geneven, et Friburgensis, preces Sacrae huic Congregationi obtulit, ut iste peculiaris finis Societatis *Catholica Unio* confirmaretur, et ipsa Societas novo publico documento a Sede Apostolica approbaretur.

Hisce precibus Sacra Congregatio annuendum esse censens, rem totam maturo examini subiecit in plenariis Comitiis, die 4 Iulii 1930 in Civitate Vaticana habitis, et Emi ac Revmi Patres, approbante Summo Pontifice, Pio div. Prov. Pp. XI, statuerunt: « Proprium ac peculiarem finem piae Societatis *Catholica Unio* esse adlaborare pro fovendis, excolendis et utcumque adiuvandis ecclesiasticis vocationibus orientalium indigenarum, et providere necessitatibus Seminariorum ubi alumni orientales indigenae aluntur ac instituuntur, id imitando pro Orientalibus, quod Pontificium Opus a S. Petro Apostolo prosequitur pro Latinis, iuxta statuta ipsius Societatis *Catholica Unio,* quae approbationem nacta fuerunt mense Septembri anno 1924, nonnullis tantummodo immutatis ».

Eadem idcirco Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali, praesenti decreto approbationem antea datam piae Societati *Catholica Unio* confirmat, eius statuta, prout sequuntur, noviter aptata, servanda iubet, et indulgentias, die 18 Septembris 1924 concessas, renovat ad decennium. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

STATUTA PIAE SOCIETATIS « CATHOLICA UNIO »

I. Pia Societas *Catholica Unio* eo praesertim ac peculiariter tendit ut cleri indigenae orientalis, cuiuscumque ritus, rectam institutionem adiuvet ad efficacius adlaborandum pro reditu dissidentium ad unitatem Ecclesiae.

II. *Catholica Unio* hunc finem sequenti modo consequi studet:

a) Ardentes preces Deo fundendo ut iuvenes, praesertim indígenas orientales, ad sacerdotium vocare dignetur.

b) Preces et pia opera a fidelibus ad eumdem finem postulando.

c) Vocationes ecclesiasticas adiuvando et potissimum Seminariorum pro clero orientali indigena erectionem fovendo, eaque reditibus dotando et socios hortando ut largitiones et subsidia ad hoc comparent, sive stipem inter fideles colligendo, sive benefactoribus pie suadendo ut

vel statutam pecuniae summam quotannis donent, vel quemdam e Seminariorum alumnis, ut aiunt, adoptent, vel denique annuum redditum vulgo *borsa di studio* constituant, quo unus saltem ex alumnis in Seminariis perpetuo sustentetur ac instituatur.

III. *Catholicae Unionis* Praeses generalis nominatur a Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientari, a cuius auctoritate Societas omnino pendet; membra vero Consilii centralis eliguntur a Praeside generali, sed adprobatione ipsius Sacrae Congregationis indigent.

IV. Sunt membra *Catholicae Unionis* omnes et singuli fideles qui Societati se inscribunt, sese obligando ad aliquas preces quotidie Deo fundendas ut bonos operarios in messem suam mittere dignetur, et ad obolum, quolibet modo ut supra, elargiendum.

V. Praeses generalis de stipe collecta quotannis rationem reddet Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali, quae Summo Pontifici omnia aperiet, et collatis consiliis cum Pontificia Commissione pro Russia, eundem Ssmum Dominum rogabit de partitione iuxta necessitates facienda.

VI. *Unionis Catholicae* sectiones, in regionibus, in quibus ipsa Unio usque adhuc non est iam fundata, ne constituantur inconsulto Ordinario, cuius arbitrio relinquitur hoc opus in suam dioecesim excipere, eique praesidem dioecesanum dare.

VII. Praesides dioecesani quotannis Consilio generali de stipe collecta rationem reddent.

VIII. Si quando *Catholica Unio* dissolvatur, res propriae eius in possessionem transibunt Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, quae ea adhibebit secundum finem ipsius Societatis.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die Epiphaniae Domini a. 1931.

A. CARD. SINCERO, *a Secretis.*

L. © S.

H. I. Cicognani, *Adsessor.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

ROMANA ET ALIARUM

DE ¡TRIBUTO PRO ADMINISTRATIONE DIOECESANA

Cum quaestio exorta sit, an quotidianae distributiones capitularium subsint taxae seu tributo vulgo *due per eento* pro administratione dioecesana aliisque operibus dioecesis, ad normam articuli 57 Instructionum, quas haec Sacrae Congregatio Concilii die 20 Iunii 1929 edidit, res proposita est solvenda in plenariis Emorum Patrum eiusdem Sacrae Congregationis comitiis, die 16 Martii 1931 habitis, sub dubio: « An distributiones quotidianae « obnoxiae sint tributo, de quo in articulo 57 Instructionum diei 20 Iunii 1929 « circa bona ecclesiastica ». Porro iidem Emi Patres ad propositum dubium respondendum censuerunt: « *Negative,* seu distributiones quotidianas, et, «si omnes beneficii reditus distributionibus constent, tertiam earundem « partem, tributo de quo agitur non esse obnoxias ».

Hanc autem resolutionem Ssmus Dominus noster Pius Pp. XI in audientia diei 18 subsequentis, subscripto Secretario concessa, approbare et confirmare dignatus est.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 20 Martii 1931.

I. CARD. SERAFINI, *Praefectus.*

L. £B S.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster, decreto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 24 Februarii 1931, cathedrali Ecclesiae Kumbakonamensi praefecit R. D. Petrum Rayappa ; item, decreto diei 24 Martii 1931, cathedrali nuper erectae Ecclesiae Vijayapuramensi, R. D. Bonaventuram a S. Ioseph (in saeculo Ioannem Vincentium Arana Goigoras), Ordinis Carmelitarum excalceatorum.

II

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

8 Ianuarii 1931. — B. P. Bertholdus Bühl, ex Ordine Fratrum Minorum, Episcopus titularis Cartennensis, *Vicarius Apostolicus de Chiquitos.*

27 Februarii — R. P. Mathia a S. Laurentio, ex Ordine Minorum Capuccinorum, in saeculo Ioannes **Sola y** Farrell, Episcopus titulo Colophonensis, *Vicarius Apostolicus de Bluefields.*

— B. P. Ioseph Klemann, ex Instituto Oblatorum S. Francisci Salesii, Episcopus tit. Drusilianensis, *Vicarius Apostolicus Magni Namaqualand.*

4 Martii — R. P. Astou Chichester, e Societate Iesu, Episcopus titulo Ubazensis, *Vicarius Apostolicus de Salisbury.*

Item, datis decretis Sacra eadem Congregatio renunciavit ad suum beneplacitum:

19 Februarii 1931. — R. D. Georgium Iosephum Haezaert, e Congregatione Spiritus Sancti, *Praefectum Apostolicum de Katanga septentrionali.*

27 Februarii. — R. D. Franciscum Sanz Pascual, e Congregatione Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. V., *Praefectum Apostolicum de Choco.*

28 Februarii. — R. D. Caietanum Pasotti, e Pia Societate Salesiana B. Ioannis Bosco, *Superiorem ecclesiasticum missionis de Bajaburi.*

30 Martii. — R. D. Casparem Hu, e clero saeculari vicariatus ap. de Tsinanfu, *Praefectum Apostolicum de Lintsing,* noviter erecta praefectura, in Sinis.

Successivis decretis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide infrascripti Illmi ac Revmi Domini nominati sunt:

19 Decembris 1930. — Antonius Bonnici, Praeses Pontificii Operis a Propagatione Fidei in Melita insula.

20 Februarii 1931. — Aloisius Hudal, membrum Consilii Superioris Generalis Romae eonsistentis eiusdem Pontificii Operis, pro Austria.

31 Martii. — Raphael Vallejo Macouzet, Praeses Pontificii Operis a Propagatione Fidei in ditione Mexicana.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

CIRCA INDULGENTIAS VIAE CRUCIS AB INFIRMIS LUCRANDAS

Devotam Passionis Ssmi D. N. I. O. recordationem per pium, quod vocant, exercitium *Viae Crucis* maximi infirmis esse solaminis, qui spirituali eorum adsistentiae dant operam unanimiter testificantur. Ad excitandos igitur ad tam salutarem praxim eos quoque qui a praefato pio exercitio regulariter peragendo aegritudine impediuntur, Ssmus D. IST. Pius Pp. XI, instante infrascripto Cardinali Maiore Poenitentiario, in audientia diei 20 currentis mensis, benigne concedere dignatus est ut infirmi qui pium exercitium *Viae Crucis* nec in forma ordinaria nec in forma statuta a Clemente XIV die 26 Ianuarii 1773, per recitationem scilicet viginti *Pater, Ave* et *Gloria,* absque gravi incommodo vel difficultate peragere valeant, omnes et singulas indulgentias, eidem pio exercitio quomodocumque adnexas, lucrari possint vel osculando vel etiam tantum intuendo, cum affectu et animo contrito, in aliquem Crucifixum ad hoc benedictum, eis vel a sacerdote vel ab aliqua alia persona exhibitum, et recitando brevem aliquam orationem vel precem iaculatoriam in memoriam Passionis et mortis Iesu Christi Domini Nostri.

Praesentibus absque Brevis expeditione in perpetuum valituris, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Sacra Poenitentiaria, die 25 Martii 1931.

L. CARD. LAURI, *Poenitentiarius Maior.*

L. © S.

I. Teodori, *8. P. Secretarius*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

MOHILOVIEK

NULLITATIS MATRIMONII (BACHMAKOFF-ELCHINE)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Georgii Elchine, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die I[a] Iulii 1931, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An sententia Rotalis diei 20 Februarii 1929 sit confirmanda vel infirmanda in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Georgii Elchine curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. J$ S. F. Parrillo, ***Ponem.***

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 28 Aprilis 1931.

Adv. T. Tani, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr George Elchine défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne, ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Via della Dataria, n. 94), 1[er] Juillet 1931, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

Doit-on confirmer ou casser la sentence Rotale du 20 Février 1929 dans cette cause?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de Mr Elchine George devront, dans la mesure possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO PRO RUSSIA

APPROBATIO

Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Papa XI, decreto Pont. Commissionis pro Russia, die 8 Decembris anni 1930, Constitutiones Congregationis Georgianae Servorum Beatae Mariae Virginis sine labe Conceptae ad septennium, experimenti gratia, approbavit.

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

INTIMATIO EDICTALIS

Cum resciri nequiverit locus actualis commorationis Dñi Geysa Victoris Boross, sacerdotis hungarici ritus orientalis, Suprema haec Sacra Congregatio S. Officii, publico hoc edicto, citat formiter eundem ad comparendum coram ipsa intra terminum peremptorium unius mensis a die huius eiusdem edicti computandum cum expressa declaratione quod, eo termino inutiliter elapso, procedetur, nulla alia interiecta mora, in contumacia.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 4 Man 1931.

A. Subrizi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Die 24 Aprilis 1931, in festo , S. Fidelis a Sigmaringa, Propagandae Fidei Protomartyris, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI, adstantibus Emis PP. DD. Cardina^ libus Lega, Gasparri Petro, Bisleti, Van Rossum, Frühwirth, Sincero, Mundelein, Cerretti, Gasparri Henrico, Capotosti, Lauri, Pacelli, Marchetti-Selvaggiani, Serafini, Laurent!, Ehrle, Verde, et plurimis Episcopis ac Praelatis, novas aedes Collegii Propagandae Fidei, in arce Ianiculensi, praesens benedicendo lustravit.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 14 Aprile 1931, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la nuova Congregazione *Preparatoria* su le virtù del Servo di Dio Vincenzo Pallotti, Sacerdote e Fondatore della Pia Società delle Missioni, nella quale gli Eminentissimi Cardinali, i Revmi Consultori ed i Prelati, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, hanno dato il loro voto.

Martedì, 21 Aprile 1931, nel Palazzo Apostolico Vaticano, ha avuto luogo la Congregazione *Ordinaria particolare* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali hanno dato il loro giudizio su le seguenti materie:

1. Validità dei processi su i miracoli della Beata Maria Michela del Santissimo Sacramento, Fondatrice dell' Istituto delle Ancelle Adoratrici del Ssmo Sacramento e della Carità.

2. Validità dei processi su i miracoli del Ven. Servo di Dio Giuseppe M. Pignatelli, Sacerdote della Compagnia di Gesù.

3. Validità dei processi su le virtù del Ven. Servo di Dio Ludovico da Casoria, Fondatore della Congregazione dei « Frati Bigi ».

4. Validità dei processi su le virtù del Servo di Dio Innocenzo da Berzio, Sacerdote dell'Ordine dei Minori Cappuccini.

5. Validità dei processi su le virtù della Serva di Dio Maria Aikenhead, Fondatrice delle Suore della Carità in Irlanda.

6. Circa il culto non mai prestato al Servo di Dio Pietro Renato Rogue, Sacerdote e Martire della Congregazione della Missione.

7. Circa il culto non mai prestato al Servo Servo di Dio Biagio Marmoiton, Martire della Società di Maria (Maristi).

8. Circa il culto non mai prestato al Servo di Dio Giovanni Merlini, Sacerdote e Superiore Generale della Congregazione dei Missionari del Preziosissimo Sangue.

Martedì, 28 Aprile 1931, alla presenza dell'Eolo e Revmo Signor Cardinale Luigi Sincero, Relatore, si è tenuta la Congregazione ***Antipreparatoria*** su le virtù della Serva di Dio Gioachina Vedruna de Mas, vedova e fondatrice della Congregazione delle Suore della Carità, con l'intervento ed il voto dei Revmi Prelati officiali e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti.

SAGRA PENITENZIERI A APOSTOLICA

AVVISO DI CONCORSO

Nella Sacra Penitenzieria Apostolica è indetto un concorso per la nomina di uno scrittore.

I sacerdoti che volessero prendervi parte, purché abbiano compiuti gli anni trenta e non oltrepassati i quarantacinque, dovranno esibire alla Segreteria della stessa Sacra Penitenzieria (Palazzo del S. Uffizio), non oltre il 10 Giugno p. v., la domanda corredata del « Nulla osta » del proprio Ordinario e di altri documenti che stimassero necessari o utili.

II coucorso consisterà in una prova scritta su temi di Teologia morale e Diritto canonico, e si terranno in particolare considerazione i gradi accademici e la conoscenza di lingue estere.

11 giorno e l'ora del concorso saranno comunicati direttamente ai singoli interessati.

Dalla Sacra Penitenzieria Apostolica, il 2 Maggio 1931.

S. Luzio, ***Reggente.***

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

COD Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

3 Marzo 1931. L'Emo Sig. Cardinale Luigi Sincero, ***Protettore dell'Istituto delle Suore di Carità dell'****Hotel* ***Dieu*** (S. Giacinto).

S » » L'Emo Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, ***Protettore della Congregazione dei Figli di Maria Immacolata*** (Monza).

9 » » L'Emo Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, ***Protettore dell' Istituto dei Fratelli dell'Educazione Cristiana*** (Plöermel: Vannes).

12 » » L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, ***Protettore dell'Istituto delle Suore della Misericordia di S. Vincenzo de Paoli*** (Zagabria).

12	*Marzo*	***1931.***	L' Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore dell'Istituto delle Suore Marianite della S. Croce, di Précigné* (Le Mans).
16	»	»	L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Carità Domenicane della Presentazione* (Tours).
27	»	»	L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore dell'Istituto delle Suore Terziarie di San Domenico nel Portogallo.*
31	»	»	Monsig. Pietro Kierkels, arcivescovo tit. di Salamina, *Delegato Apostolico nelle Indie Orientali.*
13	*Aprile*	»	L'Emo Sig. Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore dell'Istituto dei Fratelli di San Vincenzo de Paoli* (Parigi-Roma).
14	»	»	L'Emo Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore del Terz'Ordine Regolare di S. Francesco.*

Vescovo Assistente al Soglio Pontificio:

6	*Aprile*	***1931.***	Monsig. Giuseppe Skvireckas, arcivescovo di Kaunas.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

9	*Dicembre*	***1930.***	Monsig. Giuseppe Fernandez, dell'archidiocesi di Calcutta.
6	*Marzo*	»	Monsig. Moisé Cagnac, della diocesi di Bourges.
9	»	»	Monsig. Carmelo Scarpa, della diocesi di Capaccio Vallo.
12	»	»	Monsig. Tommaso Aragiusto, della diocesi di Tricarico.
20	»	»	Monsig. Emilio Cesbron, della diocesi di Lavai.
25	»	»	Monsig. Stefano Schultz, della diocesi di Warmia.
1	*Aprile*	»	Monsig. Armando Olichou, dell'archidiocesi di Parigi.
18	»	»	Monsig. Fileas Stanislao Garand, della diocesi di Ogdensburg.

Prelati Domestici di S. S.:

15	*Gennaio*	***1931.***	Monsig. Luigi Malha, del Patriarcato Maronita di Antiochia.
17	»	»	Monsig. Teodoro Innitzer, dell'archidiocesi di Vienna.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Lehner, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Giovanni Thullner, della medesima archidiocesi.
2	*Marzo*	»	Monsig. Cesare Carbone, dell'archidiocesi di Benevento.
7	»	»	Monsig. Luigi Zelliger, dell'amministrazione apostolica di Tirnavia.
10	»	»	Monsig. Tommaso Ruzicka, della diocesi di Nitria.
13	»	»	Monsig. Mario Zanin, della diocesi di Belluno e Feltre.
14	»	»	Monsig. Michelangelo D'Amico, della diocesi di Acireale.

16 Gennaio 1931. Monsig. Luigi Alfonso Verhagen, della diocesi di Spokane.
» » » Monsig. Erminio Vigano, della diocesi di Novara (Roma).
20 » » Monsig. Leone Accary, della diocesi di Lavai.
23 » » Monsig. Maurizio Ruzicka, dell'archidiocesi di Olomouc.
» » » Monsig. Carlo Lorenz, della medesima archidiocesi.
28 » » Monsig. Luigi Campa (Roma).
8 Aprile » Monsig. Michele Curran, dell'archidiocesi di Dublino (Roma).
13 » » Monsig. Federico Fioretti (Roma).
18 » » Monsig. Riccardo F. Pierce, della diocesi di Ogdensburg.
» » » Monsig. Cornelio Crowley, della medesima diocesi.
» > » Monsig. Giacomo J. Lacey, della medesima diocesi.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Placca dell'Ordine Piano:

6 Marzo 1931. Al sig. conte Ferdinando Leonzio de Montenon, dell'archidiocesi di Parigi.
12 » » Al sig. marchese Ignazio Honorati, Esente della Guardia Nobile Pontificia.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

12 Marzo 1931. Al sig. conte Giovanni Franchi dei Cavalieri, della diocesi di Veroli.

La Gran Croce delVOrdine di S. Gregorio Magno, classe civile:

1 Aprile 1931. Al sig. Carlo Huszar, dell'archidiocesi di Strigonia.
8 » » Al sig. Nicola Petresco Commene (Romania).

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

17 Gennaio 1931. Al sig. comm. Giovanni Tommaso Wancura, dell'archidiocesi di Vienna.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

16 Marzo 1931. Al sig. comm. Attilio Profumo (Roma).
17 » » Al sig. Emidio Ciarrocca (Italia).
16 Aprile » Al sig. duca Napoleone Lodovico de Montmorency, conte di Talleyrand-Périgord, dell'archidiocesi di Parigi.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

8 Aprile 1931. Al sig. col. Giovanni Stoicescu (Romania).
» » » Al sig. col. David Popescu (Romania).

La Commenda delV Ordirne di S. Gregorio Magno, classe civile:

14	*Maggio*	*1930.*	Al sig. Tito Schipa, della diocesi di Lecce.
13	*Novembre*	»	Al sig. Giorgio H. Paskert, della diocesi di Cleveland.
14	*Febbraio*	*1931.*	Al sig. Emilio Tiberghien Breuvard, della diocesi di Lilla.
26	»	»	Al sig. ing. Antonio Tarari, della diocesi di Nardo.
12	*Marzo*	»	Al sig. cav. Pietro Ceriana, della diocesi di Casale.
»	»	»	Al sig. Augusto Zucconi (Roma).
24	»	»	Al sig. principe Alfonso De Paar, della diocesi di Budweis.
28	»	»	Al sig. avv. Cristoforo Astorri (Roma).
»	»	»	Al sig. avv. Agostino Schmid (Roma).
»	»	»	Al sig. prof. Romeo Bardelli, dell'archidiocesi di Milano.
»	»	»	Al sig. Stefano Zsembery, dell'archidiocesi di Strigonia.
9	*Aprile*	»	Al sig. Giovanni Brosu (Romania).
16	»	»	Al sig. conte Maurizio Gustavo Allard du Chollet, dell'archidiocesi di Parigi.
20	»	»	Al sig. prof. arch. Guido Cirilli (Italia).
»	»	»	Al sig. avv. Francesco Catalini, della diocesi di Recanati e Loreto.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25	*Febbraio*	*1929.*	Al sig. Attilio Descalzi, del vicariato apostolico di Napo.
U	*Ottobre*	*1930.*	Al sig. dott. Giuseppe Jedlovski, della diocesi di Cattaro.
23	*Febbraio*	*1931.*	Al sig. avv. Diego Vitrioli, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.
2	*Marzo*	»	Al sig. Ferdinando Di Blasi, della diocesi di Caltagirone.
»	»	»	Al sig. dott. Corrado Campanelli, della diocesi di Iesi.
6	»	»	Al sig. Erberto Samuele Dean, dell'archidiocesi di Westminster.
»	»	»	Al sig. dott. Giovanni Rabino, della diocesi di Alba.
25	»	»	Al sig. Giuseppe Possoz, dell'archidiocesi di Malines.
26	»	»	Al sig. conte Ludovico de Boisgelin, della diocesi di Arras.
27	»	»	Al sig. Massimiliano Schmidt, della diocesi di Munster.
»	»	»	Al sig. Narciso Cloutier, dell'archidiocesi di Quebec.
28	»	»	Al sig. Martino Fekete, dell'archidiocesi di Strigonia.
»	»	»	Al sig. Nicola Esty, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al sig. Francesco Rajniss, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al sig. Colomanno Vesselenyi, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al sig. avv. Emilio Mandorff, della medesima archidiocesi.
30	»	»	Al sig. Giovanni Mori (Roma).
31	»	»	Al sig. ing. Michele Sbriziolo, dell'archidiocesi di Trento.
»	»	»	Al sig. ing. Gualtiero Adami, dell'archidiocesi di Trento.

14 Aprile 1931. Al sig. Dragos Dragutinovié (Iugoslavia).
15 » » Al sig. Ivan Gourd, dell'archidiocesi di Lione.
20 » » Al sig. Pasquale Delahaye, dell'archidiocesi di Malines.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

22 Aprile 1931. Al sig. col. Andrea Daras, della diocesi di Angoulême.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

2 Marzo 1931. Al sig. Giovanni Servent y Vest (Spagna).
27 » » Al sig. conte Fortunato D'Andigné, dell'archidiocesi di Parigi.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

3 Marzo 1931. Al sig. Enrico Cortazzo (Roma).
6 » » Al sig. Ettore Verhaeghe, dell'archidiocesi di Malines.
11 » » Al sig. Giuseppe Reano, della diocesi di Ivrea.
11 Aprile » Al sig. Traiano Hodos (Romania).
15 » » Al Sig. arch. Giuseppe Rossi, della diocesi di Macerata.
20 » » Al n. u. sig. Cesare Sertori, della diocesi di Recanati e Loreto.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

16 Febbraio 1931. Al sig. Filiberto Ciardi (Roma).
3 Marzo » Al sig. Luigi Goglio, dell'archidiocesi di Milano.
6 » » Al sig. Gioacchino Prada, dell'archidiocesi di Trento.
9 » » Al sig. dott. Ottone Abel, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
» » » Al sig. prof. Andrea Sclrwerd, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giuseppe Meder, della medesima archidiocesi.
16 » » Al sig. Giuseppe Damez, dell'archidiocesi di Cambrai.
17 » » Al sig. dott. Ernesto Guerrieri (Italia).
» » » Al Sig. Luigi Caradonna De Pascale,- dell'archidiocesi di Bari.
18 » » Al sig. dott. Carlo Nigra (Italia).
» » » Al sig. dott. Gaetano Salmeri (Italia).
23 » » Al sig. Stellano Schiara, della diocesi di Ventimigìia.
» » » Al sig. dott. Giuseppe Pumo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Enrico Honorât, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Prospero Giovanni Nogu.es (Francia).
» » » Al sig. Giuseppe Brunetti (Italia).
25 » » Al sig. Augusto Stazi (Roma).

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

4 Settembre 1930. Monsig. Ignazio Swirski, dell'archidiocesi di Mohilew.
» » » Monsig. Venceslao Falkowski, della medesima archidiocesi.
18 ***Dicembre*** » Monsig. Carlo Breuer, della diocesi di Berlino.
> » » Monsig. Giuseppe Rennoch, della medesima diocesi.
>• » » Monsig. Massimiliano Beyer, della medesima diocesi.
5 Marzo 1931. Monsig. Giuseppe Monti (Roma).
» » » Monsig. Giuseppe Graneris (Roma).
» » »• Monsig. Sebastiano Pennisi, della diocesi di Acireale.
19 » » Monsig. Francesco Jedlicka, della diocesi di Budejovice.
>• » » Monsig. Francesco Benda, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Cais, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Iserle, della medesima diocesi.
»• » » Monsig. Giuseppe Adrian, della diocesi di Fulda.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

5 Febbraio 1931. Il Sig. Francesco Moretus de Bouchout, dell'archidiocesi di Malines.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

4 Settembre 1930. Monsig. Luciano Chwiecko, dell'archidiocesi di Mohilew.
2 Marzo 1931. Monsig. Emilio Juga (Roma).
5 » » Monsig. Giacomo Roverio, della diocesi di Ventimiglia.
» » » Monsig. Demetrio Moscato, dell'archid. di Reggio Calabria.
» » » Monsig. Rodolfo Schöfbeck, dell'archidiocesi di Vienna.
» » » Monsig. Carlo Frisch, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Merinsky, della medesima archidiocesi.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S. :

5 Marzo 1931. Il Sig. Agostino Garcia Die, della diocesi di Barcellona.

NECROLOGIO

10 Ottobre 1930. Monsig. Giovanni Nepomuceno Sedlák, Vesc. tit. di Tacape.
2 Aprile 1931. Monsig. Carlo Gibier, Vescovo di Versailles.
7 » » Monsig. Giuseppe Shiel, Vescovo di Rockampton.
» » » Monsig. Emilio Cottafavi/Vesc. di Tarquinia e Civitavecchia.
19 » » Monsig. Comptone Galton, Vescovo tit. di Petinesso.
11 » » Monsig. Felice Perroy, vescovo tit. di Medea.
15 » » Monsig. Patrizio Vincenzo Dwyer, Vescovo di Maitland.

Annus XXIII - Yol. XXlií 1 Iunii 1931 Num. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

acta pu pp. xi

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES ITEMQUE AD CHRISTIFIDELES CATHOLICI ORBIS UNIVERSOS." DE ORDINE SOCIALI INSTAURANDO ET AD EVANGELICAE LEGIS NORMAM PERFICIENDO, IN ANNUM XL POST EDITAS LEONIS XIII LITTERAS ENCYCLICAS « RERUM NOVARUM ».

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES, DILECTE FILI

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Quadragesimo anno expleto, ex quo fel. rec. Leonis XIII egregiae Litterae *Rerum novarum* prodiere, universus orbis catholicus grata recordatione perfunditur, easque digna celebratione commemorandas suscipit. **«Rerum Novarum»,**

Et sane, quamquam insigni illi pastoralis sollicitudinis documento viam quodammodo straverant eiusdem Decessoris Nostri Litterae sive de societatis humanae principio, quod est familia et venerandum matrimonii Sacramentum,[1] sive de origine civilis potestatis[2] eiusque- ordinata cum Ecclesia colligatione,[3] sive de praecipuis civium christianorum officiis, [4] sive adversus « socia-

[1] Litt. Encycl. *Arcanum, à.* 10 Febr. 1880.

[2] Litt. Encycl. *Diuturnum,* d. 29, Iunii 1881.

[3] Litt. Encycl. *Immortale Dei,* d. 1 Nov. 1885.

[4] Litt. Encycl. *Sapientiae christianae,* d. 10 Ian. 1890.

listarum » placita[1] et pravam de humana libertate doctrinam[2] aliaeque id genus, quae Leonis XIII mentem abunde expresserant, Encyclicae tamen Litterae ***Berum novarum*** hoc peculiare habuerunt prae ceteris, quod universo humano generi ad arduam de humana consortione causam, quam « socialem quaestionem » appellant, rite solvendam tutissimas statuerunt normas cum maxime id opportunum atque adeo necessarium erat.

Nam saeculo undevicesimo ad exitum properante, novum rei oeconomicae obortum genus novaque industriae incrementa in plerisque nationibus eo devenerant, ut hominum communitas magis magisque in duas classes dispertita appareret: quarum altera quidem numero exigua, vix non omnibus fruebatur commodis a modernis inventis tam copiose allatis ; altera vero, ingentem complectens opificum multitudinem, calamitosa egestate pressa, frustra ex angustiis, in quibus versabatur, excedere contendebat.

Rerum condicionem facile profecto ferebant ii, qui, divitiis abundantes, eam necessariis oeconomiae legibus inductam putabant, ideoque totam de miseris sublevandis curam uni caritati demandatam volebant, perinde quasi caritas iustitiae violationem a legumlatoribus non modo toleratam, sed interdum sancitam, tegere debuisset. Contra duriore fortuna conflictati aegerrime id tolerabant durissimoque iugo diutius colla supponere detrectabant opifices, quorum alii, maiorum consiliorum aestu abrepti, omnium rerum perturbationem appetebant, alii, quos christiana institutio a pravis huiusmodi conatibus absterrere^ in ea tamen sententia perstabant, plurima hac in re prorsus et quam cito esse reformanda. •

Nec aliter sentiebant complures illi catholici viri, sive sacerdotes sive laici, quos miranda sane caritas ad immeritam proletariorum inopiam sublevandam iam diu concitaverat, quique sibi persuadere nullatenus poterant tam ingens tamque iniquum in temporalium bonorum distributione discrimen cum Sapientissimi Creatoris consiliis revera congruere.

[1] **Litt. Encycl. *Quod apostolici muneris,* d. 28 Dec. 1878.**

[2] **Litt. Encycl. *Libertas,* d. 20 Iunii 1888.**

Profecto ad lugendam hanc rerum publicarum deordinationem praesens hi remedium, firmumque contra peiora pericula munimen sincere quaerebant; sed, quae est humanarum mentium vel optimarum imbecillitas, hinc ut perniciosi novatores repulsi, illinc ab ipsis boni operis sociis aliorum consiliorum fautoribus impediti, inter varias opiniones incerti, quo se verterent ancipites haerebant.

In tanta igitur animorum conflictione, cum ultro citroque, nec semper pacifice exerceretur lis, ut saepe alias, omnium oculi ad Petri Cathedram adiiciebantur, ad sacrum hoc totius veritatis depositum, unde verba salutis in universum orbem effunduntur; atque ad pedes Christi in terris Vicarii insueta quadam frequentia confluentes, et rerum socialium periti, et operum conductores, et opifices ipsi, uno ore efflagitabant ut tandem sibi tutum indicaretur iter.

Diu haec omnia secum coram Deo perpendit prudentissimus Pontifex, peritissimus quosque in consilium accivit, rerum momenta hinc inde attente pensitavit ; ac tandem, « Apostolici muneris conscientia » monente,[1] ne officium taciturnitate neglexisse videretur,[2] universam Christi Ecclesiam atque adeo humanum genus universum pro divino magisterio sibi credito alioqui statuit.

Intonuit ergo die xv Maii anni **mdcccxci vox** illa diu expetita, eaque neque rei difficuítate deterrita neque senio debilitata, sed experrecta virtute humanam familiam novas in re sociali docuit aggredi vias.

Nostis, Venerabiles Fratres dilectique Filii, et optime calletis mirabilem doctrinam, quae Litteras Encyclicas ***Rerum novarum*** ad temporum memoriam insignes fecit. In his optimus Pastor, tam magnam hominum partem dolens « in misera calamitosaque fortuna indigne versari, opificum causam, quos inhumanitati dominorum effrenataeque competitorum cupiditati solitarios atque indefensos tempus tradiderat »,[3] magno animo per se ipse tuendam suscepit, nihil auxilii petens neque a **summa capita,**

[1] **Litt. Encycl. *Berum novarum,* d. 15 Maii 1891, n. 1.**

[2] **Cfr. Litt. Encycl. *Berum novarum,* n. 13.**

[3] **Litt. Encycl. *Berum novarum,* n. 2.**

liberalismo neque a socialismo, quorum alter ad causam socialem legitime dirimendam prorsus impotentem sese probaverat, alter remedium proponens, quod malum ipsum longe superaret, humanam societatem in peiora pericula coniecisset.

Pontifex vero, iure suo plane usus atque probe tenens religionis custodiam dispensationemque earum rerum, quae cum illa arcto vinculo sociantur, sibi potissimum commissas fuisse, cum causa ageretur, « cuius exitus probabilis quidem nullus, nisi ad vocata religione Ecclesiaque », reperir etur, [1] immutabilibus principiis ex rectae rationis ac divinae revelationis thesauro depromptis tantum innixus, « iura et officia, quibus locupletem et proletarios, eos qui rem et eos qui operam conferant, inter se oportet contineri » , [2] atque etiam quid Ecclesia, quid rei publicae principes, quid ii ipsi quorum interest praestare debeant, confidenter et « sicut potestatem habens » [3] indicavit atque proclamavit.

Nec frustra intonuit Apostolica vox; quin immo, stupentes eam audivere, maximoque prosecuti sunt favore non modo oboedientes Ecclesiae filii, sed etiam complures a veritate aut ab unitate fidei longe aberrantes, et vix non omnes quotquot de re sociali et oeconomica sive privato studio sive legibus ferendis solliciti deinceps fuere.

Sed maxime laetabundi Litteras illas exceperunt christiani opifices, qui se a suprema in terris Auctoritate vindicatos et defensos senserunt, iique omnes generosi viri qui, de opificum levanda condicione iam diu solliciti, nihil fere adhuc invenerant nisi multorum incuriam atque adeo odiosas plurium suspiciones sin minus apertas hostilitates. Iure igitur hi omnes Apostolicas Litteras tantis^ deinceps honoribus semper honestarunt, ut passim soleant varia pro variis locis grati animi significatione illarum memoriam quotannis recolere.

In tanto animorum concentu non defuerunt tamen qui nonnihil commoverentur; quo factum est, ut tam nobilis et alta

[1] Cfr. Litt. Encycl. *Berum novarum,* n. 13.

[2] Litt. Encycl. *Berum novarum,* n. 1.

[3] MATTH., VII, 29.

Leonis XIII doctrina mundanis auribus prorsus nova, a quibusdam vel inter catholicos in suspicionem vocaretur, quosdam vero etiam offenderet. Per eam enim liberalismi idola audacter impetita evertebantur, inveterata praeiudicia nihili fiebant, tempora praeter spem praevertebantur, ita ut et tardi corde novam hanc philosophiam socialem ediscere aspernarentur, et animo pavidi fastigium illud ascendere pertimescerent. Fuerunt etiam qui hanc lucem quidem admirarentur, sed fictam quandam perfectionis speciem optandam magis quam expectandam reputarent.

Opportunum ergo ducimus, Venerabiles Fratres et dilecti Filii, dum sollemnis commemoratio quadragesimi anniversarii Litterarum ***Berum novarum*** tanto animi fervore ab omnibus ubique, maxime vero ab opificibus catholicis undique in hanc Almam Urbem confitentibus, celebratur, hac uti occasione ut, quae magna ex iis in Ecclesiam catholicam atque adeo in humanam societatem universam redundarunt bona recolamus; tanti Magistri doctrinam de re sociali et oeconomica, a dubitationibus quibusdam vindicatam, enucleatius quoad quaedam capita evolvamus; denique oeconomia hodierna in iudicium vocata et socialismi cognita causa, radicem praesentis socialis turbationis detegamus simulque unam salutiferae instaurationis viam ostendamus, christianam nempe morum reformationem. Haec omnia, quae tractanda suscipimus, tria constituent capita, in quibus exponendis praesentes hae Litterae totae versabuntur.

I

Atque, ut ab eo initium capiamus, quod primo loco dicendum proposuimus, temperare Nobis non possumus quin, monitum secuti S. Ambrosii dicentis: « Nullum referenda gratia maius esse officium »,[1] amplissimas Deo O. M. referamus grates ob ingentia quae ex Leonianis Litteris Ecclesiae et societati humanae beneficia obvenerunt. Quae quidem beneficia si vel cursim commemorare velimus, vix non solida horum qua-

[1] **S. AMBROS.,** ***De esccessu fratris sui Saturi,*** **lib. I, 44.**

draginta annorum historia, ad rem socialem quod attinet, esset in memoriam revocanda. Ea tamen ad tria potissimum capita commode redigi possunt, secundum tria auxiliorum genera, quae Decessor Noster ad magnum suum instaurationis opus perficiendum exoptabat.

Et primum quidem, quid ab Ecclesia expectandum esset ipse Leo luculenter edixerat: « Videlicet Ecclesia est, quae promit ex Evangelio doctrinas quarum virtute aut plane componi certamen potest, aut certe fieri, detracta asperitate, mollius; eademque est, quae non instruere mentem tantummodo, sed regere vitam et mores singulorum praeceptis suis contendit; quae statum ipsum proletariorum ad meliora promovet pluribus utilissime institutis».[1]

Iamvero pretiosos hos latices Ecclesia inertes in sinu suo haerere nullatenus est passa, sed ad commune exoptatae pacis bonum copiose inde hausit. Quam enim doctrinam de re sociali et oeconomica Litterae ***Rerum novarum*** tradiderànt, eam ipse Leo XIII eiusque Successores iterum iterumque qua voce qua scriptis proclamare et urgere ac rerum temporumque rationibus convenienter aptare pro re nata non destiterunt, paternam semper prae se ferentes caritatem et pastoralem constantiam, in pauperum maxime ac debilium defensione;[2] nec aliter se gesserunt tot Sacrorum Antistites, qui eandem doctrinam assidue ac scite interpretati, commentationibus illustrarunt atque ad diversarum regionum condiciones secundum Sanctae Sedis mentem et institutiones accommodandam curarunt.[3]

Nil igitur mirum quod, Ecclesia duce et magistra, complu-

[1] Litt. Encycl. *Berum novarum,* n. 13.

[2] Satis sit aliqua tantum eorum indicare: LEO XIII, Litt. Apóstol. *Praeclara,* d. 20 Iunii 1894; Litt. Encycl. *Graves de communi,* d. 18 Ian. 1901. — Pius X, Motu proprio De *Actione populari christiana,* d. 8 Dec. 1903. — BENEDICTUS XV, Litt. Encycl. *Ad beatissimi,* d. 1 Nov. 1914. — Pius XI, Litt. Encycl. *Ubi arcano,* d. 23 Dec. 1922; Litt. Encycl. *Rite expiatis,* d. 30 Apr. 1926.

[8] Cfr. *La Hierarchie catholique et le Problème social depuis l'Encyclique « Berum novarum» -1891-1931,* pp. xvi-335; edidit «Union internationale d'Etudes Sociales fondée à Malines, en 1920, sous la présidence du Card. Mercier.» - Paris, éditions «Spes», 1931.

res docti viri, sive ecclesiastici sive laici, socialem et oeconomicam disciplinam secundum nostrae aetatis rationes evolvendam sint naviter aggressi, eo studio praecipue ducti, ut immutata prorsus atque immutabilis Ecclesiae doctrina novis necessitatibus efficacius occurreret.

Atque ita, Leonianis illis Litteris viam demonstrantibus et lumen afferentibus, vera quaedam disciplina socialis catholica exorta est, quam cotidie impigra opera fovent ac ditant lecti illi viri, quos Ecclesiae adiutores appellavimus. Qui quidem non in eruditis umbraculis delitescere sinunt, sed in solem atque pulverem eam producunt, quemadmodum scholae apprime utiles atque celebratae, in Catholicis Universitatibus, Academiis, Seminariis institutae ; sociales conventus, seu « hebdomadae », saepius habiti laetisque cumulati fructibus, studiorum excitata coenacula ; opportuna denique et sana scripta quaquaversus et quacumque ratione vulgata, luculenter ostendunt.

Neque his tantum limitibus utilitas circumscribitur, quae ex Leoniano documento promanavit; siquidem doctrina Litteris ***Berum novarum*** tradita sensim sine sensu in eos quoque irrepsit, qui catholicae unitatis exsortes, Ecclesiae potestatem non agnoscunt; quo factum, ut catholica de re sociali principia paulatim in totius humanae societatis patrimonium transierint, aeternasque veritates quas ei. mem. Decessor Noster tam alte proclamarat, non modo in acatholicis quoque ephemeridibus et libris, verum etiam in legumlatorum curiis aut tribunalium rostris crebro adductas atque vindicatas gratulemur.

Quid vero, quod post immane bellum potiorum nationum rectores pacem, renovatis ex Integro socialibus condicionibus, redintegrantes, inter statutas normas quae opificum laborem ad ius et aequum moderarentur, plurima sanxerunt quae cum Leonianis principiis et monitis tam mirifice congruunt, ut ex iis data opera deducta videantur ***ì*** Litterae nimirum ***Berum novarum*** documentum exstiterunt memorandum, in easque iure converti possunt verba Isaiae : « Levabit signum in nationes ! »[1]

[1] is., xi, *n.*

Interea, dum scientificis investigationibus praeeuntibus, late in hominum mentes Leoniana praecepta diffunduntur, ad eorundem usum ventum est. Atque in primis actuosa cum benevolentia sedulae curae collatae sunt ad eorum hominum classem erigendam, quae ob recentiora artium incrementa in immensum quidem aucta, aequum in humana consortione locum seu gradum nondum obtinuerat, proptereaque neglecta paene et despecta iacebat : opifices dicimus, quibus excolendis impigram statim ex utroque clero sacerdotes, quamvis aliis pastoralibus curis distentí, Episcopis praeeuntibus, manum admoverunt magno cum illarum animarum fructu. Qui quidem constans labor in opificum animos christiano spiritu imbuendos susceptus, plurimum quoque iuvit, ad eos de sua vera dignitate conscios efficiendos habilesque reddendos, qui iuribus et officiis suae classis clare propositis, legitime et prospere progrederentur atque adeo reliquorum duces fierent.

Exinde uberiora vitae adiumenta tutius sunt comparata ; nam non modo beneficentiae et caritatis opera, secundum Pontificis hortationes, multiplicari sunt coepta; sed praeterea ubique novae quoque et copiosiores in dies institutae consociationes, quibus Ecclesiae consilio ac plerumque Sacerdotum ductu, opifices, artifices, agricolae, mercenarii denique cuiusque generis mutuum auxilium mutuamque opem et praestant simul et accipiunt.

Ad civilem vero potestatem quod attinet, Leo XIII, fines a liberalismo impositos audacter transiliens, intrepide docet eam non meram esse habendam iurium rectique ordinis custodem, sed potius omni ope ei enitendum esse, ut « tota ratione legum atque institutorum,... ex ipsa conformatione atque institutione rei publicae ultro prosperitas tam communitatis quam privatorum efflorescat ».[1] Singulis sane cum civibus tum familiis iustam agendi libertatem permittendam; id tamen servato bono communi et remota cuiusquam iniuria. Rei publicae autem moderatorum esse communitatem eiusque partes tueri ; sed in ipsis

[1] **Litt. Encycl. *Rerum novarum,* n. 26.**

protegeríais privatorum iuribus, praecipue infirmorum atque inopum rationem esse habendam. « Siquidem natio divitum, suis saepta praesidiis, minus eget tutela publica; miserum vulgus, nullis opibus suis tutum, in patrocinio reipublicae maxime innititur. Quocirca mercenarios, cum in multitudine egena numerentur, debet cura providentiaque singulari complecti respublica ».[1]

Non equidem negamus quosdam populorum moderatores iam ante Leonianas Litteras urgentioribus quibusdam opificum necessitatibus consuluisse atrocioresque iniurias contra eos illatas repressisse. Postquam vero a Petri Cathedra vox Apostolica in orbem universum personuit, gentium moderatores, tandem muneris plenius conscii, ad uberiorem politicam socialem promovendam animum cogitationemque adiecerunt.

Reapse Encyclicae Litterae ***Rerum novarum,*** labantibus liberalismi placitis, quae iam diu efficacem gubernantium operam impediebant, populos ipsos ad politicam quandam socialem verius impensiusque fovendam impulerunt, et optimos quosque catholicos viros ad utilem reipublicae rectoribus operam hac in re praestandam tantopere concitarunt, ut crebro novae huius politicae etiam in publicorum legatorum coetibus perillustres fautores exstiterint; quin et ipsae recens conditae sociales leges haud raro a sacris Ecclesiae ministris Leoniana doctrina penitus imbutis popularium oratorum suffragiis propositae sunt earumque exsecutio vehementer exacta ac promota.

Ex hoc autem continenti atque indefesso labore nova iuris disciplinae sectio superiori aetati prorsus ignota orta est, quae sacra opificum iura ab hominis christianique dignitate profluentia fortiter tuetur: animam, sanitatem, vires, familiam, domos, officinas, mercedem, laboris pericula, omnia demum quae ad mercenariorum condicionem pertinent, hae leges protegenda suscipiunt, maxime quod ad mulieres puerosque attinet. Quod si huiusmodi statuta cum Leonianis monitis non ubique nec in omnibus examussim conveniunt, negari tamen nequit in iis multa depre-

[1] **Litt. Encycl. *Berum novarum,* n. 29.**

hendi quae Litteras ***Berum novarum*** redolent, quibus plurimum est referendum si opificum condicio in melius fuit mutata.

Postremo providentissimus Pontifex ostendit dominos ipsosque opifices multa hac in causa posse, « iis videlicet institutis, quorum ope et opportune subveniatur indigentibus, et ordo alter propius accedat ad alterum » .[1] Principem vero locum inter haec instituta tribuendum affirmat sodalitiis, quae sive solos opifices sive opifices simul et heros complecterentur; in quibus illustrandis et commendandis multus est, eorum natura, causa, opportunitate, iuribus, officiis, legibus mira prorsus sapientia declaratis.

Quae quidem documenta opportune prorsus edita sunt: ea quippe tempestate in nonnullis nationibus qui rei publicae gubernacula tractabant, liberalismo plane addicti, sodalitiis huiusmodi operariorum parum favebant, immo aperte adversabantur ; similesque aliarum hominum classium consociationes ultro agnoscentes patrocinioque sospitantes, nefaria iniuria nativum in societatem coeundi ius iis denegabant, quibus maxime opus erat, ut a potentiorum vexationibus sese defenderent ; neque inter ipsos catholicos deerant, qui operariorum conatus ad huiusmodi sodalitia ineunda obliquis oculis aspicerent, ac si quendam socialisticum aut seditiosum spiritum saperent.

Maxima igitur commendatione normae a Leone XIII pro sua auctoritate traditae dignae habentur, quae has oppositiones infringere et suspiciones disiicere potuerint; sed praestantiores quoque sunt factae, quod christianos opifices ad mutuas secundum varia artium genera consociationes instituendas hortatae sunt modumque id praestandi eos docuerunt, eorumque bene multos in officii via valde confirmarunt, quos socialistarum consociationes, seipsas ut unicum humilium ac oppressorum praesidium et vindices venditantes, vehementer alliciebant.

Peropportune autem declarabant Encyclicae Litterae ***Berum novarum*** in condendis hisce consociationibus « ita constitui itaque gubernari opificum collegia oportere, ut instrumenta

[1] **Litt. Encycl. *Berum novarum*, n. 36.**

suppeditent aptissima maximeque expedita ad id, quod est propositum, quodque in eo consistit ut singuli e societate incrementum bonorum corporis, animi, rei familiaris, quoad potest, assequantur » ; perspicuum vero esse, « ad perfectionem pietatis et morum tanquam ad causam praecipuam spectari oportere: eaque potissimum causa disciplinam socialem penitus dirigendam ».[1] Etenim « socialium legum posito in religione fundamento, pronum est iter ad stabilienda sociorum rationes mutuas, ut convictus quietus ac res florentes consequantur » .[2]

His autem sodalitiis instituendis laudabili sane sedulitate sese devoverunt ubique cum clerus tum laici complures, integrum Leonis XIII propositum exsequi revera cupientes. Atque ita huiusmodi consociationes unxerunt opifices vere christianos, qui, diligens suae artis exercitium cum salutaribus religionis praeceptis amice sociantes, propria temporalia negotia ac iura efficaciter ac firmiter defenderent, servato debito iustitiae obsequio et sincero cum aliis societatis classibus collaborandi studio, ad christianam totius vitae socialis renovationem.

Quae Leonis XIII consilia ac monita alii aliter secundum varias locorum rationes ad effectum adduxerunt. Etenim in quibusdam regionibus una eademque consociatio omnes a Pontifice praestitutos fines persequendos suscepit; in aliis vero, rerum adiunctis id suadentibus vel postulantibus, ad quandam operae divisionem deventum est, distinctaeque sunt conditae consociationes, quarum aliae ad sodalium iura atque legitima commoda in operae mercatu defendenda incumberent, aliae mutuum in rebus oeconomicis adiutorium praestandum curarent, aliae denique religiosis ac moralibus officiis aliisque id genus muneribus adimplendis omnem operam conferrent suam.

Altera haec via ibi potissimum inita est, ubi sive patriae leges, sive certa quaedam oeconomica instituta, sive lugenda illa in hodierna societate tam late patens animorum et cordium dissensio atque urgens contra conferta novarum rerum moli-

[1] **Litt. Encycl.** ***Berum novarum,*** **n. 42.**

[2] **Litt. Encycl.** ***Berum novarum,*** **n. 43.**

torum agmina studiis viribusque coniunctis resistendi necessitas, impedimento erat, quominus catholici catholicos syndicatus condere possent. In ea enim rerum condicione vix non cogi videntur syndicatibus neutris se adscribere, qui tamen semper iustitiam et aequitatem profiteantur et sociis catholicis plenam suae conscientiae providendi atque Ecclesiae mandatis obtemperandi libertatem faciant. Episcoporum sane est, ubi has consociationes ex rerum adiunctis necessarias neque religioni periculosas noverint, approbare ut eis adhaereant catholici opifices, habitis tamen prae oculis principiis et cautionibus, quas sanctae memoriae Decessor Noster Pius X commendabat;[1] quarum quidem cautionum prima et praecipua haec est, ut simul cum illis syndicatibus semper adsint sodalitia, quae religionis ac morum disciplina socios imbuere et formare studiose satagant, ut hi deinde syndicales consortiones eo bono spiritu permeare valeant, quo in tota sua agendi ratione dirigi debent: quo fiet ut sodalitia haec etiam ultra suorum asseclarum ambitum fructus conferant optimos.

Itaque, Leonianis Litteris id acceptum referendum est, quod hae opificum consociationes ubique ita eifloruerint, ut iam nunc, quamquam socialistarum et communistarum sodalitiis adhuc — proh dolor — superantur numero, permagnam cogant opificum multitudinem, et valide possint tam intra cuiusque nationis fines quam in conventibus amplioribus iura et legitima catholicorum opificum postulata vindicare atque adeo salutifera christiana de societate principia urgere.

Accedit praeterea quod, quae de nativo sese consociandi iure Leo XIII tam scite disseruit ac valide propugnavit, ea ad alia quoque, eaque non tantum operariorum, sodalitia facile applicari coepta sunt; quare, iisdem Leonianis Litteris haud exigua ex parte tribuendum videtur, quod etiam inter agrícolas aliosque mediae condicionis homines tantopere florere et augeri in dies cernuntur utilissimae huiusmodi consociationes, aliaque id genus instituta, quibus cum oeconomico emolumento animorum cultus feliciter copulato.

[1] **Pius X, Litt. Encycl.** ***Singulari quadam,*** **d. 24 Sept. 1912.**

Quod si idem affirmari nequit de sodalitii», q[uae inter operam conductores et industriae rectores ab eodem Decessore Nostro vehementer instituenda exoptabantur, quaeque profecto sat pauca esse dolemus, id non penitus hominum voluntati tribuendum est, sed difficultatibus longe gravioribus quae huiusmodi sodalitiis obsistunt, quasque Nos optime scimus et debita ratione pensamus. Firma autem affulget spes brevi fore ut haec quoque impedimenta dirimantur, atque intimo animi Nostri gaudio iam nunc salutamus quaedam nec inania hac in re tentamina, quorum uberes fructus uberiores in futurum colligendos promittunt.[1] **sodalitia herorum.**

conclusio: *R. N. Magna* **socialis ordinis** ***charta.***

Haec autem omnia, Venerabiles Fratres dilectique Filii, Leonianarum Litterarum beneficia, quae delibando potius quam describendo commemoravimus, tot tantaque sunt, ut plane ostendant immortali illo documento non commenticiam utut pulcherrimam humanae societatis speciem exhiberi; at potius Decessorem Nostrum ex Evangelio, ideoque ex fonte semper vivo et vitali, hausisse doctrinas, quae exitiale illud et intestinum humanam familiam dilacerans certamen, sin minus statim componere, valde tameu mitigare queat. Huius vero boni seminis, ante quadraginta annos tam copiose sati, partem in terram bonam cecidisse laetae testantur fruges, quae Christi Ecclesia atque humanum genus universum, Deo favente, inde collegit ad salutem. Nec temere dici potest Leonianas Litteras, longinqui temporis usu, *Magnani Chartam* sese probasse, in qua tota christiana in re sociali activitas tanquam fundamento nitatur oporteat. Qui autem easdem Pontificias Litteras earumque commemorationem parvipendere videntur, ii vel quod ignorant blasphémant, vel de iis, quae utcumque norunt, nihil intellegunt, vel, si intellegunt, iniuriae et ingratitudinis sollemniter redarguuntur.

Verum, cum, hoc eodem annorum fluxu, et dubia quaedam, de nonnullis Leonianarum Litterarum partibus recte interpretandis aut de consectariis inde deducendis prodierint, quae inter ipsos catholicos non semper quietis controversiis ansam dederunt; et ex altera parte novae nostrae aetatis necessitates mutataeque

[1] Cfr. Epist. Sacrae Congr. Concilii ad Episcopum Insulensem, 5 Iunii 1929.

rerum condiciones accuratiorem Leonianae doctrinae applicationem vel etiam additamenta quaedam necessaria reddiderint, opportunam perlibenter arripimus occasionem, bis dubiis hisque hodiernae aetatis postulationibus pro munere Nostro Apostolico, quo omnibus debitores sumus,[1] quantum in Nobis est, faciendi satis.

II

Sed ante quam ad haec explananda accedamus, illud praestituendum est, quod iampridem Leo XIII luculenter confirmavit, ius ofíiciumque Nobis inesse de rebus istis socialibus et oeconomicis suprema auctoritate iudicandi.[2] Profecto Ecclesiae non haec fuit demandata provincia, homines ad fluxam solum et caducam felicitatem dirigendi, sed ad aeternam; immo « terrenis hisce negotiis sine ratione se immiscere nefas putat Ecclesia » .[3] Ast renuntiare nullatenus potest muneri sibi a Deo concredito, **Ut** auctoritatem interponat suam non iis quidem, quae artis sunt, ad quae neque mediis aptis est instructa nec officio praedita ; sed in iis omnibus quae ad regulam morum referuntur. Quantum enim ad haec attinet, depositum veritatis Nobis a Deo commissum gravissimumque munus legis moralis universae divulgandae, interpretandae atque etiam opportune importune urgendae, supremo Nostro iudicio cum socialium ordinem rerum, tum res ipsas oeconomicas subiicit et subdit.

Nam, etsi oeconomica res et moralis disciplina in suo quaeque ambitu suis utuntur principiis, error tamen est oeconomicum ordinem et moralem ita dissitos ac inter se alienos dicere, ut ex hoc ille nulla ratione pendeat. Sane oeconomicae quae dicuntur leges, ex ipsis rerum naturis et humani corporis animique indole profectae, statuunt quidem quosnam fines hominis efficientia non possit, quosnam possit quibusque adhibitis mediis in campo

[1] **Cfr. *Rom.,* I, 14.**

[2] **Cfr. Litt. Encycl. *Rerum novarum,* n. 13.**

[3] **Litt. Encycl. *UM arcano,* d. 23 Dec. 1922.**

oeconomico persequi; ipsa vero ratio ex rerum et hominis individua socialique natura finem rei oeconomicae universae a Deo Creatore praescriptum aperte manifestat.

Una autem est lex moralis, qua iubemur, quemadmodum in omni nostra agendi ratione finem nostrum supremum et ultimum, ita in singulis quoque generibus eos fines recta quaerere, quos a natura seu potius ab auctore naturae Deo huic rerum agendarum ordini propositos esse intelligimus, ordinataque colligatione hos illi substernere. Cui legi si fideliter obtemperabimus, fiet ut peculiares fines, cum individuales tum sociales, in re oeconomica quaesiti, in universum finium ordinem apte inserantur nosque per eos, quasi per gradus, ascendentes finem omnium rerum ultimum assequantur, Deum scilicet, Sibi et nobis summum et inexhaustum bonum.

i.-De dominio seu iure proprietatis.

Iam ut ad singula descendamus, initium facimus a dominio
. . . . . ., .„ i. i « T v i "
seu iure proprietatis. Nostis, venerabiles Fratres duectique Filii, felicis recordationis Praedecessorem Nostrum contra socialistarum suae aetatis placita fortiter ius proprietatis défendisse, cum ostenderet privati dominii eversionem non in commodum sed in extremam opificum classis perniciem esse cessuram. Cum vero sint qui Summum Pontificem atque ipsam Ecclesiam, quasi locupletium partes contra proletarios egisset et adhuc agat, calumnientur, quo nihil sane est iniuriosius, dissideantque catholici inter se de vera germanaque Leonis sententia, visum est eam, id est catholicam de hac re doctrinam, et a calumniis vindicare et a falsis interpretationibus tueri.

indoles et mdividuaiis et socialis.

Primo igitur pro comperto et explorato habeatur neque
T • -n i • -i ' J ' ¡ i ¡ i
Leonem neque eos qui, Ecclesia duce et magistra, docuere theologos, negasse unquam vel in dubium vocasse duplicem dominii rationem, quam individualem vocant et socialem, prout singulos respicit vel ad bonum spectat commune; sed semper uno ore affirmasse a natura seu a Creatore ipso ius dominii privati hominibus esse tributum, cum ut sibi familiaeque singuli providere possint, tum ut, huius instituti ope, bona, quae Creator universae hominum familiae destinavit, huic fini vere inserviant, quae

omnia obtineri nullo modo possunt nisi certo et determinato ordine servato.

Itaque duplex in quem impingi potest scopulus naviter cavendus est. Nam, sicut ex negata vel extenuata iuris proprietatis indole sociali et publica, in « individualismum » quem dicunt ruitur aut ad eum acceditur; ita privata ac individuali eiusdem iuris indole repulsa vel attenuata, in « collectivismum » properetur vel saltem eiusdem placita attingantur necesse est. Nisi haec prae oculis habeantur, prono itinere in modernismi moralis, iuridici ac socialis syrtes abrumpendum est, quas Litteris initio Pontificatus Nostri datis [1] deuuntiavimus; idque potissimum noverint ii, qui novis rebus studentes, probrosis calumniis Ecclesiam criminari non verentur, quasi permiserit in theologorum doctrinam dominii conceptum ethnicum irrepere, cui alius sit prorsus sufficiendus, quem mira inscitia « christianum » appellant.

Ut autem controversiis, quae de dominio officiisque eidem inhaerentibus agitari coeperunt, certos limites ponamus, fundamenti instar praemittendum est, quod Leo XIII constituit, ius nempe proprietatis ab eius usu distingui.[2] Etenim possessionum divisionem sancte servare neque, proprii dominii limites excedendo, alienum ius invadere iustitia illa iubet, quae commutativa audit; dominos autem re sua non uti nisi honeste, non huius est iustitiae, sed aliarum virtutum, quarum officia « lege agendo petere ius non est », [3] Quare immerito pronuntiant quidam dominium honestumque eius usum iisdem contineri limitibus; multoque magis a veritate abhorret, ipso abusu vel nonusu ius proprietatis perimi aut amitti.

Quapropter, ut salutare et omni laude dignum opus agunt quicumque, salva " animorum concordia et doctrinae integritate, quam semper tradidit Ecclesia, intimam horum officiorum naturam atque limites definire conantur, quibus vel ipsum ius proprietatis vel usus seu exercitium dominiorum sint a socialis

[1] **Litt. Encycl.** ***Ubi wcano,*** **d. 23 Dec. 1922.**

[2] **Litt. Encycl.** ***Berum novarum,*** **n. 19.**

[8] **Cfr. Litt. Encycl.** ***Berum novarum,*** **n. 19.**

convictus necessitatibus circumscripta; sic contra falluntur et errant, qui indolem dominii individualem adeo extenuare contendunt, ut eam de facto destruant.

Re vera hominibus hac in re non solum sui proprii commodi, sed etiam communis boni esse rationem habendam, ex ipsa dominii quam diximus indole individuali simul et sociali deducitur. Officia vero haec singillatim definire, ubi id necessitas postulaverit neque ipsa lex naturalis praestiterit, eorum est qui rei publicae praesunt. Quapropter quid, considerata boni communis vera necessitate, eis qui possident liceat, quid illicitum sit in suorum bonorum usu, publica auctoritas, lege naturali et divina semper praelucente, sciscere potest accuratius. Immo vero Leo XIII sapienter docuerat « industriae hominum institutisque populorum esse a Deo permissam privatarum possessionum descriptionem ».[1] Etenim, ut cetera socialis vitae elementa, ita dominium non esse plane immobile historia teste comprobari, Nos ipsi aliquando hisce verbis declaravimus: « Quam diversas formas induit proprietas a primaeva illa, radium et agrestium gentium, quam etiam nostro tempore alicubi est cernere, ad possessionis formam aevi patriarchalis, atqua ita deinceps ad varias tyrannieas (quod vocabulum vi sua classica adhibemus), deinde per feudales, per monarchicas usque ad varias aetatis recentioris species ».[2] Reipublicae tamen suo munere pro arbitrio fungi non licere in aperto est. Semper enim ipsum naturale ius et possidendi privatim et hereditate transmittendi bona intactum inviolatumque maneat oportet, quippe quod respublica auferre nequeat; « est enim homo quam res publica senior »,[3] atque etiam « convictus domesticus et cogitatione et re prior quam civilis coniunctio ».[4] Unde iam sapientissimo Pontifex edixerat nefas esse reipublicae privatos census immanitate tributorum et veetigalium exhaurire. « Ius enim possidendi privatim bona cum non sit lege hominum

^ **Quid res publica possit.**

[1] **Litt. Encycl.** ***Berum novarum,*** **n. 7.**
[2] **Allocutio ad Conventum Act. Cath. per Italiam, d. 16 Maii 1926.**
[3] **Litt. Encycl.** ***Berum novarum,*** **n. 6.**
[4] **Litt. Encycl.** ***Berum novarum,*** **n. 10.**

sed natura datum, non ipsum abolere, sed tantummodo ipsius usum temperare et cum communi bono componere auctoritas publica potest».[1] Cum vero res publica dominia cum boni communis necessitatibus componit, non heris privatis inimicam sed amicam operam praestat; etenim hac ratione valide obstat, quominus privata bonorum possessio, quam ad vitae humanae subsidium providentissimus naturae Auctor decrevit, intolerabiiia gignat incommoda, atque ita in exitium ruat : neque possessiones privatas elidit, sed tuetur; privataque dominia non débilitât, sed roborat.

Neque omnimodo hominis arbitrio reditus eius liberi relinquuntur; ii scilicet quibus ad vitam convenienter atque decore sustentandam non eget: quin immo gravissimo divites teneri praecepto eleemosynae, beneficentiae, magnificentiae exercendae^ Sacra Scriptura Sanctique Ecclesiae Patres apertissimis verbis assidue denuntiant.

Largiores autem impendere proventus, ut quaestuosae operae commoditas abunde fiat, modo ea opera ad bona vere utilia comparanda insumatur, illustre ac temporum necessitatibus apprime aptum opus virtutis magnificentiae esse censendum, ex Angelici Doctoris principiis argumentando colligimus.[2]

Acquiri autem dominium primitus et occupatone rei nullius et industria seu specificatione quam vocant, cum omnium temporum traditio, tum Leonis Decessoris Nostri doctrina luculenter testantur. Neque enim ulla fit cuiquam iniuria^ quidquid in contrarium nonnulli effutiunt, cum res in medio posita, seu quae nullius sit, occupatur; industria vero quae ab homine proprio nomine exerceatur, cuiusque ope nova species aut augmentum rei accesserit, ea una est quae hos fructus laboran ti addicit.

Longe alia est ratio operae, quae aliis locata in re aliena exercetur. Cui quidem id maxime congruit, quod « verissimum » esse Leo XIII inquit, «non aliunde nisi ex opificum labore gigni divitias civitatum ».[3] Nonne enim oculis cernimus ingentia

[1] **Litt. Encycl.** ***Berum novarum,*** **n. 35.**

[2] **Cfr.** S. THOM., ***Summ. Theol,*** II-II, **q.** 134.

[3] **Litt. Encycl.** ***Berum novarum,*** **n. 27.**

illa bona, quibus hominum opes constant, procreari et prodire ex operariorum manibus, quae vel solae operantur, vel instrumentis sive machinis instructae efficientiam suam mirum in modum producunt. Immo vero nemo est qui ignoret nullum umquam populum ex inopia et egestate meliorem celsioremque fortunam attigisse, nisi ingenti collato labore omnium popularium - et eorum qui opera dirigunt et eorum qui iussa exsequuntur. Sed non minus patet summos illos conatus irritos futuros fuisse vanosque, immo vero ne tentari quidem potuisse, nisi Creator omnium Deus pro sua bonitate divitias et supellectilem naturalem, opes ac vires naturae, prius fuisset largitus. Quid enim aliud est operari quam animorum corporumque vires in his ipsis aut per haec ipsa adhibere vel exercere? Postulat autem lex naturae seu Dei voluntas per eam promulgata, ut rectus ordo servetur in naturali supellectili humanis usibus applicanda; hic autem ordo in eo stat, ut suum quaeque res habeat dominum. Hinc fit, ut nisi quis in re sua laborem exerceat, cum opera alterius tum res alterius consociari debeant: neutra enim sine altera quidquam efficit. Quod sane respexit Leo XIII scribens: « Non res sine opera nec sine re potest opera consistere ».[1] Quocirca falsum prorsus est sive uni rei sive uni operae quidquid ex earundem collata efficientia obtentum est, adscribere; iniustumque omnino, alterutrum, alterius efficacitate negata, quidquid effectum est sibi arrogare.

Diu profecto res seu « capitale » praeripere sibi nimium potuit. Quaecumque procreata erant, quicumque redibant fructus, capitale sibi vindicabat, vix operario relictis, quae viribus reficiendis atque recreandis sufficerent. Nam lege quadam oeconomica plane invincibili coacervationem omnem capitalis fortunatis cedere, eademque lege operarios perpetuae inopiae seu tenuissimae vitae addictos et obstrictos praedicabant. Verum quidem est cum eiusmodi placito liberalium, qui a Manchester vulgo dicuntur, actionem rerum non semper et ubique consensisse: negari tamen nequit ad id constanti conatu instituta oeconomico-socialia incli-

[1] **Litt. Encycl. *Berum novarum,* n. 15.**

nasse. Has falsas sententias, haec fallacia postulata vehementer impugnata fuisse, nec ab eis solum, qui per ea nativo iure melioris adipiscendae fortunae privabantur, profecto nemo mirabitur.

Ideo operariis lacessitis accessere, qui « intellectuales » appellati sunt, commentitiae legi morale principium aeque commentitium opponentes : quaecumque scilicet aut progignuntur aut redeunt, iis tantum demptis, quae capitali reficiendo et recreando sint satis, ea omnia iure ipso opificibus cedere. Qui error, quo fucatior quam socialistarum quorundam affirmantium quaecumque bonis conficiendis inserviunt, ea in rem publicam transferenda seu. ut aiunt, « socializanda » esse, eo periculosior est et ad incautos fallendos aptior : blàndum venenum, quod multi avide hausere, quos apertus socialismus decipere non potuerat.

Dubio procul, ne falsis hisce placitis aditum ad iustitiam et ad pacem sibi intercluderent, utrique praemoneri debuerunt Decessoris Nostri sapientissimis verbis: « utcumque inter privatos distributa, inservire omnium utilitati terra non cessat ».* Idem et Nos ipsi docuimus paulo ante, cum ediximus, ut eam utilitatem res creatae certo firmoque ordine parere possint hominibus, bonorum partitionem, quae per. dominia privata fiat, ab ipsa natura esse stabilitam. Id quod, ne a recto veritatis tramite aberretur, continenter prae oculis habeatur oportet.

Iam vero non omnis rerum opum ve distributio inter homines apta est, per quam finis a Deo intentus aut omnino aut ea qua par est perfectione obtineatur. Quamobrem divitiae, quae per incrementa oeconomico-socialia iugiter amplificantur, singulis personis et hominum classibus ita attribuantur oportet, ut salva sit illa, quam Leo XIII laudat communis omnium utilitas seu, aliis verbis, ut immune servetur societatis universae commune bonum. Hac iustitiae socialis lege, altera classis alteram ab emolumentorum participatione excludere vetatur. Non minus igitur illam violat locupletium classis, cum veluti curarum expers in suis fortunis aequum rerum ordinem illum putat, quo sibi

[1] **Litt. Encycl. *Berum novarum,* n. 7.**

totum, operario nihil obveniat; quam proletaria classis, cum propter laesam iustitiam vehementer incensa et in unum suum ius, cuius est conscia, male vindicandum nimis prona, omnia utpote suis manibus effecta sibi flagitat, ideoque dominium ac reditus seu proventus, qui labore non sint quaesiti, cuiuscumque generis ii sunt, aut cuiuscumque muneris in humano convictu vicem praestant, non aliam ob causam, nisi quia talia sunt, impugnat et abolere" contendit. Nec praetereundum est hac in re inepte aeque ac immerito a quibusdam Apostolum appellari dicentem: « Si quis non vult operari, nec manducet »;* sententiam enim Apostolus fert in eos, qui ab opere abstinent, etsi laborare possunt et debent, monetque, tempore ac viribus sive corporis sive animi sedulo utendum neque alios gravandos, cum ipsi nobis providere possimus. Laborem autem unicum esse titulum recipiendi victum aut proventus haudquaquam Apostolus docet.[2]

Sua igitur cuique pars bonorum attribuenda est: efficiendumque, ut ad boni communis seu socialis iustitiae normas revocetur et conformetur partitio bonorum creatorum, quam hodie ob ingens discrimen inter paucos praedivites et innumeros rerum inopes gravissimo laborare incommodo cordatus quisque novit.

Est autem hic ille, quem Decessor Noster necessario quaerendum finem edixit: redemptionem proletariorum. Idque ideo asserendum pressius et repetendum instantius, quod non raro tam salutaria Pontificis iussa oblivioni data fuerunt, sive quod de industria silentio premebantur, sive quia factu nefas putabantur, cum tamen fieri et possint et debeant. Neque, quia minus late grassetur « pauperismus » ille, quem Leo XIII tam horrendum conspiciebat, pro nostra hac aetate vim et sapientiam amisere suam. In melius sane restituta est atque aequior facta operariorum condicio, praesertim in cultioribus et amplioribus civitatibus, in quibus opifices iam non possunt omnes ad unum pro miseria afflictis et inopia vitae laborantibus haberi. Sed postquam artes mechanicae humanaeque industriae quam celerrime innu-

[1] *II Thess.*, III, 10.

[2] Cfr. *II Thess.*, III, 8-10.

meras regiones, cum novas quas vocamus terras, tum ab antiquo exculta Orientis remoti regna pervasere et occupavere, in immensum excrevit proletariorum inopum numerus, quorum gemitus clamant ad Deum de terra: hisque accedit ingens ruralium mercenariorum exercitus ad intimam vitae condicionem depressus omnique spe destitutus « quippiam quod solo contineatur»[1] umquam obtinendi; proindeque, nisi consentanea atque efficacia remedia adhibeantur, proletariae condicioni perpetuo obnoxius.

At licet verissimum sit proletariarn condicionem a pauperismo esse probe discernendam, ipsa tamen immanis multitudo proletariorum ex altera parte, ex altera vero quorundam praedivitum ingentissimae opes argumento sunt omni exceptione maiori, divitias hac nostra, quam vocant « industrialismi », aetate tam copiose partas, haud recte esse distributas diversisque hominum classibus haud aeque applicatas.

Quare omni vi ac contentione enitendum est, ut saltem in posterum partae rerum copiae aequa proportione coacerventur apud eos, qui opibus valent, satisque ample profundantur in eos, qui operam conferunt, non ut in labore remissi fiant, - natus est enim homo ad laborem sicut avis ad volatum, - sed ut rem familiarem parsimonia augeant; auctam sapienter administrando facilius ac securius familiae onera sustineant; atque emersi ex incerta vitae sorte, cuius varietate iactantur proletarii, non solum vicissitudinibus vitae perferendis sint pares, sed etiam post huius vitae exitum iis, quos post se relinquunt, quodammodo provisum fore confidant.

Haec omnia a Decessore Nostro non solum insinuata, sed clare et aperte proclamata, hisce Nostris Litteris etiam atque etiam inculcamus; quae nisi pro virili ac nulla interposita mora suscipiantur ad effectum deducenda, ordinem publicum, pacem et tranquillitatem societatis humanae contra novarum rerum concitatores efficaciter defendi posse nemo sibi persuadeat.

Deduci autem ad effectum non poterunt, nisi sollertia et parsimonia ad modicum aliquem censum proletarii provehantur,

[1] **Litt. Encycl. *Rerum novarum,* n. 35.**

quemadmodum iam, Decessoris Nostri vestigiis insistentes, innuimus. Unde vero nisi ex operae mercede poterit, parce vivendo, quidquam sibi seponere, qui nihil aliud habeat nisi operam, qua sibi victum et vitae necessaria comparet? Hanc igitur de salario, quam Leo XIII « sat magni momenti »[1] dixit, quaestionem ineamus, illius doctrinam et praecepta, ubi opus fuerit, declarando et evolvendo.

sanatus non vi sua iniustus.

Ac primum quidem, qui operae conducendae locandaeque contractum, vi sua iniustum ac proinde in eius locum societatis contractum suificiendum esse pronuntiant, absona profecto dicunt et prave calumniantur Decessorem Nostrum, cuius Litterae Encyclicae « salariatum » non solum recipiunt, sed in eo ad normas iustitiae regendo diutius versantur.

Hodiernis tamen humanae consortionis condicionibus consultus fore reputamus si, quoad eius fieri possit, contractus operae per societatis contractum aliquantum temperetur, quemadmodum diversis modis fieri iam coepit, haud exiguo operariorum et possessorum emolumento. Ita operarii oificialesque consortes fiunt dominii vel curationis, aut de lucris perceptis aliqua ratione participant.

Mercedis vero iustam portionem non ex uno, sed ex pluribus nominibus esse aestimandam iam sapienter Leo XIII edixerat illis verbis: « Ut mercedis statuatur ex aequitate modus, causae sunt considerandae plures ».[2]

Qua sententia plane refellit levitatem eorum, qui facili negotio, unica regula seu mensura adhibita, eaque a vero longe aliena, gravissimam hanc rem expediri arbitrantur.

Namque egregie falluntur, qui illud principium vulgare non dubitant, tanti operam valere et tantidem esse remunerandam, quanti fructus aestimantur ex ea parti, ideoque ius inesse operam locanti totum id reposcendi, quod ex eius labore sit effectum ; quod quantum a veritate absit, vel ex his patet, quae de re et opera agentes exposuimus.

Operae indoles et individualis et socialis.

Iam vero, sicut dominii, ita operae, eius praecipue quae alteri locatur, praeter personalem seu individualem, socialem

[1] **Litt. Encycl. *Berum novarum*, n. 34.**

[2] **Litt. Encycl. *Berum novarum*, n. 17.**

quoque rationem esse considerandam liquido deprehenditur: nisi enim corpus vere sociale et organicum constet, nisi socialis et iuridicus ordo operae exercitium tueatur, nisi variae artes, quarum aliae ab aliis dependent, inter se conspirent ac mutuo compleant, nisi, quod maius est, consocientur ac quasi in unum conveniant intellectus, res, opera, nequit fructus suos gignere efficientia hominum. Haec ergo nec iuste aestimari neque ad aequalitatem rependi poterit, eius natura sociali et individuali posthabita.

Ex hac autem duplici nota, quae operae humanae insita natura est, gravissima emanant consectaria, quibus salarium regi et determinari debet.

Ac primum quidem merces operario suppeditanda est, quae ad illius eiusque familiae sustentationem par sit.[1] Aequum sane est reliquam quoque familiam pro viribus suis ad communem omnium sustentationem conferre, ut videre est in agricolarum praesertim, sed etiam in multis artificum et minorum mercatorum familiis ; ast nefas est infantili aetate feminaeque debilitate abuti. Domi potissimum vel in iis, quae domui adiacent, matresfamilias operam navent suam, in domesticas curas incumbendo. Pessimus vero est abusus et omni conatu auferendus, quod matresfamilias ob patris salarii tenuitatem extra domesticos parietes quaestuosam artem exercere coguntur, curis officiisque peculiaribus ac praesertim infantium institutione neglectis. Omni igitur ope enitendum est, ut mercedem patresfamilias percipiant sat amplam, quae communibus domesticis necessitatibus convenienter subveniat. Quod si in praesentibus rerum adiunctis non semper id praestari poterit, postulat iustitia socialis, ut eae mutationes quamprimum inducantur, quibus cuivis adulto operario eiusmodi salaria firmentur. — Non abs re erit hic merita laude prosequi eos omnes, qui sapientissimo utilissimoque consilio varias experti sunt atque tentaverunt vias, quibus merces laboris ita oneribus familiae accommodetur, ut his auctis, amplior illa numeretur; immo, si id obtingat, extraordinariis necessitatibus fiat satis.

[1] **Cfr. Litt. Encycl.** ***Casti connubii,*** d. **31 Dec. 1930.**

Officinae etiam eiusque susceptoris ratio habenda est in mercedis magnitudine statuenda; iniuste enim immodica salaria exquirerentur, quae absque sui exitio atque ex eo consecutura operariorum calamitate, officina tolerare non potest. Quamquam si ob segnitiem vel ignaviam, mit technici et oeconomici progressus incuriam minus lucrum facit, non haec iusta reputanda est causa mercedis operariis minuendae. Quod si ipsi officinae non tanta vis pecuniae redit, quanta aequae mercedi operariis solvendae sit satis, quia aut oneribus iniustis opprimitur aut opus artificio partum minoris quam iustum est cogitur vendere, qui eam sic vexant, gravis piaculi rei sunt ; iusta enim mercede hi privant operarios, qui necessitate adstricti, aequa minorem accipere compelluntur.

Coniunctis igitur viribus et consiliis enitantur omnes, et opifices et moderatores, rerum difficultates et obstacula superare, eisque in tam salutifero opere auctoritatis publicae sapiens opituletur providentia. Si vero res ad summas angustias deducta fuerit, tunc demum deliberandum erit, utrum officina in incepto perstare possit an alia aliqua ratione operariis sit consulendum. Quo in negotio, sane gravissimo, necessitudo quaedam et christiana animorum concordia inter moderatores et operarios vigeat atque efficaciter operetur oportet.

Denique publico bono oeconomico mercedis magnitudo attemperanda est. Quantopere ad hoc commune bonum conferat, operarios officialesque, mercedis aliqua parte, quae necessariis sumptibus supersit, seposita, ad modicum censum paulatim pervenire, superius iam exposuimus; sed aliud praetereundum non est vix minoris momenti, nostrisque temporibus apprime necessarium, ut iis nempe, qui laborare et valent et volunt, Iaborandi opportunitas praebeatur. Hoc autem a salarii determinatione haud parum pendet ; quae, sicut iuvare, ubi rectis finibus contineatur, vicissim, si hos excedat, obsistere potest. Quis enim nesciat salaria nimis extenuata vel praeter modum aucta, in causa fuisse, cur operarii ab opera locanda arcerentur? Quod quidem incommodum, cum praesertim Pontificatus Nostri temporibus productum videamus plurimosque vexaverit, operarios in miseriam et tentationes

coniecit, prosperitatem civitatum pessum dedit, ac publicum ordinem, pacem et tranquillitatem totius orbis terrarum in discrimen adduxit. Alienum est igitur a iustitia sociali, ut proprii emolumenti gratia et posthabita boni communis ratione opificum salaria nimis deprimantur aut extollantur: eademque postulat, ut consiliorum et voluntatum consensione* quantum fieri potest, salaria ita regantur, ut quam plurimi operam locare convenientesque fructus ad vitae sustentationem percipere possint.

Apposite etiam ad rem facit recta inter salaria proportio: quacum arcte cohaeret recta proportio pretiorum, quibus illa veneunt, quae a diversis artibus progignuntur, qualia habentur agricultura, ars industrialis, alia. Haec omnia si congruenter serventur, diversae artes in unum veluti corpus coagmentabuntur et coalescent, membrorumque instar, mutuam sibi opem perfectionemque afferent. Etenim tum demum res oeconomico-socialis et vere constabit et suos fines obtinebit, si omnibus et singulis bona omnia suppeditata fuerint, quae opibus et subsidiis naturae, arte technica, sociali rei oeconomicae constitutione praestari possunt; quae quidem bona tot esse debent, quot necessaria sunt et ad necessitatibus honestisque commodis satisfaciendum, et ad homines provehendos ad feliciorem illum vitae cultum, qui, modo prudenter res geratur, virtuti non solum non obest, sed magnopere prodest.[1]

Quae de partitione aequa bonorum et de iustis salariis hucusque enuntiavimus, singulares personas respiciunt nec nisi oblique socialem ordinem attingunt, in quem ad sanae philosophiae principia instaurandum atque ad Evangelicae legis altissima praecepta perficiendum, Decessor Noster Leo XIII omnem curam cogitationemque contulit suam.

Attamen ut eius feliciter incepta stabiliantur, perficianturque reliqua, atque uberiora adhuc et laetiora in humanam familiam redundent emolumenta, duo necessaria maxime sunt: institutionum reformatio atque emendatio morum.

[1] **Cfr. S. THOMAS, *De regimine principum,* I, 15. - Litt. Encycl. *Berum novarum,* n. .27.**

Ác reformationem quidem institutionum cum commemoramus, res publica praecipue menti obversatur, non quasi ab eius opera universa salus sit exspectanda, sed quia ob « individualismi » quem diximus vitium eo res sunt redactae, ut prostrata ac paene exstincta locuplete illa et quondam per diversi generis consociationes composite evoluta vita sociali, fere soli remanserint singulares homines et res publica, haud parvo ipsius rei publicae detrimento, quae, amissa forma regiminis socialis susceptisque oneribus omnibus, quae deletae illae consociationes antea perferebant, negotiis et officiis propemodum infinitis obruta est atque oppressa.

Nam etsi verum est, idque historia luculenter ostendit, ob mutatas rerum condiciones multa nunc non nisi a magnis consociationibus posse praestari, quae superiore aetate a parvis etiam praebebantur, fixum tamen immotumque manet in philosophia sociali gravissimum illud principium quod neque moveri neque mutari potest: sicut quae a singularibus hominibus proprio marte et propria industria possunt perfici, nefas est eisdem eripere et communitati demandare, ita quae a minoribus et inferioribus communitatibus effici praestarique possunt, ea ad maiorem et altiorem societatem avocare iniuria est simulque grave damnum ac recti ordinis perturbatio; cum socialis quaevis opera vi naturaque sua subsidium afferre membris corporis socialis debeat, numquam vero eadem destruere et absorbere.

Minoris igitur momenti negotia et curas, quibus alioquin maxime distinentur, inferioribus coetibus expedienda permittat suprema rei publicae auctoritas oportet; quo fiet, ut liberius, fortius et efficacius ea omnia exsequatur, quae ad ipsam solam spectant, utpote quae sola ipsa praestare possit: dirigendo, vigilando, urgendo, coercendo, prout casus fert et necessitas postulat. Quare sibi animo persuasum habeant, qui rerum potiuntur: quo perfectius, servato hoc « subsidiarii » officii principio, hierarchicus inter diversas consociationes ordo viguerit, eo praestantiorem fore socialem et auctoritatem et efficientiam, eoque feliciorem laetioremque rei publicae statum.

Id autem in primis spectare, in id intendere et res publica et optimus quisque civis debent, ut « classium » oppositarum disceptatione superata, concors « ordinum » conspiratio excitetur et provehatur.

In reficiendos igitur « ordines » ars politica socialis incumbat necesse est. Eeapse violenta adhuc perseverat et hac de causa instabilis ac nutans humanae societatis condicio, quippe quae « classibus » innitatur diversa appetentibus et ideo oppositis, proptereaque ad inimicitias dimicationesque pronis.

Etenim, quamquam opera, ut luculenter explanat Decessor Noster in suis Litteris, [1] non est vilis merx, sed operarii dignitas humana in ea agnoscatur oportet, ac proinde nequit mercis cuiuslibet instar emi vendique, tamen, quae nunc est rerum condicio, operae conductio ac locatio homines in mercatu quem dicunt laboris in duas partes ceu acies dispescit; harum autem partium disceptatio ipsum operae mercatura quasi in campum vertit, ubi adversis frontibus acriter illae acies dimicant. Huic pessimo malo, quo tota humana societas in exitium abripitur, quam citissime esse medendum nemo est qui non intellegat. Ast perfecta sanatio tum tantum efforescet, cum, oppositione illa e medio sublata, socialis corporis membra bene instructa constituentur: « ordines », nimirum, quibus inserantur homines non pro munere, quod quis in mercatu laboris habeat, sed pro diversis partibus socialibus, quas singuli exerceant. Natura enim duce fit, ut, sicut qui loci vicinitate coniuncti sunt municipia constituunt, ita qui in eandem artem vel professionem incumbunt, •— sive oeconomica est sive alterius generis,— collegia seu corpora quaedam efficiant, adeo ut haec consortia iure proprio utedtia a multis, sin minus essentialia societati civili, at saltem naturalia dici consueverint.

Cum vero ordo, ut egregie disserit S. Thomas,[2] unum sit ex plurium accommodata dispositione oriens, verus ac genuinus socialis ordo postulat, ut varia societatis membra firmo aliquo

[1] **Litt. Encycl.** ***Berum novarum*, n. 16.**

[2] **Cfr.** S. THOM , ***Contra Gent.*, III,** 71; **cfr.** ***Summ. Theol*, I, q.** 65, **a.** 2. **i. c.**

vinculo in unum copulentur. Adest autem haec coniungendi vis cum in ipsis bonis producendis aut officiis praestandis, in quae eiusdem « ordinis » conductores et locatores sociato studio adlaborant, tum in bono illo communi, in quod omnes simul «ordines »., pro sua quisque parte, amice conspirare debent. Quae quidem unio eo erit validior et efficacior, quo fidelius singuli homines ipsique « ordines » professionem suam exercere in eaque excellere sategerint.

Ex quo facile deducitur, in illis collegiis ea, quae totius « prdinis » sunt communia, longe primas ferre, inter quae eminet uniuscuiusque artis ad bonum commune civitatis conspiratio quam maxime fovenda. De negotiis autem, in quibus peculiaria commoda vel incommoda herorum opificumve speciali indigeant cura et tutela si quando occurrunt, seorsim utrique deliberare vel, prout res fert, decernere poterunt.

Vix est necesse commemorare, ,quod Leo XIII de politici regiminis forma docuit, idem, servata proportione, professionum quoque collegiis seu corporibus aeque applicari: nimirum integrum esse hominibus quam maluerint formam eligere, dum^ modo et iustitiae et boni communis necessitatibus sit consultum. [1]

Iam vero, quemadmodum municipii incolae ad fines maxime varios consociationes condere solent, quibus nomen dandi aut secus unicuique est ampla potestas, ita qui in eadem arte versantur, consociationes pariter liberas alii cum aliis inibunt ad fines aliqua ratione cum ipsa arte exercenda connexos. Cum liberae hae consociationes a cl. mem. Decessore Nostro distincte ac dilucide explanentur, satis habemus, id unum inculcare : liberam esse homini facultatem, non solum has consociationes condendi, quae iuris et ordinis sunt privati, sed etiam eam in iis « libere optandi disciplinam, easque leges, quae maxime conducere ad id, quod propositum est, iudicentur » . [2] Eadem affirmanda est libertas consociationes instituendi, quae singularum

[1] **Cfr. Litt. Encycl. *Immortale Dei,* d. 1 Nov. 1885.**

[2] **Cfr. Litt. Encycl. *Berum novarum,* n. 42.**

artium limites excedant. Quae autem iam fierent ac salutaribus laetantur fructibus liberae associationes, collegiis iis praestantioribus seu « ordinibus », de quibus supra mentionem facimus, ad mentem doctrinae socialis christianae viam parare sibi praestituat et pro virili parte, exsequantur!

Aliud praeterea est curandum, valde cum priore cohaerens. Quemadmodum unitas societatis humanae inniti non potest oppositione « classium », ita rei oeconomicae rectus ordo non potest permitti libero virium certamini. Ex hoc enim capite, tamquam ex inquinato fonte omnes errores disciplinae oeconomiae « individualisti eae » dimanarunt; quae, oblivione aut inscitia socialem ac moralem indolem rei oeconomicae delens, hanc existimavit ab auctoritate publica ut solutam prorsus ac liberam iudicandam esse et tractandam, propterea quod in mercatu seu libero competitorum certamine principium sui ipsius directivum haberet,' quo milito perfectius quam ullo intellectu creato interveniente regeretur. At liberum certamen, quamquam dum certis finibus contineatur, aequum sit et sane utile, rem oeconomicam dirigere plane nequit; id quod eventus satis superque comprobavit, postquam pravi individualistici spiritus placita exsecutioni sunt mandata. Perquam necessarium igitur est rem oeconomicam vero atque efficaci principio directivo iterum subdi et subiici. Cuius quidem muneris vices oeconomicus potentatus, qui liberum certamen nuper excepit, multo minus gerere potest, cum hic praeceps quaedam vis et potentia vehemens sit, quae ut salutaris hominibus evadat, frenari debet fortiter et regi sapienter; frenari autem et regi non potest a se ipso. Altiora igitur et nobiliora exquirenda sunt, quibus hic potentatus severe integreque gubernetur: socialis nimirum iustitia et caritas socialis. Quapropter ipsa populorum atque adeo socialis vitae totius instituta ea iustitia imbuantur oportet maximeque necessarium est, ut vere efficiens evadat seu ordinem iuridicum et socialem constituat, quo oeconomia tota veluti informetur. Caritas vero socialis quasi anima esse debet huius ordinis; ad quem efficienter tuendum et vindicandum auctoritas publica alacris

incumbat oportet; id quod minus difficulter praestare poterit, si ea onera a se excusserit, quae ei non esse propria ante declaravimus.

Immo vero consociatis studiis laboribusque variae nationes id enitantur decet, ut, quoniam in genere oeconomico plurium inter se pendent ac mutua ope indigent, faustam quandam et felicem in re oeconomica populorum conspirationem sapientibus pactionibus atque institutis promoveant.

Membra igitur socialis corporis, si, ut dictum est, reficiantur, atque rei oeconomico-socialis directivum principium si restituatur, etiam de hoc corpore aliqua ratione dici poterit, quod de Christi corpore mystico ait Apostolus: « Totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate ».[1]

Recens, ut omnes norunt, singularis inita est syndicatuum atque artium collegiorum ratio, quae, pro harum Litterarum argumento, breviter videtur hic adumbranda, opportunis quibusdam adiectis animadversionibus.

Ipsa civilis potestas syndicatum ita constituit in personam iuridicam, ut simul quoddam monopolii privilegium ei conferat, cum ille solus, sic approbatus, opificum herorumve (pro syndicatus specie) iura vindicare, ille solus de opera locanda et conducenda pacisci atque laboris foedera, quae dicuntur, firmare possit. Syndicatui nomen dare necne integrum cuique est, atque inter hos tantum limites huiusmodi syndicatus liber dici potest; nam et syndicalis collecta et peculiaria quaedam tributa ab omnibus prorsus certae cuiusque artis seu professionis membris, sive opifices hi sunt sive heri, exiguntur, quemadmodum operum pactionibus* a iuridico syndicatu initis omnes ligantur. Verum tamen est ex officio esse declaratum hunc iuridicum syndicatum non officere, quominus exsistant aliae eiusdem professionis asseclarum consociationes, non tamen iure agnitae.

[1] *Eph.*, IV, 16.

Collegia seu corpora constituuntur ex delegatis utriusque syndicatus (operariorum nimirum et herorum) eiusdem artis seu professionis et, tamquam vera ac propria Status instrumenta atque instituta, syndicatus ipsos dirigunt eosque in rebus communibus ad unum idemque coordinant.

Cessationes operae vetantur; si partes litem componere nequeant, adest magistratus.

Iamvero, huius, quam summatim descripsimus, institutionis quaenam sint commoda, quicumque vel parum rem perpenderit, facile perspiciet: diversarum classium opera pacifice sociata, socialistarum repressa sodalitia, molimina cohibita, peculiaris magistratus moderatricem auctoritatem exercens. Ne tamen in re tanti momenti quidpiam neglegamus, utque omnia, quae sive cum principiis generalioribus, quae supra in memoriam redegimus, sive cum iis, quae mox sumus additurі, apte colligentur, fateri cogimur compertum Nos habere non deesse qui vereantur ne res publica, cui satis esse deberet ut necessarium et sufficiens auxilium praestaret, liberae activitati se substituat, neve syndicalis ille et corporativus novus ordo complexam administrationem et politicam nimis sapiat, neve (generalioribus illis commodis ultro equidem admissis) particularibus politicis scopis potius inserviat quam ad meliorem socialem ordinem instaurandum promovendumque conducat.

Ad hunc alterum autem nobilissimum finem assequendum et commune bonum vera ac stabili ratione maxime iuvandum, id in primis et ante omnia prorsus necessarium putamus, ut Deus propitius adsit, utque dein omnes qui bonam gerunt voluntatem sociata opera ad illum scopum adlaborent. Persuasum praeterea habemus, id quod ex priore colligimus, illum finem eo certius obtentum iri quo copiosior sit eorum numerus, qui technicam et professionalem et socialem peritiam suam ad id conferre sint parati, atque etiam (quod pluris est) quo copiosius erit tributum ex principiis catholicis eorumque usu ad id collatum, non quidem ab Actione Catholica (quae activam vim proprie syndicalem vel politicam sibi interdicit), sed ab iis filiis

Nostris, quos ipsa Actio Catholica illis principiis imbuit quosque instituit ad apostolatum exercendum, Ecclesia duce ac magistra; Ecclesiam dicimus, quae etiam in hoc, quem adumbravimus, campo, sicut ubicumque de rebus moralibus quaestio est ac disceptatio, vigilantiae et magisterii mandatum sibi divinitus impositum oblivioni dare vel incuria praeterire non potest unquam.

Quae autem de sociali ordine instaurando et perficiendo docuimus, ea profecto effici nullatenus posse sine morum reformatione vel ipsa rerum gestarum documenta aperte demonstrant. Fuit enim aliquando ordo quidam socialis, qui etsi perfectus quidem et omnibus numeris absolutus non erat, pro temporum tamen condicione et necessitatibus rectae rationi quadantenus congruebat. Quod si periit ille ordo iam dudum, sane non id accidit, quia mutatis rerum condicionibus et necessitatibus ipse accommodari se evolvendo et quodammodo dilatari non potuit; sed ideo potius, quia homines aut nimio sui amore obdurati eius ordinis gremium pandere, ut oportuisset, crescenti numero multitudinis renuerunt, aut quia falsae libertatis specie aliisque erroribus illecti cuiusvis potestatis impatientes, omne detrectare imperium conati sunt.

Reliquum igitur est ut, ea quae nunc viget rei oeconomicae ratione, et socialismo, acerrimo eius accusatore, iterum in iudicium vocatis atque aperta de illis iustaque lata sententia, tot maiorum, radicem penitius investigemus et primum maximeque necessarium remedium in moribus reformandis indicemus.

III

m. - Bes inde a Leoniana aetate plurimum mutatae.

Graves sane mutationes cum rei oeconomicae ratio tum socialismus inde a Leonis Alii aetate subiere.

Ac primum quidem oeconomiae speciem vehementer commutatala' esse, in oculis est omnium. Nostis, Venerabiles Fratres dilectique Filii, fel. rec. Decessorem Nostrum suis Litteris eam vel maxime oeconomiae rationem spectasse, qua generatim ad commune rei oeconomicae exercitium ab aliis res, ab aliis opera

praestaretur, quemadmodum, felici verborum complexu usus, eam defmiebat: « Non res sine opera nec sine re potest opera consistere ». [1]

Hanc autem oeconomiae rationem ad recti ordinis normam componere Leo XIII totis viribus contendit: unde patet per se ipsam non esse damnandam. Et sane suapte natura vitiosa non est; sed tunc rectum ordinem violat, quando res operarios seu proletariam classem eo fine, eaque condicione conducit, ut negotia atque adeo res oeconomica tota ad sui ipsius nutum et commodum vertantur, humana operariorum dignitate, sociali oeconomiae indole ipsaque iustitia sociali ac bono communi contemptis.

Yerum est ne hodie quidem solam hanc oeconomiae rationem ubique vigere: est enim et alia ratio, cui addicta est adhuc ingens et numero et pondere valens hominum multitudo, ut v. gr. ordo agricolarum, in quo maior generis humani pars honeste ac probe, quae ad victum cultumque pertinent, sibi comparat. Suis etiam haec angustiis premitur et difficultatibus, quas et respicit Decessor Noster non paucis Litterarum suarum locis, et Nos hisce Nostris non semel attigimus.

Ast « capitalisticum » oeconomiae regimen, cum industriae usus toto orbe terrarum dilatatus sit, plurimum et ipsum post Leonis XIII Encyclicas Litteras datas quaquaversus est dilapsum adeo, ut etiam eorum, qui extra eius ambitum versantur, oeconomicam et socialem condicionem invaserit et pervaserit, eamque suis sive commodis sive incommodis et vitiis, vere afficiat et quodammodo informet.

Itaque non eorum solum, qui regiones incolunt « capitali » et industriae addictas, sed omnium prorsus hominum bono consulimus, cum ad mutationes praesertim, quas capitalistica oeconomiae ratio inde a Leonis tempore passa est, animos convertimus.

Atque in primis omnium oculos percellit, nostris temporibus non modo coacervan opes, sed immanem accumulari potentiam et despoticum potentatum oeconomicum penes paucos, qui pie-'

[1] **Litt. Encycl. *Berum novarum,* n. 15.**

rumque non domini, sed depositae rei custodes tantum et administratores sunt eamque nutu suo arbitrioque regunt.

Qui potentatus ab iis vehementissime exercetur, qui, cum pecunias teneant et in eis dominentur, potiuntur etiam fenebris fidei et in credenda pecunia régnant, eamque ob causam veluti sanguinem administrant, quo vivit tota res oeconomica, et manibus suis quasi animam rei oeconomicae ita versant, ut contra eorum nutum respirare nemo possit.

Haec potentiae et virium accumulatio, recentissimae oeconomiae quasi nativa nota, fructus est quem natura sua protulit infinita competi torum certandi libertas, quae eos tantum superstites relinquit qui plurimum valeant, quod saepe idem est ac dicere, qui omnium violentissime dimicant, qui minime animi conscientiam curant.

Ea vicissim virium et potentiae acervatio tria gignit concertationum genera: contenditur enim primum de ipso oeconomico potentatu, tam acriter decertatur de potentati! in rempublicam capessendo, ut eius viribus atque potestate ad oeconomicas congressiones liceat abuti ; inter ipsas denique respublicas dimicatur, cum quod nationes, ad suorum quaeque civium oeconomica commoda promovenda, vim et politicam suam adhibent, tum quod potentatu et viribus suis oeconomicis adhibitis, politicas controversias inter nationes ortas dirimere contendunt,

Funestae sequelae

Individualistici profecto in re oeconomica spiritus ultima consectaria sunt ea, quae vos ipsi, Venerabiles Fratres dilectique Filii, et perspicitis et doletis: liberum virium certamen ipsum se interemit ; libero mercatui oeconomicus potentatus suffectus est; lucri cupiditati proinde effrenata potentatus ambitio successit ; tota oeconomia horrendum in modum dura, immitis, atrox est facta. Huc accedunt quae ex publicae potestatis et ipsius oeconomiae muneribus officiisque permixtio et foede confusis orta sunt gravissima damna: quale, unum ex summis, abiectio quaedam reipublicae maiestatis, quae cum áb omni studio partium libera et uni bono communi iustitiaeque intenta, veluti regina et suprema arbitra rerum, alte sedere deberet,

serva fit, hominum libidini et cupiditatibus tradita et mancipata. Quod autem ad nationes attinet inter se agentes, ex uno capite duplex effiuxit diversum flumen: hinc « nationalismus » emanat aut etiam « imperialismus » oeconomicus, illinc vero non minus funestus et exsecrandus rei nummariae « Internationalismus » seu « imperialismus internationalis » cui, ubi bene, ibi patria est.

Quae tantis his malis mederi possint, ea in parte altera harum Litterarum exposuimus ubi doctrinam data opera tradidimus, ita ut hoc loco breviter illa in memoriam redigere satis habeamus. Quandoquidem re et opera maxime innititur praesens oeconomiae ratio, rectae rationis seu christianae philosophiae socialis principia circa rem, operam earumque consociationem et mente agnoscantur et opere ad effectum deducantur necesse est. Duplex imprimis et rei seu dominii et operae seu laboris ratio, id est individualis et socialis, aeque et rite pensanda est, ut et individualismi et coJlectivismi scopuli vitentur. Mutuae utrorumque relationes ad strictissimae iustitiae leges, quam commutativam vocant, exigi debent, christiana caritate adminiculante. Liberum certamen certis ac debitis limitibus saeptum, magis etiam oeconomicus potentatus publicae auctoritati in iis, quae ad eius munus spectant, efficaciter subdantur oportet. Ipsa vero populorum publica instituta ad boni communis necessitates seu ad iustitiae socialis normam totam humanam consortionem conformare debent; quo fieri nequit quin etiam gravissima illa vitae socialis pars, quae est res oeconomica, ad rectum et sanum ordinem redeat,

s Haud minus profunde quam oeconomiae species inde a Leonis aetate mutatus est ipse socialismus, quocum fuit maxime Decessoli Nostro certandum. Qui enim tunc unus fere dici poterat et doctrinae capita propugnabat definita eaque in unum corpus compacta, hi exinde in duas praecipue partes invicem plerumque adversantes atque adeo infensissimas discissus est, ita tamen ut a fundamento fidei christianae contrario, quod socialismo proprium erat, neutra discesserit.

a) Pars violentior seu communismus."

Altera enim socialismi pars eandem fere subiit mutationem, quam oeconomiam capitalisti eam sübiisse supra explicuimus, et in « communismum » ruit, qui bina docet ac persequitur, neque id occulte aut per cuniculos, sed palam, aperte, omnibus mediis etiam violentissimis quibusque adhibitis: acerrimam inter classes luctationem, plenamque dominii privati exstinctionem. In quibus persequendis, nihil est quod non audeat, nihil quod vereatur; rerum vero potitus, incredibile ac portento simile est quam se atrocem, quam inhumanum ostendat. Testantur id exitiosae illae strages et ruinae, quibus vastissimas Europae orientalis atque Asiae ditiones constravit ; Sanctae vero Ecclesiae ipsique Deo quam sit inimicus et apertus hostis. nimis, proh dolor! nimis est factis comprobatum et omnibus apprime notum. Ideo, quamquam probos quidem ac fideles Ecclesiae filios de impia et iniqua communismi natura monere supervacaneum existimamus, tamen sine profundo dolore contemplari non possumus incuriam eorum, qui imminentia haec pericula contemnere videntur, et inerti quadam desidia patiuntur propagari quaquaversus ea, quibus per vim, per eaedem, tota societas contrucidetur; eoque gravius condemnanda est socordia eorum, qui auferre aut mutare neglegunt eas rerum conditiones, quibus populorum animi exasperantur atque via munitur ad societatem subvertendam et profligandam.

&) Pars mitior quae socialismi nomen retinuit.

Mitior sane est altera pars, quae « socialismi » nomen retinuit, qui non solum a vi adhibenda abstinendum profitetur, sed ipsam classium pugnam et privatae possessionis exstinctionem, si minus abiicit, aliqua ratione mitigat et temperat. Suis principiis et consectariis inde a communismo deductis exterritum, socialismum ad veritates, quas christiana traditio semper sollemnes habuit, vergere et quodammodo accedere díceres: negari enim nequit ad ea quae christiani societatis reformatores iure postulant, horum placita interdum valde appropinquare.

A P"§"a classium dominiique exstinctione aliquantum re-

Classium enim purria, modo ab inimicitiis mutuoque odio abstineat, paulatim transit in honestam quandam disceptationem, iustitiae studio fundatam, quae, etsi non est illa beata pax socialis quam omnes appetimus, principium esse potest et debet

unde ad mutuam « ordinum » cooperationem deveniatur. Bellum etiam dominiis privatis indictum, magis magisque sedatum, restringitur ita, ut tandem aliquando non ipsa possessio impetatur earum rerum, quae producendis bonis inserviant, sed imperium quoddam sociale, quod contra omne ius dominium arripuit et usurpavit. Re enim vera tale imperium non ipsis dominis, sed publicae potestati est proprium. Quod si fiat, eo perveniri potest, ut, sensim sine sensu haec mitioris socialismi placita a votis et postulatis eorum qui, christianis principiis innixi, humanam societatem reformare student, iam non dissideant. Etenim certa quaedam*bonorum genera rei publicae reservanda merito contenditur, cum tam magnum secum ferant potentatum, quantus privatis hominibus, salva re publica, permitti non possit.

Huiusmodi iusta postulata et desideria iam nil habent, quod a christiana veritate abhorreat, multoque minus socialismo sunt propria. Quapropter, qui haec tantummodo persequuntur, non habent cur socialismo se aggregent.

Neque tamen existimet quisquam eas sectas seu factiones socialisticas, quae non sunt communisticae, ad unam omnes sive re sive nomine eo usque resipuisse. Ut plurimum sive classium pugnam sive dominii exstinctionem non abiiciunt, sed solummodo aliqua ratione tempérant. Iamvero, si ita falsa principia mitigantur et aliqua ratione oblitterantur, oritur, seu potius immerito a quibusdam movetur quaestio, num forte etiam christianae veritatis principia aliqua ratione aut mitigari aut temperari possint ita, ut socialismo eatur obviam et media quasi via cum eo conveniatur. Sunt, qui inani spe iniciantur fore, ut hac ratione socialistae ad nos pertrahantur. Vana tamen spes! Qui enim apostoli esse volunt inter socialistas, christianam veritatem plenam atque integram aperte et sincere profiteantur oportet, neque ulla ratione erroribus conniveant. Id imprimis satagant, si vere Evangelii praecones esse velint, ut socialistis ostendant eorum postulata, quatenus iusta sint, ex principiis christianae fidei multo validius defendi et ex viribus christianae caritatis multo efficacius provehi.

Sed quid, si ad pugnam classium et dominia privata quod attinet, socialismus re vera ita sit temperatus atque emendatus, ut circa haec iam nihil in eo sit reprehendendum? Numquid illico natura sua religioni christianae contraria abdicavit? Est haec quaestio, quae multorum animos suspensos tenet. Et plurimi sunt catholici homines, qui, cum plane perspectum habeant christiana principia nec missa fieri nec abradi unquam posse, oculos in hanc Sanctam Sedem intendere et enixe effiagitare videntur, ut decernamus, num hic socialismus a doctrinis falsis adeo resipuerit, ut sine cuiusquam principii christiani iactura admitti et quodammodo baptizari possit. Quibus ut pro paterna Nostra sollicitudine faciamus satis, haec edicimus: sive ut doctrina, sive ut factum historicum, sive ut « actio » consideretur socialismus, si vere manet socialismus, etiam postquam veritati et iustitiae in his, quae diximus, concessit, componi cum Ecclesiae catholicae dogmatibus non potest: siquidem ipsam societatem fingit a christiana veritate quam maxime alienam.

societatem atque hominis indolem sociaiem fingit aiienissima a christiana veritate.

Nam secundum christianam doctrinam homo, sociali natura praeditus, in his terris collocatur, ut in societate et sub auctoritate a Deo ordinata,[1] vitam ducens, omnes suas facultates in laudem et gloriam Creatoris sui plene excolat evolvatque, atque artis aliusve vocationis suae munere fideliter fungendo temporalem simul et aeternam sibi comparet felicitatem. Socialismus autem, sublimis huius, cum hominis tum societatis, finis penitus ignarus et incuriosus, solius commodi causa humanam consortionem autumat esse institutam.

Ex eo enim, quod apta operum divisione efficacius quam dispertitis singulorum conatibus bona progignantur, socialistae inferunt oeconomicam efficientiam, cuius sola materialia obiecta mentibus observantur, socialiter ex necessitate procedere debere. Qua necessitate, ut totos societati se dedant subdantque, ad bonorum effectionem quod attinet, homines adstringi existimant. Immo quam amplissimam possidere copiam rerum, quae huius ritae commodis inserviant, tanti fit, ut altiora hominis bona,

[1] Cfr. *Rom.*, XIIÍ, 1.

ipsa libertate minime excepta, sint posthabenda atque etiam immolanda exigentiis efficacissimae bonorum effectionis. Hanc vero humanae dignitatis iacturam in « socializato » productionis processu subeundam, facile repensum iri autumant abundantia bonorum socialiter procreatorum, quae ad singulos profundantur, ut pro suo beneplacito commodis et cultui vitae libere ea applicare valeant. Societas ergo qualem socialismus fingit, altera ex parte absque vi plane nimia nec esse nec concipi potest, ex altera parte haud minus falsae libertati indulget, vera sociali auctoritate ab ea exsulante, quippe quae non in temporalibus ac materialibus commodis innitatur, sed a solo Deo, rerum omnium Creatore atque ultimo fine descendat.[1]

Quodsi socialismus, ut omnes errores, aliquid in se veritatis admisit (quod quidem Summi Pontifices numquam sunt inficiati), nititur tamen doctrina de humana societate, ipsi propria, a vero christianismo absona. Socialismus religiosus, socialismus christianus pugnantia dicunt: nemo potest simul catholicus probus esse et veri nominis socialista.

Quae quidem omnia, a Nobis sollemni auctoritate innovata et confirmata, pari modo applicanda sunt novo cuidam socialistico procedendi modo, hactenus quidem minus noto, nunc vero ad plures socialismi sectas propagato. In animos moresque instituendos imprimis incumbit; praecipue quidem infantes ipsos teneros amicitiae specie sibi allicit secumque trahit, sed totam etiam hominum multitudinem complectitur, ut homines tandem socialistici formentur, qui humanum convictum ad socialismi placita conforment.

Cum in Nostris Encyclicis Litteris ***Divini illius Magistri,*** quibus principiis insistat, quos fines persequatur paedagogia-christiana docuerimus abunde,[2]. quam eis répugnent quae facit et quaerit hic socialismus mores cultumque pervadens, tam perspicuum est et evidens, ut declaratione non indigeat. Gravissima vero quae secum fert pericula videntur ii aut ignorare

[1] **Cfr. Litt. Encycl. *Diuturnum,* d. 29 Iunii 1881.**

[2] **Litt. Encycl. *Divini illius Magistri,* d. 31 Dec. 1929.**

aut minus ponderare, qui nihil pensi habent eis pro rerum gravitate fortiter naviterque resistere. Hos de imminenti gravissimo damno commonefacere Nostri pastoralis officii est: meminerint omnes, huius socialismi mores cultumque pervadentis parentem quidem liberalismum fuisse, heredem vero « bolscevismum » futurum.

catholici transfugae in castris socialismi.

Quae cum ita sint, Venerabiles Fratres, intelligere potestis quanto cum dolore cernamus, in quibusdam praesertim regionibus, filios Nostros non paucos, quos veram fidem rectamque voluntatem deposuisse persuadere Nobis non possumus, ab Ecclesiae castris transfugisse et ad socialismi acies convolasse: quorum alii ut aperte socialistarum nomine glorientur et dogmata ipsa socialistica profiteantur, alii vel socordes vel etiam quasi inviti ut consociationibus adhaereant, quae professione aut factis sunt socialisticae.

Nos autem, paterna sollicitudine anxii, animo revolvimus et perscrutari conamur, qui fieri potuerit ut eo usque aberraverint, et audire Nobis videmur, quae multi ex eis respondent et causantur: ab Ecclesia et eis qui Ecclesiae addictos se proclamant, locupletibus faveri, operarios neglegi, curam horum haberi nullam; eam ob causam se, ut sibi consulerent, in acies socialismi instrui et inseri debuisse.

Deflendum sane est, Venerabiles Fratres, fuisse, immo etiam nunc esse, qui cum catholicos se profiteantur, sublimis illius iustitiae et caritatis legis, qua non solum, quod suum est cuique reddere, sed fratribus egentibus ut ipsi Christo Domino succurrere tenemur,[1] fere immemores sunt, quodque gravius, ob lucri cupiditatem operarios vexare non verentur. Immo vero, non desunt qui religione ipsa abutantur, eiusque nomine iniustas exactiones velare conentur, ut a iustis plane operariorum expostulationibus se tutentur. Quorum agendi rationem graviter arguere nunquam desistemus. Ipsi enim in causa sunt, cur Ecclesia, etsi immerito, videri potuerit et insimularetur partes agere locupletium, eorum autem, qui quasi naturali sua hereditate privati erant, necessitatibus et angustiis minime commoveri. Immerito et iniu-

[1] Cfr. *Epist.* S. IACOBI, c. 2.

ria haec videri et dici, totius Ecclesiae historia clare demonstrat; ipsaeque Encyclicae Litterae, quarum anniversarium festum celebramus, luculentissimum testimonium sunt in Ecclesiam eiusque doctrinam nonnisi iniustissime has calumnias et contumelias coniici.

Verumtamen tantum abest ut, iniuria lacessiti aut paterno dolore deiecti, filios misere deceptos et tam longe a vero et salute digressos repellamus aut reiiciamus, ut effici non possit, quin omni qua possumus sollicitudine, ad maternum Ecclesiae sinum, ut revertantur, invitemus. Utinam voci Nostrae pronas praebeant aures! utinam unde exiere, eo redeant, domum nimirum paternam, ibique consistant, ubi proprius eorum locus est, in eorum videlicet ordinibus, qui monita a Leone promulgata et a Nobis sollemniter innovata studiose secuti, societatem ad mentem Ecclesiae, sociali iustitia socialique caritate firmatis, instaurare nituntur. Sibique persuadeant nullibi se posse etiam in terris pleniorem invenire beatitudinem, nisi apud Eum, qui propter nos egenus est factus, cum esset dives, ut Illius inopia nos divites essemus,[1] qui pauper fuit et in laboribus a iuventute sua, qui omnes laborantes et oneratos ad Se invitat ut eos in caritate Cordis Sui plene reficiat,[2] qui denique sine ulla personarum acceptione, plus exiget ab iis quibus plus datum est,[3] et « reddet unicuique secundum opera eius ».[4]

Verum, si rem diligentius penitiusque inspiciamus, liquido deprehendemus, hanc optatissimam instaurationem socialem spiritus christiani renovatio, a quo misere passim defecerunt tot homines rei oeconomicae addicti, praecedat oportere, ne tot conatus incassum cadant, aedificiumque struatur non super petram sed super mobilem arenam.[5]

Et sane, hodiernam oeconomiam conspeximus, Venerabiles Fratres dilectique Filii, eamque gravissimis vitiis laborantem

[1] *U Cor.,* VIII, 9.
[2] MATTH., XI, 28.
[3] Cfr. Luc, XII, 48.
[4] MATTH., XVI, 27.
[5] Cfr. MATTH., VII, 24 sqq.

agnovimus. Communismum quoque et socialismum rursus in iudicium vocavimus, eorumque omnes vel mitigatas species ab Evangelii praeceptis longe aberrare deprehendimus.

« Quare — ut Decessoris Nostri verbis utamur, — si societati generis humani medendum est, revocatio vitae institutorumque christianorum sola medebitur » .[1] Nam haec una nimiae de caducis rebus sollicitudini, quae omnium est vitiorum origo, efficax remedium afferre, haec una fascinatos hominum oculos, in fluxis huius mundi rebus plane defixos, inde avellere et ad caelum attollere potest. Quo quidem remedio nunc humanam' consortionem maxime indigere quis neget?

Precipua hodierni regiminis deordinatio: damnum animarum.

Etenim omnium animi temporalibus perturbationibus, cladibus, minis fere unice afficiuntur. Sed quid, si christianis oculis, prout decet, res perpendimus, haec omnia sunt, si cum animarum ruina conferantur? Nihilominus haud temere dici potest eas nunc esse socialis atque oeconomicae vitae rationes, ut ingenti hominum numero maxima impedimenta créent quominus unum illud necessarium, aeternam nempe salutem, curent.

Innumerabilium equidem harum ovium Pastor et Tutor a Pastorum Principe, qui eas Sanguine Suo redemit, constituti, hoc maximum earum periculum siccis oculis contemplari non possumus; quin potius, pastoralis officii memores, paterna sollicitudine et quomodo eis opitulari possimus continenter meditamur, aliorum quoque, quorum ex iustitia aut caritate interest, indefesso studio advocato. Quid enim proderit hominibuè sapientiore divitiarum usu vel ad universum mundum lucrandum aptiores fieri, si inde animae suae detrimentum patiantur?[2] Quid, eos tuta de re oeconomica principia docere, si effrena cupiditate et sordida, suarum rerum studio ita abripi se sinant, ut, « audientes mandata Domini, omnia faciant contraria? »[3]

Huius damni cau-

Huius vero a christiana lege in re sociali et oeconomica defectionis, et inde profluentis plurimorum opificum a fide catho-

[1] Litt. Encycl. *Berum novarum,* n. 22.

[2] Cfr. MATTH. XVI, 26.

[3] Cfr. *Iudic,* II, 17.

lica apostasiae radix et fons sunt inordinatae animi affectiones, triste consectarium primaevae labis, quae miram humanarum facultatum concordiam ita disiunxit, ut homo pravis cupiditatibus facile abstractus ad caduca huius mundi bona caelestibus et firmis anteponenda vehementer incitetur. Hinc inexplebilis illa divitiarum et temporalium bonorum sitis, quae homines ad Dei leges infringendas et proximorum iura conculcanda omnibus quidem temporibus impulit, sed per hodiernam rei oeconomicae rationem humanae fragilitati longe plures parat laqueos. Etenim cum incertus status rei oeconomicae ac praesertim eiusdem complexionis, summam assiduamque postulet eorum qui illi se dedunt virium contentionem, nonnulli conscientiae stimulis ita obduruerunt, ut in eam devenerint sententiam sibi licitum esse et lucra sua quoquo modo augere, et opes magno conatu studioque partas per fas et nefas contra repentinos fortunae casus tueri. Facilia emolumenta, quae cuilibet in mercatu omni lege soluto obveniunt, permultos ad merces per mutandas distrahendasque alliciunt, qui, id unum inhiantes, ut minimo interiecto labore expedita sibi lucra comparent, effrena negotiatione, mercium pretia pro arbitrio et aviditate tam crebro augent vel minuunt, ut prudentes fabricatorum provisiones pessum dent. Quae lege sunt statuta ad foederatos quaestus provehendos, dum rerum agendarum periculum dividunt ac finiunt, foedissimae licentiae ansam praebuerunt. Cernimus enim ab hac extenuata rationum reddendarum obligatione animos modice tangi; insuper in tutamine communis cuiusdam nominis delitescendo, pessimas perpetran iniurias et circumscriptiones; tandem oeconomicarum consociationum curatores, muneris sui oblitoSj eorum prodere iura, quorum compendia administranda susceperant. Neque postremo omittendi sunt callidi illi viri, qui de honesta artificii sui utilitate minime solliciti, hominum cupiditatibus stimulos subiicere haud verentur, eisque excitatis ad proprium lucrum utuntur.

Gravissima haec incommoda propulsare, vel etiam antevertere, potuisset severa ac tuta morum disciplina a rei publicae moderatoribus strenue exacta: haec tamen nimis saepe misere

defecit. Nam, cum novae oeconomiae rationis germina tunc primum erumperent, quando rationalismi placita in plurium mentibus insederant radicesque egerant, brevi oeconomica quaedam doctrina a vera lege morali remota est orta, quo factum est ut humanis cupiditatibus habenae prorsus laxarentur.

Itaque evenit, ut multo quam antea plures nihil nisi de divitiis quacumque ratione augendis solliciti essent; seque super omnia et prae omnibus quaerentes, nihil, ne maxima quidem in alios delicta, sibi religioni verterent. Qui primi vero hanc spatiosam viam, quae ducit ad perditionem,[1] sunt ingressi, ii facile sive apparentis sui successus exemplo, sive insolenti suarum divitiarum pompa, sive aliorum conscientiam quasi inanibus anxietatibus exagitatam deridendo, sive demum timoratiores competitores conculcando, plurimos iniquitatis suae imitatores nacti sunt.

Pronum vero fuit, ut rei oeconomicae moderatoribus a recto tramite deviis euntibus, operariorum quoque vulgus in idem barathrum passim rueret praeceps ; idque eo magis quod plurimi ex praefectis artificum suis operariis ut meris instrumentis usi sunt, nihil prorsus de eorum anima solliciti, immo de supernis rebus ne cogitantes quidem. Et sane, horrescit animus, si gravissima perpendantur pericula, quibus in modernis officinis obiciuntur operariorum (iuniorum praesertim) mores et puellarum aliarumque mulierum pudicitia; si mente recolamus quam saepe hodiernum rei oeconomicae genus et praesertim absona habitandi ratio familiari vinculo familiaeque vitae consuetudini obstacula creet; si memoria repetamus quot quantaque festis diebus rite sanctificandis inferuntur impedimenta; si universalem consideremus extenuationem sensus illius vere christiani, quo vel rudes et indocti homines tam alta sapere consueverant, eius loco suffecta de quotidiano victu utcumque comparando unica sollicitudine. Atque ita labor corporalis, quem divina Providentia etiam post originale peccatum in humani corporis simul et animi bonum statuerat exercendum, in perversionis instrumentum pas-

[1] Cfr. MATTH., VII, 13.

sim convertitur: iners scilicet materia ex officina nobilitata egreditur, homines vero ibidem corrumpuntur et viliores fiunt.

Huic tam lugendae animarum cladi, qua perdurante omne societatis regenerandae studium irritum erit, nullum validum remedium afferri potest nisi ad evangelicam doctrinam aperte et sincere redeant homines, ad Illius nimirum praecepta, qui unus verba vitae aeternae habet, [1] talia videlicet verba, quae caelis et terra transeuntibus, nunquam praeteribunt. [2] Siquidem, quotquot sunt in re sociali vere periti, enixe expetunt compositionem ad normas rationis exactam, quae vitam oeconomicam ad sanum rectumque ordinem reducat. Sed hic ordo, quem Nos ipsi vehementer exoptamus impensoque fovemus studio, mancus omnino et imperfectus erit, nisi omnes humanae efficientiae ad miram divini consilii unitatem imitandam et, quantum humanis viribus datum est, assequendam amice conspirent: perfectum dicimus illum ordinem, quem magna vi et contentione proclamat Ecclesia, quem recta ipsa expostulat humana ratio: ut nimirum ad Deum tamquam ad primum ac supremum totius creatae efficientiae terminum omnia dirigantur, et sub Deo creata quaelibet bona ut mera instrumenta habeantur, quibus tantum utendum sit quantum ad supremum finem attingendum ducant. Neque putandum est per hoc minoris fieri aut minus dignitati humanae consonas aestimari quaestuosas artes; quin immo in iis apertam divini Conditoris voluntatem venerabundi agnoscere docemur, qui posuit hominem in terra ut operaretur illam, eaque ad suas necessitates multifariam uteretur. Fortunam autem suam rite et iuste amplificare non prohibentur quicumque ad bona progignenda dant operam, immo aequum est, ut qui communitati deservit eamque reddit ditiorem, ex auctis communitatis bonis ipse quoque pro sua condicione ditior fiat, dummodo haec omnia cum debito erga Dei leges obsequio et illaesis aliorum iuribus quaerantur et secundum fidei et rectae rationis ordinem adhibeantur. Quae si ab omnibus, si ubique, si semper serventur, non modo rerum con-

[1] Cfr. Io., VI, 70.

[2] Cfr. MATTH., XXIV, 35.

fectió et acquisitio, sed divitiarum quoque usus, qui nunc saepe tam inordinatus cernitur, brevi intra aequitatis et iustae distributionis limites revocabitur: atque sordido propriarum dumtaxat rerum studio, quod nostrae aetatis est dedecus et grande peccatum, re et factis opponetur suavissima at simul validissima christianae moderationis lex, qua homo iubetur quaerere primum regnum Dei et iustitiam eius, certo sciens bona quoque temporalia ex divina liberalitate certaque promissione sibi quantum opus fuerit adiectum iri.[1]

Verum, in his omnibus praestandis, potiores partes semper lex caritatis teneat oportet, « quod est vinculum perfectionis ».[2] Quam ergo falluntur incauti illi reformatores, qui solam iustitiam eamque commutativam servandam curantes, caritatis auxilium superbe reiiciunt! Profecto iustitiae ex officio debitae et inique denegatae caritas vicaria succedere nequit. At, etsi omnia sibi debita quisque hominum supponatur tandem adepturus, amplissimus caritati semper patebit campus: sola enim iustitia, vel fidelissime exhibita, socialium certaminum causas quidem removere, nunquam tamen corda unire animosque copulare poterit. Iam vero quaecumque ad pacem firmandam mutuumque inter homines auxilium promovendum sunt instituta, quantumvis perfecta videantur, in mutuo animorum vinculo, quo sodales invicem uniantur, potissimum habent suae firmitatis fundamentum, quo deficiente, ut saepius experiendo didicimus, optima quaeque praescripta irrita evadunt. Itaque tunc solum vera omnium in unum commune bonum conspiratio haberi poterit, cum societatis partes intime sentiant se unius esse magnae familiae membra eiusdemque caelestis Patris filios, immo se unum corpus in Christo, « singuli autem alter alterius membra »,[3] ita ut « si quid patitur unum membrum, compatiantur omnia membra ».[4] Tunc enim divites aliique proceres, pristinam suam erga pauperiores fra-

[1] Cfr. MATTH., VI, 33.
[2] *Coloss.*, III, 14.
[3] *Rom.*, XII, 5.
[4] f *cor.*, XII, *m*.

tres incuriam in sollicitam et operosam dilectionem mutabunt, eorum iusta postulata aperto corde excipient, eorumque forte culpis et erroribus libenter parcent. Operarii vero, quovis odii invidiaeque sensu, quo socialis certaminis fautores tam callide abutuntur, sincere restincto, locum sibi a divina Providentia in humana societate assignatum non solum non fastidient, sed magni facient, utpote bene sibi conscii, ad commune bonum pro suo quemque munere et officio vere utiliter et honorifice adlaborare eiusque vestigia pressius sequi, qui cum in forma Dei esset, faber inter homines esse et fabri filius haberi voluit.

Ex hac igitur nova in mundum diffusione Evangelici spiritus, qui christianae moderationis et universalis caritatis spiritus est, optatissimam illam ac plenam humanae societatis instaurationem in Christo illamque « Pacem Christi in Regno Christi » futuram confidimus, in quam ab ipso Pontificatus Nostri exordio, omnes curas Nostras omnemque pastoralem sollicitudinem intendere decrevimus firmiterque apud Nos statuimus;[1] Vosque, Venerabiles Fratres, qui Ecclesiam Dei, Spiritu Sancto mandante, Nobiscum regitis,[2] ad eundem hunc praecipuum et in praesens maxime necessarium finem, in omnibus orbis partibus, etiam in regionibus sacrarum ad infideles Missionum, laudabili admodum zelo impense adlaboratis. Vobis sint merita laudationum praeconia, simulque iis omnibus sive clericis sive laicis, quos eiusdem magni operis cotidianos participes atque validos adiutores laeti conspicimus, dilectos Filios Nostros Actioni Catholicae addictos, qui peculiari studio de re sociali curam, quatenus haec Ecclesiae ex ipsa sua divina institutione competit et incumbit, Nobiscum suscipiunt. Hos omnes etiam atque etiam in Domino hortamur, ut nullis pareant laboribus, nullis vincantur difficultatibus, sed magis magisque in dies confortemur et sint robusti.[3] Arduum sane ipsis aggrediendum proponimus opus: probe enim novimus utrinque, sive inter superiores, sive inter inferiores societatis classes, obstacula et impe-

[1] **Cfr. Litt. Encycl. *Ubi arcano,* d. 23 Dec. 1922.**
[2] **Cfr. *Act.,* XX, 28.**
[3] **Cfr. *Beuter.,* XXXI, 7.**

dimenta, quae vinci debeant, exstare plurima. Ne tamen animos despondeant: asperis certaminibus se obiicere christianorum est; graves autem exantlare labores, eorum qui ut boni Christi milites[1] eum propius sequuntur.

Omnipotenti ergo auxilio unice confisi Illius, qui « omnes homines vult salvos fieri »,[2] miseras illas animas a Deo aversas totis viribus iuvare contendamus easque a temporalibus curis abstrahentes, quibus nimis implicantur, ad aeterna fidenter aspirare doceamus. Id autem quandoque facilius obtinebitur, quam prima fronte sperandum forte videbatur. Etenim, si etiam in latebris vel perditissimi hominis latent, ceu igniculi sub ciñere, mirae spirituales vires, testimonia haud dubia illius animae naturaliter christianae, quanto magis in cordibus eorum quam plurimorum, qui potius per ignorantiam vel externa rerum adiuncta in errorem inducti sunt!

Ceterum, laeta quaedam socialis restaurationis signa ipsa opificum agmina iam portendunt, in quibus magno animi Nostri gaudio confertos cernimus etiam globos iuniorum operariorum, qui et secundis auribus divinae gratiae consilia excipiunt et miro zelo socios suos Christo lucrifacere student. Nec minori laude prosequendi sunt opificum coetuum duces qui, propriis commodis posthabitis et unice de sodalium suorum bono solliciti, aequas eorum expostulationes cum totius artificii prosperitate prudenter componere et promovere satagunt, neque ab eximio hoc munere se deterrere sinunt ullis sive impedimentis sive suspicionibus. Quin et complures iuvenes, mox inter societatis proceres sive ob ingenium sive ob divitias clarum locum habituros, intensiore studio sociales res exeolentes est cernere, qui sociali instauratam totos se reapse dedituros laetam spem faciunt.

Itaque praesentes rerum rationes qua via, Venerabiles Fratres, incedendum sit clare demonstrant. Nobis enim nunc, ut alias non semel in Ecclesiae historia, mundus obiicitur magna ex parte in paganismum fere relapsus. Ut integrae hae hominum classes ad Christum, quem negarunt, reducantur, ex iis ipsis

[1] Cfr. ***II Tim.,*** II, 3.
[2] ***I Tim.,*** II, 4.

seligendi sunt et formandi auxiliares Ecclesiae milites, qui illos illorumque mentes et optata bene norint, qui in eorum corda suavi quadam fraterna caritate penetrare possint. Primi et proximi nimirum opificum apostoli, opifices sint oportet; apostoli vero inter artificii commerciique asseclas, ex iisdem hominibus esse debent.

Hos laicos cum opificum tum herorum apostolos studiose quaerere, prudenter eligere, apte excolere et instituere Vestrum, Venerabiles Fratres, vestrique cleri potissimum est. Difficilis sane provincia sacerdotibus imponitur, ad quam obeundam acri de re sociali studio rite parandi sunt quicumque in spem Ecclesiae adolescunt; sed maxime necesse est ut, quos peculiari ratione ad hoc munus deputaturi estis, tales se exhibeant, qui exquisitissimo iustitiae sensu praediti, cuiuscumque iniqua expostulanti aut iniuste agenti, virili prorsus constantia obsistant; qui prudentia et discretione a quovis extremo aliena excellant; quos praesertim caritas Christi intime pervaserit, quae una valet hominum corda et voluntates iustitiae aequitatisque legibus fortiter simul et suaviter subigere. Hac via, quam felix rerum usus non semel comprobavit, omni alacritate incedendum esse non est cur ambigamus.

Hos autem dilectos Filios Nostros ad tantum opus electos enixe in Domino hortamur, ut excolendis viris sibi commissis totos se dedant, in eoque officio apprime sacerdotali et apostolico adimplendo christianae institutionis vi opportune utantur, iuvenes docendo, christiana sodalitia instituendo, studiorum coenacula condendo ad normam fidei excolendorum. In primis autem magni faciant et in bonum suorum alumnorum assidue adhibeant pretiosissimum cum privatae tum socialis instaurationis instrumentum, quod Litteris Nostris Encyclicis ***Mens Nostra***[1] in Exercitiis spiritualibus positum esse edocuimus; quibus Litteris cum Exercitia pro laicis quibuscumque, tum etiam utilissimos opificum Secessus aperte commemoravimus vehementerque commendavimus: in illa enim spiritus schola non modo optimi excoluntur christiani, sed

[1] **Litt. Encycl. *Mens Nostra,* d. 20 Dec. 1929.**

veri quoque apostoli pro quavis vitae condicione instituuntur, et igne Cordis Christi inflammantur. Ex hac schola, ut Apostoli e Coenaculo Hierosolymitano, prodibunt in fide fortissimi, invicta in insectationibus constantia firmati, zelo flagrantes, de Regno Christi quaquaversus propagando solum solliciti.

Et sane, talibus nunc maxime opus est robustis Christi militibus, qui totis viribus adlaborent ad humanam familiam incolumem servandam ab immani prorsus exitio, in quod rueret si, spretis evangelicis doctrinis, ille rerum ordo praevalere permitteretur, qui non minus leges naturae quam divinas concülcai Ecclesia Christi super inconcussam petram constituta nihil habet cur sibi timeat, cum pro certo sciat nunquam fore ut portae inferi contra ipsam praevaleant:[1] quin immo tot saeculorum usu compertum habet se e maximis procellis fortiorem egredi solere novisque ornatam triumphis. Sed materna eius viscera nequeunt non commoveri ob innumera mala, quibus inter huiusmodi procellas tot hominum milia vexarentur, atque potissimum ob gravissima spiritualia damna inde secutura, quae tot animas Christi Sanguine redemptas ad aeternam agerent ruinam.

Nihil igitur intentatum relinqui debet ad tanta mala ab humana societate avertenda: huc labores, huc industriae omnes, huc assiduae fervidaeque ad Deum preces vergant. Etenim, divina adiuvante gratia, humanae familiae sortes in manibus nostris sunt.

Ne sinamus, Venerabiles Fratres dilectique Filii, ut filii huius saeculi in generatione sua nobis prudentiores videantur, qui ex divina bonitate filii lucis sumus.[2] Illos siquidem deprehendimus summa sagacitate strenuos asseclas sibi seligere et instituere, qui errores suos per omnes hominum ordines totiusque orbis terrarum plagas in dies latius diffundant. Quandocumque autem Ecclesiam Christi vehementius impugnare suscipiunt, videmus eos intestinis dissentionibus sepositis in unam aciem magna concordia cogi et ad communem finem assequendum viribus prorsus unitis adlaborare.

[1] Cfr. MATTH., XVI, 18.

[2] **Cfr.** Luc, XVI, 8.

Iam vero, quot quantaque indefessus catholicorum zelus, cum ad bonum sociale et oeconomicum, tum in re scholari et religiosa ubique moliatur, nemo profecto est qui ignoret. Sed mira haec et laboriosa actio haud raro minus efficax evadit ob vires nimis in diversa distractas. Uniantur igitur omnes bonae voluntatis viri, quotquot sub Ecclesiae Pastoribus hoc bonum ac pacificum Christi certamen certare volunt; omnesque, Ecclesia duce ac magistra, in christianam humanae consortionis restaurationem, quam Leo XIII per immortales Litteras ***Rerum novarum*** auspicatus est, pro cuiusque ingenio, viribus, condicione, aliquid conferre nitantur; non se nec sua quaerentes, sed quae sunt Iesu Christi;[1] non propria consilia omnino urgere contendentes, sed ea vel optima remittere parati, si maius commune bonum id requirere videatur: ut in omnibus et super omnia Christus regnet, Christus imperet, cui « honor et gloria et potestas in saecula ».

Quod ut fiat feliciter, Vobis- omnibus, Venerabiles "Fratres dilectique Filii, quotquot permagnae Catholicae familiae Nobis commissae estis membra, at peculiari quadam cordis Nostri dilectione opificibus aliisque manualium artium operariis a divina Providentia vehementius Nobis commendatis necnon christianis heris operumque curatoribus, paterno ex animo Apostolicam Benedictionem impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensis Maii, anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. XI

[1] Cfr. ***Philipp.,*** **II,** 21.

[2] ***Apoc,*** V, 13.

SERMO

HABITUS IN AULA SACRI CONSISTORII DIE XXXI MAII POST PRAELECTUM DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS VEN. SERVI DEI GLYCERII LANDRIANI, EX ORDINE CC. RR. PAUPERUM MATRIS DEI, SCHOLARUM PIARUM.

Noi vogliamo dedicare una riflessione alle lunghe vicende per le quali è passata la sua pur così bella e chiara e solida eausa: dal 1618 al 1621; dal 1621 al 1830; dal 1830 al 1880 e giù giù fino a questi ultimi anni e fino a questo giorno.

Il E eviri o Prepósito generale ha già accennato ad una graziosa e veramente suggestiva coincidenza. È un'altra felice coincidenza questa odierna, altissima, universale solennità della Trinità Santa, alla quale la Famiglia Calasanziana associa quella sua propria e domestica della Ssma Vergine, Patrona e Eegina delle Scuole Pie.

Noi non possiamo a meno di riflettere e considerare che a questa nostra epoca la divina Provvidenza ha differito e riservato il primo trionfo della presente causa per richiamare alla considerazione ed alla imitazione, *quando più se ne verifica il bisogno,* ancora una luminosa immagine di quello che deve essere educazione cristiana, nella persona del ven. Glicerio Landriani e nella Famiglia Calasanziana, alla quale esso appartiene e reca oggi tanto onore.

Diciamo « quando più se ne verifica il bisogno », perchè assistiamo contristati da qualche tempo e più in questi ultimi giorni ad un primo manifesto maturare dei frutti di una educazione, che è l'antitesi dell'educazione cristiana — e civile ancora — mentre educa, sistematicamente educa, all'odio, alla irriverenza, alla violenza.

Noi non abbiamo tardato un giorno ad apprezzare l'inestimabile benefìcio della ristabilita istruzione religiosa nelle scuole, istruzione che voleva e doveva essere anche educazione. Ma si è cominciato troppo presto a distruggere colla sinistra quello che con la destra si diceva volersi edificare, e i tristi spettacoli de' quali Eoma e l'Italia tutta sono state teatro in questi ultimi giorni hanno rivelato quanto avanti è già arrivata l'opera di tale distruzione. La triste necessità psicologica e i solenni insegnamenti della storia dicono tutto quello che i paesi e i popoli, anche i migliori ne hanno a temere.

E la divina benignissima Provvidenza ha destinato la gloria, l'edificazione, la gioia dell'odierno decreto proprio a questo Nostro triste e addolorato genetliaco, perchè ne avessimo, come ne abbiamo, qualche consolazione e qualche compenso al dolore gravissimo che ieri Ci colpiva, in questa Nostra Eoma e in tutta Italia, in quello che avevamo ed abbiamo di più prezioso e di più caro: l'Azione Cattolica, e nelle parti sue più squisitamente care e preziose: le Associazioni e Federazioni giovanili e universitarie.

Avendo Noi notoriamente il diritto e il dovere di richiamarci ad un Trattato e ad un Concordato contro eventuali inadempienze e unilaterali arbitra, ne viene al mondo intero e segnatamente al mondo cattolico il diritto di sapere che Noi non abbiamo mancato di fare il dovuto richiamo: i relativi passi sono in corso. Ma ne questo, nè altro mai può trattenere il Vescovo di Eoma ed il Primate d'Italia ch'egli non protesti subito, altissimamente contro quello che in Eoma e in tutta Italia è avvenuto e contro il modo onde lo si è fatto avvenire.

Lo dicevamo ieri sera ai figli di Don Bosco —venuti a trovarci, i buoni e cari figli, pel compleanno —lo ripetiamo a voi, diletti figli, ed al mondo: si può domandarci la vita, non il silenzio, quando si fa scempio di quello che forma la predilezione notissima del cuor Nostro e del Cuore di quel Dio del quale teniamo le veci.

Scempio, diciamo, perchè, preparata e lasciata indis turbatamente prepararsi, dove non passa inosservato e incensurato l'ultimo bollettino parrocchiale, prima da una campagna di stampa a base di invenzioni, di irriverenze e di calunnie, poi da una campagna di piazza e di strada, fatta di 'irriverenze e di indecenze, di sopraffazioni e di violenze, non rare volte cruente, bene spesso di molti contro pochi e sempre inermi figli Nostri e fighe ancora,* cosi preparata, si scatenava ieri sulle Nostre Associazioni e Federazioni giovanili di Azione Cattolica, in Eoma e in tutta Italia, con dolorosa sorpresa di tutti e più Nostra, una vera tempesta di invasioni, occupazioni, sequestri e manomissioni, «in ossequio —come si disse — ad ordini del superiore governo », mentre proprio la sera prima si faceva dichiarare al Nostro Nunzio che nulla si aveva a dirgli.

Credevamo e crediamo di meritare meglio.

Basti richiamare alcune poche date: nella prima Nostra Enciclica Noi i primi abbiamo steso la mano paternamente amica auspicando Noi primi l'ora della conciliazione e della pace; anche in seguito non mancammo di indicarne le vie, e di mostrare anche in iscritto e con messaggi la Nostra buona e conciliativa volontà; nella Enciclica *Casti connubii* abbiamo fatto onore all'Italia ed al suo Governo ricordando l'opera concordataria circa

il matrimonio; chiudendo la Nostra recente nota Lettera al Cardinale di Milano un'altra volta abbiamo steso la mano paterna desiderosa di mùtua cooperazione a tutti profìcua; nella Enciclica *Quadragesimo anno* tutti hanno facilmente riconosciuto un cenno di benevola attenzione agli ordinamenti sindacali e corporativi italiani. Sa ormai tutto il mondo come fummo trattati e proprio in quello che tanto Ci sta a cuore, e di cui abbiamo tante volte assicurato espressamente, e garantendone, l'essere e l'agire religioso e non politico.

Non vogliamo aggiungere se non poche parole ai Nostri cari giovani così duramente colpiti.

Dice il sacro Testo, degli Apostoli e proprio quando venivano scacciati: «Ibant gaudentes... quoniam digni habiti sunt pro Nomine Iesu contumeliam pati »: parole sublimissime. Dopo quello che ripetutamente ed anche solennemente abbiamo detto delle attinenze della Azione Cattolica con la Gerarchia, che è a dire con la Chiesa, che è a dire con Gesù Cristo stesso, non è dubbio che anche voi, giovani carissimi, gioia Nostra e Nostro santo paterno orgoglio, potete e dovete andare lieti e fieri d'aver sofferto per la Chiesa, per il Papa, per Gesù Cristo stesso. Superfluo dunque dire a voi, dopo tal prova: « Nolite timere »; più superfluo oggi, mentre Gesù stesso nel santo Vangelo ci dice: « Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi».

Ed ora che farete? Avete i vostri Vescovi, i vostri Parroci, i Pastori delle anime vostre. Essi vi amano, perchè voi amate Gesù Cristo e il suo Vicario; perchè voi li amate e siete i loro aiuti nell'apostolato. Sotto la loro guida continuate l'opera della vostra sempre più perfetta formazione spirituale, e del vostro apostolato ausiliario, pur sottostando con cristiana disciplina e dignità alle esteriori imposizioni; pensando che per la Chiesa, per la Gerarchia, per il Vicario di Cristo e per Gesù Cristo stesso voi rimanete quello che la Chiesa e il Vicario di Gesù Cristo vi hanno dato e vi danno di essere e che nessun umano potere può togliervi: i collaboratori nell'apostolato gerarchico; aspettando così che la divina Misericordia rifaccia suonare l'ora della pace.

Che farete ora e sempre? Quello che facciamo e Ci proponiamo di fare Noi, e come oggi la Chiesa segnatamente ci insegna nel linguaggio della odierna liturgia: tutto un insegnamento di mitezza, di misericordia, di perdono; proprio secondo il divino mandato: « Orate pro calumniantibus vos; orate pro persequentibus vos »; « orate », pregate che Dio non li punisca con la sua Giustizia, ma con la sua Misericordia li perdoni, continui a beneficarli, li converta, perchè essi con Noi e Noi. con essi possiamo tutti lavorare alla gloria di Dio ed al vero bene degli uomini.

Non possiamo non aggiungere una parola di vivo ringraziamento ai tanti che dall'Italia e da altri vicini e lontani paesi Ci hanno rivolto espressioni di filiale partecipazione al Nostro presente cordoglio; particolarmente gradite quelle inviateci da estere organizzazioni giovanili di Azione Cattolica, tanto più penosamente sorprese di quello che qui avviene, quanto meglio consapevoli delle finalità altamente religiose dell'Azione Cattolica, le stesse in tutti i paesi.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

NOTIFICATIO

È stato pubblicato in questi giorni il libro:

Alberto Del Fante; *A Padre Pio di Pietr oleina, VAraldo del Signore.* Bologna, Galleri, editore, 1931 (pagine 513 con illustrazioni).

Per norma dei fedeli, la Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio dichiara e fa noto che la detta pubblicazione, trattando anche di pretesi miracoli e di altri fatti straordinari, a' termini del canone 1399, 5° del Codice di diritto canonico, è *ipso iure* proibita; e cade quindi senz'altro sotto il disposto del precedente canone 1398 § 1, di modo che non può nè stamparsi, nè leggersi, nè ritenersi, nè vendersi, nè tradursi in altre lingue, nè comunque comunicarsi con altri.

In questa occasione, la medesima Suprema Sacra Congregazione crede opportuno di richiamare alla memoria dei fedeli le precedenti sue dichiarazioni ed istruzioni relative al sunnominato Padre, che si trovano pubblicate nel Bollettino Ufficiale della Santa Sede, *Acta Apostolicae Sedis* volume XV (pag. 356) e volume XVI (pag. 368), perchè i fedeli sappiano essere loro dovere di astenersi dall'andar a visitarlo, o mantenere con lui relazioni anche semplicemente epistolari.

Dato a Boma dal Palazzo del S. Offizio, 22 Maggio 1931.

A. Subrizi, *N otar o della Suprema Sacra Gong, del S. Offizio.*

L. ***m*** S.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

PEOVISIO ECCLESIABUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

8 Februarii 1931. — Titulari episcopali ecclesiae Agathopolitanae praefecit E. P. D. Iosephum Mariétan, hactenus Episcopum tit. Bethleemitanum.

3 Martii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Methymnaeae, E. P. D. Aemilium Lisson, hactenus Archiepiscopum Limanum.

28 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Xevensi, E. D. Patricium Iosephum Farrelly, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis E. P. D. Ioannis Carroll, Episcopi Lismorensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Letopolitanae, E. D. Aemilium Cecco, e Pia Societate Taurinensi a Sancto Ioseph, quem deputavit Vicarium Apostolicum de Napo.

30 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae de Conceptione et de Chaco, E. P. Aemilium Sosa Gaona, e Societate S. Francisci Salesii.

5 Maii.— Cathedrali ecclesiae Anagninae, E. P. D. Attilium Adinolfi, hactenus Episcopum Trivèntinum.

8 Maii.— Titulari episcopali Ecclesiae Thevestinae, E. D. Aristidem Araujo Porto, parochum in archidioecesi Mariannensi, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis E. P. D. Ioannis Antonii Pimenta, Episcopi Montisclarensis.

9 Maii.— Cathedrali Ecclesiae Brictinoriensi, E. D. Franciscum Gardini, Archipresbyterum parochum oppidi *Alfonsine,* dioecesis Faventinae.

16 Maii. — Archiepiscopali Ecclesiae Anconitanae cui adnexus est titulus Ecclesiae Numanensis, E. P. D. Marium Giardini, hactenus Archiepiscopum titularem Edessenum.

27 Maii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Mitylenensi, E. P. D. Ernestum Sena de Oliveira, parochum in civitate Lisbonensi; ac

— Titulari episcopali Ecclesiae Vatarbensi, E. D. Ioannem da Silva Campos Xeves, Canonicum capituli cathedralis Conimbricensis : quos ambos

constituit Auxiliares Emi P. D. Emmanuelis Gonçalvez Cerejeira, Patriarchae Lisbonensis.

28 Maii. — Archiepiscopali Ecclesiae Eossanensi, E. D. Dominicum Marsiglia, Canonicum Ecclesiae metropolitanae Beneventanae eiusdemque archidioecesis Delegatum archiepiscopalem.

Il

DESIGNATIO OEDI3STAEII PEO APPELLATIONE

Iuxta can. 1594 § 2 Codicis iuris canonici, Archiepiscopus Paderbornensis designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Fuldensis. Quam designationem SSmus D. N. rescripto Sacrae Congregationis Consistorialis diei 18 Maii 1931 adprobavit.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

S. IACOBI DE VENEZUELA ET ALIARUM

DE VICARIO GENERALI AC CAPITULARI

In plenario conventu Emorum Patrum huius Sacrae Congregationis Concilii, die 9 Maii 193.1 habito, proposita sunt, inter alia, dirimenda quae sequuntur dubia:

I. « An vi praecedentiae Vicario generali competant iura et officia, de quibus in canone 397;

II. «An vi praecedentiae Vicarius generalis canonicus eximatur a munere adsistendi Episcopo in Missis aliisque functionibus pontificalibus;

III. « An Vicario capitulari, vi muneris, competat ius et officium peragendi functiones sacras in sollemnioribus anni festivitatibus, de quibus in canone 397, n. 1 ».

Porro iidem Emi Patres ad tria relata dubia respondendum censuerunt: *Negative.*

Hanc autem resolutionem Ssmus Dominus Pius Pp. XI in audientia diei 10 insequentis, infrascripto Secretario concessa, approbare et confirmare dignatus est.

Datum Eomae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 10 Maii 1931.

I. CARD. SERAFINI. *Praefectus.*

L. ffî S.

I. Bruno, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

MARIANOPOLITANA

NULLITATIS MATRIMONII (VIAU-GHARLEBOIS)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Hadriani Charlebois, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se^ sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 5 Augusti 1931, hora *1%* ad concordandum de "dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An sententia Rotalis diei 11 Martii 1980 confirmanda vel infirmanda sit in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Hadriani Charlebois curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. J$i S. M. Massimi, Decanus, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 26 Maii 1931.

Adv. T. Tani, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr. Hadrien Charleboi» défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne, ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Via della Dataria, n. 94), 5 Août 1931, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

Boit-on confirmer oti casser la sentence Botale du 11 Mars 1930 dans cette cause?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Ms. Hadrien Charlebois devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

APPENDIX

VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (DAMASSO-JACOBS DE PAITA)

Cum ignoretur locus actualis commorationis sedicentis Jacobs De Paiva Isidori seu Esidor, Samuelis, Ismaelis, in civitate Riberâo Preto {dioec. S. Pauli in Brasilia) die 18 Octobris a. 1892, uti asseritur, nati, in causa viri conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, coram infrascripto Officiali Curiae in sede Tribunalis Vicariatus Urbis, (Roma, Piazza della Pigna 12), die 15 Iulii a. 1931, hora 12, ad manifestandam suam voluntatem circa actionem nullitatis matrimonii ab eius uxore Magdalena Dam asso promotam; cum monitione quod, si non compareat, contumax declarari potest, et, contumucia declarata, servatis servandis, procedetur usque ad sententiam definitivam eiusque exsecutionem.

Quicumque, notitiam habeant de loco actualis commorationis praedicti viri conventi, curent ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

- L. ✠ S. Ioseph Candidori, *Officialis.*

Iosephus Ferretto, *Cancellarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Monsieur Jacobs De Paiva Isidor ou Esidor, Samuel, Ismael, né, on dit, à Riberâo Preto, défendeur en cette cause, par le présent édit nous le citons à comparaître, par propre personne, ou par un procureur légitimement constitué, au Siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Piazza della Pigna N. 18) le 15 Juillet 1931, à 12 heures d.u matin, pour manifester sa volonté au sujet de l'action de nullité de son mariage, promue contre lui par son épouse, Magdalène Damasso; et nous l'avertissons que s'il ne se présentait pas, il sera déclaré contumace et on agira en son absence.

Toute personne qui ait connaissance de la résidence actuelle de Monsieur Jacobs De Paiva est priée de bien vouloir, autant qu'il est possible, faire parvenir à ce Monsieur la nouvelle de cette citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, °*2* Maggio, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. Dottor ALESSANDRO DE LIRA, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica del Chile, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 5 Maggio 1931, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria* su le virtù del Servo di Dio Domenico Savio, giovane alunno dell'Oratorio Salesiano del B. G. Bosco, nella quale gli Emi Cardinali, i Revmi Consultori ed i Prelati, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, hanno dato il loro voto.

Martedì, 12 Maggio 1931, nel Palazzo S. Callisto, presso l'Emo Cardinale Bisleti, Relatore della Causa della Ven. Serva di Dio Filippa Duchesne, ha avuto luogo la Congregazione *Antipreparatoria* su le virtù della stessa Ven. Serva di Dio, con l'intervento dei Revmi Prelati e Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, i quali hanno dato il loro voto.

Martedì, 19 Maggio, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del S. Padre, ha avuto luogo la Congregazione *Generale* su le virtù esercitate in grado eroico dal ven. Servo di Dio Glicerio Landriani, Novizio della Congregazione dei Chierici Regolari poveri della Madre di Dio, delle Scuole Pie. I Rmi Padri Consultori teologi, i Prelati e gli Emi Signori Cardinali componenti la Sacra Congregazione dei Riti vi sono intervenuti e hanno dato il proprio voto.

SEGRETERIA DI STATO -

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato del SO Maggio, il Santo Padre si è degnato di nominare il Rmo P.Francesco Ferraironi, Procuratore generale della Congregazione dei Chierici Regolari Minori della Madre di Dio, *Consultore della Sacra Congregazione di Propaganda Fide.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

22 Aprile 1931. L'Emo Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore dell'Istituto delle Suore dello Spirito Santo e di Maria Immacolata* (S. Antonio, Texas),

25 Aprile 1931. L'Emo Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore dell'Istituto delle Povere Suore Scolastiche di S. Francesco di Wocklabruk* (Linz).

2 Maggio » L'Emo Sig. Cardinale Giulio Serafini, *Protettore dell'Istituto dei Fratelli di Nostra Signora di Lourdes* (Oostacker, Gand).

8 » » L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore della Congregazione di. Nostra Signora del Rosario* (Pont de Beauvoisin, [Isère], Grenoble).

» » » L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore della Congregazione delle Suore di Santa Clotilde* (Parigi).

9 » » L'Emo Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Vicario Generale di Boma e distretto.*

16 » » L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore dell'Istituto delle Suore Francescane dell'Immacolata Concezione* (Lons-le-Saunier, Saint-Claude).

17 » » L'Emo Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore della Congregazione delle Sorelle del Terz'Ordine Regolare di S. Francesco, dette Figlie della Misericordia* (Majorca).

Vescovi Assistenti al Soglio Pontificio :

18 Aprile 1931. Monsig. Anatolio Nowak, Vescovo di Presmilia dei Latini.

6 Maggio » Monsig. Giuseppe Palica, Arcivescovo titolare di Filippi.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

21 Novembre 1930. Monsig. Daniele Zomora, della diocesi di Alba Julia.

18 Aprile 1931. Monsig. Decio Botti (Roma).

» » » Monsig. Cesare Pecorari (Roma).

25 » » Monsig. Maurizio Vaes (Roma).

13 Maggio » Monsig. Vladimiro Ghika, dell'archidiocesi di Bukarest.

Prelati Domestici di S. S.:

30 Marzo 1931. Monsig. Giacomo Giuseppe Redmond, dell'archidiocesi di Liverpool.

25 Aprile » Monsig. Alberto Leuné, dell'archidiocesi di Colonia.

» » » Monsig. Enrico Engels, della medesima archidiocesi.

27 » » Monsig. Claudio Poyet, della diocesi di Paraná.

» » » Monsig. Giovanni Battista Cafferata, della diocesi della Spezia.

» » » Monsig. Lorenzo Taramaschi, della medesima diocesi.

25 ***Aprile*** ***1931.*** Monsig.-.Pasquale Chiappali, della medesima dioce&gs-. -
» » » Monsig. Francesco Olgiati, dell'archidiocesi-, di MiOToT
29 » » Monsig. Maurizio Maria De Baets, della diocesi di Gand.
2 ***Maggio*** »• Monsig. Francesco de Mello y Souza, dell'archidiocesi di Rio de Janeiro.
5 » » Monsig. Roberto C. Maguire, dell'archidiocesi di Chicago.
» » » Monsig. Guglielmo Canili, della medesima archidiocesi.
»• » » Monsig. Guglielmo H. Griffin, della medesima archidiocesi.
6 » » Monsig. Carlo A. Hickey, dell'archidiocesi di Cincinnati.
7 » » Monsig. Guglielmo Cooke, della medesima archidiocesi.
* » » Monsig. Giuseppe Dionigi Fisch, della medesima archidiocesi.
Monsig. Tommaso Martino 0' Connel, della medesima archidiocesi.
13 » » .Monsig. Giuseppe Soares Machado, della diocesi di Taubaté.
15 » » Monsig. Arygario Stoff, della diocesi di Warmia.

NECROLOGIO

5 ***Maggio*** ***1931.*** Emo Sig. Cardinale BASILIO POMPILJ, Vescovo suburbicario di Velletri, Vicario generale di Sua Santità per la città di Roma e suo distretto, Arciprete della arcibasilica Lateranense.
>• »• » Monsig. Giuseppe Lagumina, Vescovo tit. di Carpato.
» » » Monsig. Everardo Ter Laak, Vescovo tit. di Parecopoli.
12 » » Monsig. Prospero Paris, Vescovo tit. di Silando.
21 » » Monsig. Giuseppe Benedetto Martins Ribeiro, Vescovo di Coccino.
31 » » Emo Sig. Cardinale RAIMONDO M. ROULEAU, del titolo di S. Pietro in Montorio, Arcivescovo di Quebec.

Annus XXIII - Vol. XXIII 1 Iulii 1931 Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE UNIVERSITATIBUS ET FACULTATIBUS STUDIORUM ECCLESIASTICORUM.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Deus scientiarum Dominus,[1] cum Ecclesiae suae divinum commiserit mandatum docendi omnes gentes,[2] eam sine dubio magistram constituit divinae veritatis falli nesciam atque adeo praecipuam totius humanae doctrinae patronam atque altricem. Ecclesiae enim est sacra omnibus hominibus praecepta tradere, quae ipsamet a Dei Revelatione repetit atque deducit; quoniam autem fides et humana ratio non solum «inter se dissidere nunquam possunt», sed, perspecta eorum omnimoda concordia, « opem quoque sibi mutuam ferunt », nullo non tempore Ecclesia Christi sui officii esse duxit humanarum artium et disciplinarum culturam iuvare atque promovere;[3] quod sane bene multa ac luculentissima testantur litterarum monumenta. Etenim, post primam Ecclesiae aetatem, in qua Spiritus Sanctus ipse per se, charismatum suorum abundantia, eam christifidelibus

[1] *I Sam.,* II, 3.

[2] MATT., XXVIII, 19; MARC, XVI, 15.

[3] Conc. Vatic. Constit. *De fide catholica,* cap. 4.

doctrinam suppeditabat, quae in iis forte desiderantur, secunda post Christum natum saeculo praeclarae iam Smyrnae, Romae,. Alexandriae, Edessae christianae sapientiae domicilia fioruere. Quo saeculo exeunte atque vertente tertio,, illustria illa Alexandriae, Caesareae, Antiochiae ***didascaleia*** exorta sunt, ex quibus suam hauserunt scientiam, ut praestantiores tantummodo nominemus, Clemens Alexandrinus, Origenes, S. Dionysius Magnus, Eusebius Caesariensis, S. Athanasius, Didymus Caecus, S. Basilius Magnus, S. Gregorius Nazianzenus, S. Gregorius Nyssenus, S. Cyrillus Alexandrinus, S. Ioannes Chrysostomus,.. Theodoretus. Qui Patres et Scriptores Ecclesiastici, una cum S. Ephraem, S. Hilario Pictaviensi, S. Ambrosio, S. Hieronymo^ S. Augustino, aliisque illius aetatis fere innumeris Ecclesiae doctoribus et magistris, in civili hominum consortione, veluti scientiarum optimates ab omnibus habebantur. Exacta vero magnorum Patrum aetate, sollerti potissimum monachorum Episcoporumque opera, scholae non paucae conditae sunt, opitulantibus quidem iis qui rem publicam tunc temporis moderabantur. Ac sine dubio civilis omnium cultus et ecclesiastica doctrina, hoc saeculorum intervallo, idem veluti unum efficiebant, quod e litterariis ludis, — prope cathedrales aedes atque coenobia constitutis — in commune bonum copiose profluebat.

In ea namque mediae aetatis parte, quae obscurissima dici solet, cum litteras ingenuasque artes novi barbarorum incursu& permiscere ac submergere minitarentur, hae, ab omnibus derelictae ac misere pessumdatae, apud Catholicae Religionis templa atque monasteria, in unum scilicet, quod daretur, perfugium atque- asylum, tuto se receperunt. Atque Concilia annis DCCCXXVI et **DCCCLin** Romae habita eam sanciebant legem, quasi lucem in tenebris, qua «in universis episcopus, subiectisque plebibus, et aliis locis in quibus necessitas occurrisset, omnis cura et diligentia haberetur, ut magistri et doctores constituerentur, qui studia litterarum liberalemque artium assidue docerent ».

Quod si Romana Ecclesia, hac procellosa aetate, prisca humani cultus documenta neutiquam tutata esset, haud dubie hominum

genus eos in perpetuum litterarum thesauros amisisset, quos antiqua tradiderant tempora.

Studiorum autem Universitas, gloriosum illud mediae aetatis institutum, quod eo tempore « Studium » vel « Generale'Studium » vocabatur, Ecclesiam habet iam inde ab initio liberalissimam matrem atque patronam. Etenim, si non omnes ab Ecclesia Catholica suum duxerunt exordium Universitates, nihilo setius exploratum omnino est fere omnia antiquitatis Athenaea Romanos Pontifices aut conditores, aut saltem habuisse fautores atque duces.

Qua de re, id certo omnibus admirationem movet quantum Apostolica haec Sedes ad sacrae profan aeque doctrinae profectum contulerit, etiamsi unum saeculum consideretur. In quinquaginta et duabus Universitatibus ante annum MCCCC per litteras conditis, haud minus viginti novem per Romanos tantummodo Pontifices, ac decem praeterea per Imperatoris vel Principum documenta simulque per Apostolicas Constitutiones creatae fuere. Celeberrima autem Athenaea, quae, ut alia praetereamus, Bononiae, Parisiis, Oxoniae, Salmanticae, Tolosae, Romae, Patavii, Cantabrigae, Pisis, Perusii, Florentiae, Papiae, Olisipone, Senis, Gratianopoli, Pragae, Yindobonae, Coloniae, Heidelbergae, Lipsiae, Monte Pessulano, Ferrariae, Lovanii, Basileae, Cracoviae, Vilnae, Graecii, Vallisoleti, Mexici, Compiuti, Manilae, Sanctae Fidei, Quiti, Limae, Guatimalae, Calari, Leopoli atque Varsaviae constitutae sunt, ab hac Almae Urbis Ecclesia principium vel certe incrementum ceperunt.

Haud raro quidem rei publicae moderatores Ecclesiae regimini atque tutelae Universitates scholasque non paucas pedetentim subduxerunt, attamen Ecclesia, quamquam sua expers libertate omniumque rerum, quibus affluebat, copia, nihilominus, pro sibi insita natura, eiusmodi sapientiae veluti coenacula docendique instituta condere atque fovere nunquam destitit. Ob huiusmodi nempe munus, quod Ecclesia divinitus obtinet, Catholicae Religionis praecones omni prorsus ope contendunt ut prope ea, quae In barbarte regionibus construunt sacella, scholae etiam ape-

riantur; atque inibi non modo sacras, sed profanas quoque disciplinas pro viribus tradunt, itemque peculiaria scientiae civilisque cultus adiumenta invehunt, ad rudes illas gentes primis litterarum elementis agrorumque colendorum arte imbuendas. Quod si aliquando commentieiae cuiusdam progressionis iactatores, ad regiones illas penetrantes, quas Iesu Christi legati cruce et aratro nobilitarunt, conditas ibi scholas christianis principiis praeceptisque exuere enitentur, iidem infitiari haud poterunt Ecclesiam violatas a se litterarum sedes primum constituisse.

Neque solum in sacrarum Missionum regionibus hominum cultum promovet Ecclesia, sed etiam, immo impensius, in iis nationibus, in quibus plus semel ipsa beneficentiae suo patrimonio despoliata est. Videre igitur est eius opera prosperas studiorum Universitates nostro quoque tempore exoriri, ut ea quae Mediolani Sacro Iesu Cordi dicata est, ut Parisiensis, Insulensis, Andegavensis, Lugdunensis, Tolosana in Gallia, ut Noviomagensis in Hollandia, Lublinensis in Polonia, Berytensis in Syria, Vashingtonensis in Foederatis Americae Civitatibus, Quebecensis, Marianopolitana, Octaviensis in Canadensi regione, S. Iacobi in Chilensi Republica, Sciangaiensis et Pekinensis in Sinis, Tokiensis in Iaponia, aliaeque non paucae.

Illud praeterea luculenter ostendit Ecclesiam hominum cultum atque doctrinam impense fovisse, quod magnam semper de bibliothecis condendis asservandisque curam habuit. A Caesariensi enim Bibliotheca ad Ambrosianam usque et Vaticanam quot manu scriptos codices, quot libros typis impressos haec sancta mater Ecclesia summa cum industria collegerit nemo sane enumerare poterit. Atque in comperto est prima iam christiani nominis aetate sacros pastores, ingruente periculo, bonorum suorum iacturam aequo animo passos esse, sed una cum sacrificalibus vasis scientiae volumina diligentissime servasse. Quapropter omni prorsus fundamento destituitur falsa ea quorundam criminatio, Ecclesiam hominum mentibus ignorantiae caliginem offundere; quandoquidem Catholica Religio non insectatores metuit, qui eam martyrii gloria redi-

mire possint, non haereses, quae suum sacrae doctrinae depositum accuratius illustrari iubeant, sed id unum timet: veritatis ignorationem; cum pro certo habeat adversarios, dummodo eius praeceptis atque rationibus, alieno a praeiudicatis opinionibus animo, diligenter studeant, minime eam esse malevola simultate prosecuturos, quemadmodum secundo iam saeculo de Christiani nominis osoribus Tertullianus asseverabat: «Desinunt odisse qui desinunt ignorare ».[1]

At si Decessores Nostri, vertentibus saeculis, neque curis pepercerunt neque laboribus, ut disciplinarum studia liberalesque artes alerentur quam maxime, utque omne genus magisteria multis locis instituerentur, peculiarem tamen voluntatem studiumque praecipuum in divinae doctrinae incrementum contulerunt, quippe quae ad caussam sibi divinitus creditam potissimum conducat.[2] Iamvero Nos, gravissimi a Deo Nobis demandati muneris probe conscii, actuosissime ad sacras praesertim disciplinas animum adiecimus Nostrum, pro viribus contendentes, ut ecclesiasticae Universitates Facultatesque, sicut praecipua dignitate sua, ita etiam studiorum subtilitate scientiarumque splendore inter cetera omnia Athenaea in primis eniteant. Siquidem, vixdum ad supremi Pontificatus cathedram evecti, officii Nostri duximus eam apparare legem, qua altioris huiusmodi disciplinae Institutis, plus centum ubique gentium conditis, finis assequendus clarius proponeretur, docendi methodus accuratius praescribetur, unius denique formae constitutio definiretur, minime tamen peculiaribus posthabitis rerum locorumque rationibus, ita quidem ut eadem praesentibus necessitatibus omnino respondere valeant.

Omne genus errores, nostris potissimum temporibus, sapientiae specie fueari solent, quo magis ab omnibus credantur, cum doctrinae lumen plurimum possit multorum animos allicere. Pernecesse igitur est eos christifideles, qui scientiarum pervestigationi aptiores se praebeant, ac potissimum

[1] ***Ad Nationes*, I, 1.**

[2] **S. Thomas, *Summa Theol.* P. I, q. 1, a. 5.**

delectos sacrorum alumnos, fusis ad Patrem luminum precibus[1] memoresque illius sententiae « in malevolam animam non introibit sapientia»,[2] penitus in sacras disciplinas et in eas, quae quomodocumque cum iisdem cohaereant, animum intendere atque ita id omne adipisci, ut possint, occasione data, catholicam veritatem rite docere et contra adversariorum incursus ac falladas strenuissime tutari.

Equidem, pro Nostra parte pro Nostraque facultate, nihil Nobis reliqui faciemus, ut sacrae disciplinae, sicut olim in publicis studiorum Universitatibus primas ferebant, ita nunc quoque, potiorem locum teneant, cum id ditissimus postulet, quem impertiuntur, veritatis thesaurus, et salutaris ille impulsus, quem in catholica confirmanda fide, in errorum tenebris profligandis, in omnium moribus ad evangelica praecepta conformandis pro natura sua exercent. Ita enim auspicato continget, ut omnes homines, de tenebris in admirabile lumen fidei vocati,[8] ad agnitionem veritatis veniant,[4] et omnis intellectus, adiuvante Dei gratia, in captivitatem redigatur in obsequium Christi.[5]

Quibus Nos propositis rationibusque permoti, prope Sacram Seminariorum Studiorumque Universitatum Congregationem peculiare constitutum voluimus Consilium ex viris rerum intellegentia et usu praestantibus, cui quidem incumberet rebus omnibus studere atque consulere, quae ad studiorum ecclesiasticorum Universitates et Facultates ordinandas perfìciendasque pertinerent — missis interim quae postea cum de aliis institutionibus tum praesertim de Pontificia Romana a S. Thoma Aquinate Academia, quam peculiari prosequimur cura, magis magisque promovenda adiungere opportunum videbitur.

Quod quidem Consilium, post diuturnam diligentemque operam, adiutum sane a lectissimis variarum nationum doctoribus,

[1] IAC, I, 17.
[2] *Sap.*, I, 4.
[3] *I Petr.*, II, 9.
[4] *I Tim.*, II, 4.
[5] *II Cor.*, X, 5.

laudabili omnino sollertia concreditum sibi munus, sub auspicio ac ductu Nostro, feliciter explevit. Quapropter Nos, optata Nostra tandem ad effectum adducentes, omnibus mature perpensis, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia ac de Apostolicae potestatis plenitudine bas, quae sequuntur, leges et normas decernimus atque statuimus, easdemque ab omnibus, ad quos pertinent, observari iubemus.

TITULUS I

formae generales

Art. 1

Universitates et Facultates studiorum ecclesiasticorum eae sunt, quae auctoritate Sanctae Sedis ad disciplinas sacras vel cum sacris conexas tradendas et excolendas instituuntur, cum iure conferendi gradus academicos.

Art. 2

Universitatum et Facultatum studiorum ecclesiasticorum finis est: auditores disciplinis, quae sacrae vel cum sacris conexae sunt, secundum doctrinam catholicam altius instituere; eos ad fontium cognitionem, ad investigationis laborisque scientifici usum atque ad magisterium exercendum instruere; denique iisdem disciplinis excolendis provehendisque quam maxime consulere.

Art. 3 -

§ 1. - Facultates studiorum ecclesiasticorum censentur: Theologicae, Iuridicae, Philosophicae, aliae denique omnes, quae ad finem, de quo in art. 2, a Sancta Sede instituantur.

§ 2. - Nomine Universitatum vel Facultatum comprehenduntur etiam haec Instituta a Sancta Sede in Urbe erecta: '

Pontificium Institutum Biblicum, Pontificium Institutum Studiorum Orientalium, Pontificium Institutum Utriusque Iuris, Pontificium Institutum Archaeologiae Christianae, Pontificium Institutum Musicae Sacrae.

Art. 4

Canonica erectio et suprema -moderatio cuiusvis Universitatis et Facultatis studiorum ecclesiasticorum, in locis quoque et Institutis quae Sacris Congregationibus pro Ecclesia Orientali et de Propaganda Fide subiecta sunt, atque etiam Facultatum quae sunt pro Religiosis Familiis quibuslibet, reservantur Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

Art. 5

Statuta una cum Ratione studiorum uniuscuiusque Universitatis vel Facultatis indigent approbatione Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

Art. 6

Solis Universitatibus vel Facultatibus canonice erectis et ad normam huius Constitutionis approbatis ius est conferendi gradus academicos qui effectus canonicos habeant, salvo praescripto art. 36 § 2.

Art. 7

§ 1. - Gradus academici tres sunt: Baccalaureatus, Licentia seu Prolytatus, Laurea seu Doctoratus.

§ 2. - Quaevis Facultas confert Licentiam et Lauream; liberum est singulis Facultatibus conferre etiam Baccalaureatum.

§ 3. - Gradus academici e disciplinis praecipuis Universitatum vel Facultatum, in quibus conferuntur, appellationem trahunt.

Art. 8

Baccalaureatus est gradus academicus ex quo cognoscitur eum qui hoc gradu donatur tale suae doctrinae specimen dedisse, ut idoneus censeatur ad curriculum persequendum pro gradibus academicis superioribus.

Art. 9

Licentia est gradus academicus ex quo cognoscitur eum qui hoc gradu donatur praestitutum studiorum curriculum absolvíase et tale suae doctrinae specimen dedisse, ut idoneus haberi possit ad docendum in scholis quae gradus academicos non conferunt.

Art. 10

§ 1. - Laurea est gradus academicus ex quo cognoscitur eum qui hoc gradu donatur tale suae doctrinae et peritiae specimen dedisse, ut idoneus haberi possit, salvo praescripto art. 21, ad docendum etiam in Universitate vel Facultate.

§ 2. - Laurea peculiaria iura confert, quae in can. 1378 O. L C . recensentur.

§ 3. - Laurea in Ee biblica, apud Pontificiam Commissionem Biblicam vel Pontificium Institutum Biblicum acquisita, eadem clericis parit iura eosdemque canonicos effectus ac Laurea in sacra Theologia.

Art. 11

Ad hanc Constitutionem accommodandae sunt etiam Facultates studiorum ecclesiasticorum in civilibus Universitatibus erectae, ratione habita Conventionum quae a Sancta Sede cum variis nationibus initae sunt et adhuc vigent.

Art. 12

Ad hanc Constitutionem rite exsequendam serventur Ordinationes Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

TITULUS II

De personis et regimine

1. - *Auctoritates Academicae - Officiales*

Art. 13

§ 1. - Universitatis vel Facultatis regimen exercent Auctoritates Academicae, quarum praecipuae sunt: Magnus Cancellarius, Eector Magnificus vel Praeses, Facultatum Decani.

§ 2, - Auctoritates Academicas in Universitate vel Facultate regenda et administranda adiuvant Officiales.

Art. 14

§ 1. - Universitati vel Facultati praeest Magnus Cancellarius, qui nomine Sanctae Sedis rebus omnibus, quae ad regimen ac studia pertinent invigilat.

§ 2. - Magnus Cancellarius est Praelatus Ordinarius a quo Universitas vel Facultas iure pendet, nisi Sancta Sedes expresse alium constituerit.

Art. 15

Universitas regitur a Eectore Magnifico, singulae eius Facultates a Decanis, Facultas vero quae una sit a Praeside. ílis autem Auctoritatibus, pro locorum consuetudine et singularum Universitatum vel Facultatum natura, ad res scientificas, disciplinares, oeconomicas administrandas unum vel plura adsunt Consilia.

Art. 16

Rector et Praeses a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus nominantur aut saltem, sicubi ex iure peculiari ad alios eorum nominatio pertineat, eiusdem Sacrae Congregationis confirmatione indigent.

Art. 17

Universitatis vel Facultatis Statuta definiant : num, praeter Magnum Cancellarium, Rectorem Magnificum vel Praesidem, Facultatum Decanos, habeantur aliae Auctoritates; quomodo hae et praeterea quomodo Decani Facultatum, Consilia, Officiales constituantur et quamdiu munere fungantur; quae singulorum sint officia ac iura.

Art. 18

Si Universitas vel Facultas cum clericorum Seminario vel Collegio coniuncta sit, Statuta clare et efficaciter provideant, ut illius rectio academica ab huius vita et disciplina rite distinguatur.

2. — ***Professores***

Art. 19

§ 1. - In unaquaque Universitate vel Facultate iustus sit Professorum numerus. Habeantur in primis Professores ordinarii, seu qui pleno ac firmo iure in Professorum Collegium sunt cooptati.

§ 2.-Praeter Professores ordinarios sint quoque extraordinarii, seu qui, etsi debitis dotibus ornati, nondum omni ac pleno iure gaudent.

§ 3. - Pro opportunitate etiam alii assumi possunt Professores, qui ad certum tempus munere fungantur tradendi aliquam disciplinam.

Art. 20

Statuta Universitatis vel Facultatis decernant:

a) quot, saltem, pro numero et momento disciplinarum debeant esse Professores et quot ex iis ordinarii;

b) quot sint Professorum ordines et quae cuiusque ordinis officia et iura, ratione habita iustarum consuetudinum et traditionum;

c) a quibus, quomodo, quibus condicionibus Professores cuiusque ordinis nominentur ac promoveantur.

Art. 21

Ut quis in Professorum Collegium legitime cooptetur, requiritur ut:

I° doctrinae copia et bonis moribus et prudentia praefulgeat;

2° Laurea congruenti praeditus sit;

3° certis documentis, praesertim libris vel dissertationibus scriptis, se ad docendum idoneum probaverit;

4° professionem Fidei emiserit secundum formulam a Sancta Sede approbatam, ad normam can. 1406 § 1, 8° C. I. C. et Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. Officii d. d. 22 Martii 1918;

5° missionem canonicam docendi, post impetratum *Nihil obstat* Sanctae Sedis, a Magno Cancellario acceperit.

Art. 22

Si quis Professor vel doctrinam catholicam laeserit vel a vitae integritate defecerit, pro gravitate culpae ad normam Statutorum puniatur et, si res ferat, missione canonica docendi a Magno Cancellario privetur.

S. - Auditores

Art. 23

Auditores dividuntur in eos qui ad gradus academicos contendunt et eos qui ad gradus academicos non contendunt.

Art. 24

Ut quis in Universitatem vel Facultatem ascribi possit, exhibeat oportet,

si sit clericus: litteras commendatitias Praelati sui Ordinarii, servatis ceteris praescriptionibus ecclesiasticis quae forte sint;

si sit laicus: competentis Auctoritatis ecclesiasticae litteras testimoniales de vita et moribus.

Art. 25

Ut quis in Universitatem vel Facultatem ad gradus academicos adipiscendos ascribi possit, afferre debet, praeter ea quae in art. 24 praecipiuntur, authentica testimonia, ex quibus appareat eum:

I° curriculum medium studiorum classicorum rite absolvisse;

2° ***a)*** pro Facultate Theologica: studiis mediis classicis rite peractis, saltem per biennium universae Philosophiae scholasticae studuisse et praescripta examina superasse;

b) pro Pontificio Instituto Biblico: consecutum esse Licentiam in sacra Theologia;

c) si sit clericus, pro Facultate Iuris Canonici, Pontificio Instituto Studiorum Orientalium, Pontificio Instituto Utriusque Iuris, Pontificio Instituto Archaeologiae Christianae, Pontificio Instituto Musicae Sacrae: cursum philosophico-theologicum ad normam can. 1365 C. I. C. complevisse.

Art. 26

Nemo simul ascribi potest in plures Facultates ad gradus academicos in illis assequendos.

Art. 27

Ab una Universitate vel Facultate ad aliam transire licet, servatis Ordinationibus Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

Art. 28

Auditor qui aliqua ratione deliquerit, meritis poenis ad normam Statutorum puniatur et in casibus gravioribus ab Universitate vel Facultate excludatur.

TITULUS III

De ratione studiorum

1. - *Methodus generalis docendi*

Art. 29

Methodus in singulis Universitatibus vel Facultatibus talis adhibeatur, sive in disciplinis seligendis et ordinandis sive in argumentis proponendis et explicandis, qualis requiritur ut auditorum mentes ad finem, iisdem Universitatibus vel Facultatibus propositum, cohaerenter excolantur.

Nominatim:

a) In ***Facultate Theologica*** principem locum teneat sacra Theologia. Haec autem disciplina methodo cum positiva tum scholastica tradenda est; ideo veritatibus fidei expositis et ex sacra Scriptura et Traditione demonstratis, earum veritatum natura et intima ratio ad principia et doctrinam S. Thomae Aquinatis investigentur et illustrentur.

b) In ***Facultate Iuris Canonici*** tam historia et textus legum ecclesiasticarum quam earundem ratio et nexus modo scientifico exponantur.

c) In ***Facultate Philosophica*** Philosophia scholastica tradatur, eaque ita ut auditores plena cohaerentique synthesi doctrinae ad methodum et principia S. Thomae Aquinatis instituantur. Ex hac autem doctrina diversa philosophorum systemata examinentur et diiudicentur.

d) In ***Pontificio Instituto Biblico*** disciplinae, quae ad sacram Scripturam utcumque illustrandam conducunt, ita tradantur, ut sacrarum Litterarum auctoritas cum humana tum divina vindicetur, atque sensus verbi divinitus inspirati ad mentem Ecclesiae indagetur et explicetur.

e) In ***Pontificio Instituto Studiorum Orientalium*** disciplinae, quae ad intellegendas condiciones religiosas totius vicini Orientis conducunt, ita ex ipsis fontibus illustrentur, ut auditores etiam non catholici plenam veritatem de unius Catholicae Ecclesiae missione divina percipiant.

/) In ***Pontificio Instituto Utriusque Iuris,*** fontibus investigatio, iuridico apparatu adhibito atque legibus inter se collatis, sive in Iure canonico sive in Iure civili, cum romano tum vigenti, solida tradatur institutio.

g) In ***Pontificio Instituto Archaeologiae Christianae*** ita in antiqua monumenta christiana studio historico-critico inquiratur, ut auditores ad doctrinam, instituta, vitam pristinae Ecclesiae per tutam certiorem que illorum monumentorum interpretationem illustranda idonei efficiantur.

h) In ***Pontificio Instituto Musicae Sacrae*** disciplinae methodo hi storico-critica et theoretico-practica ita tradantur, ut auditores, secundum normas Motu Proprio Pii Pp. X ***De Musica Sacra*** d. d. 22 Novembris 1903, et Constitutione Pii Pp. XI ***Divini Cultus Sanctitatem*** d. d. 20 Decembris 1928 editas, historia, scientia, peritia sive. cantus gregoriani sive compositionis sacrorum concón t num sive organi pnlsandi, in usum maxime et decus sacrae Liturgiae, instituantur.

Art. 30

§ 1. - In singulis Facultatibus, praeter lectiones, fiant exercitationes, quibus auditores scientificam investigandi methodum et artem proponendi etiam scriptis ea quae studio assecuti sint, sub Professorum ductu addiscant.

§ 2. - In Facultate Theologica et Philosophica habeantur disputationes scholasticae, quibus auditores doctrinam penitus cognoscere, dilucide exponere, efficaciter tueri assuescant.

2. - ***Studiorum curriculum***

Art. 31

Studiorum curriculum absolvitur:

a) in Facultate Theologica annis quinque;

b) in Facultate Iuris Canonici annis tribus;

c) in Facultate Philosophica annis quattuor;

d) in Pontificio Instituto Biblico annis tribus;

e) in Pontificio Instituto Studiorum Orientalium annis tribus;

/) in Pontificio Instituto Utriusque Iuris annis quattuor;

g) in Pontificio Instituto Archaeologiae Christianae annis tribus;

h) in Pontificii Instituti Musicae Sacrae ***sectione*** Cantus gregoriani annis tribus, ***sectione*** Compositionis sacrorum concentuum annis quinque, ***sectione*** Organi annis quattuor.

Art. 32

Statuta Universitatis vel Facultatis decernant quae ratio habenda sit graduum academicorum qui in aliis disciplinis acquisiti sint. atque studiorum alibi, praesertim in clericorum Seminariis vel Collegiis, peractorum ad curriculum opportune contrahendum, spectatis Ordinationibus Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

3. - ***Disciplinae tradendae et examina***

Art. 33

§ 1. - Disciplinae dividuntur in:

principales, quae essentialiter requiruntur ad finem Facultatis assequendum;

auxiliares, quae ad principales bene tractandas necessariae sunt;

speciales, quae disciplinas, sive principales sive auxiliares,, complent quodammodo atque perficiunt.

§ 2. - In singulis Facultatibus, pro suis cuiusque peculiaribus traditionibus et pro locorum rationibus, praeter disciplinas principales et auxiliares, etiam aliquot ex specialibus tradantur vel peculiares cursus de quaestionibus maioris momenti ex disciplinis sive principalibus sive auxiliaribus instituantur. Quae speciales disciplinae vel peculiares cursus apte in sectiones distribui possunt.

§ 3. - Auditoribus ad gradus academicos contendentibus praescribuntur omnes disciplinae principales et auxiliares ac praeterea una alterave ex specialibus aut aliquot cursus peculiares, ad normam Statutorum Universitatis vel Facultatis.

Art. 34

Ad validitatem graduum academicorum examina subeunda sunt de omnibus et singulis disciplinis ad normam art. 33 § 3 praescriptis.

TITULUS IV

De collatione graduum academicorum

Art. 35

Gradus academici in Universitatibus vel Facultatibus studiorum ecclesiasticorum nomine Summi Pontificis regnantis et, Sede vacante, nomine Sanctae Sedis conferuntur.

Art. 36

§ 1. - Gradus academici ab Academiis vel Collegiis vel Institutis cuiuscumque generis quae scholas proprias non habent, conferri nequeunt, salvo praescripto § 2.

§ 2.-Pontificia Commissio de Re Biblica, ex Litteris Apostolicis Pii Pp. X ***Scripturae Sanctae*** d. d. 23 Februarii 1904, Licentiam et Lauream in Re biblica conferre potest, ad normam tamen, congrua congruis referendo, praescriptorum art. 24, 25 I°, *2o* ***b),*** 26, 38, 39, 40, 43 ***d),*** 44, 45 ***d),*** 46, 52.

Art. 37

Firmis praescriptis art. 24, 25, 26, 32, 36, ut quis ad gradus academicos consequendos admitti possit, necesse est scholas de omnibus disciplinis, ad normam art. 33 § 3 praescriptis, rite frequentaverit in Facultate canonice erecta et approbata.

Art. 38

Qui gradibus academicis donandi sunt professionem fidei emittant secundum formulam a Sancta Sede approbatam, ad normam can. 1406 § 1, 8° O. I. C. et Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. Officii d. d. 22 Martii 1918.

Art. 39

Nemo Laurea donetur, nisi Licentiam antea consecutus sit.

• Art. 40

Universitates vel Facultates Lauream ***ad honorem*** conferre nequeunt, nisi ex peculiari concessione singulis in casibus a Sancta Sede impetranda.

1. - ***Baccalaureatus***

Art. 41

Baccalaureatus conferri non potest:

a) in sacra Theologia ante expletum annum secundum ab incepto studiorum curriculo;

b) in Iure canonico ante expletum annum primum;

c) in Philosophia ante expletum annum secundum;

d) in Re biblica ante expletum annum primum;

e) in Studiis orientalibus ante expletum annum primum;

/) in utroque Iure ante expletum annum secundum;

g) in Archaeologia christiana ante expletum annum primum;

h) in Cantu gregoriano ante expletum annum primum, in Compositione sacrorum eoncentuum ante expletum annum tertium, in Organo ante expletum annum secundum.

Art. 42

Firmo praescripto art. 37, qui ad Baccalaureatum contendit, talibus examinibus de disciplinis superiore tempore traditis subiciatur, ut liqueat num ad curriculum persequendum ad normam art. 8 idoneus sit.

2. - *Licentia*

Art. 43

Licentia conferri non potest:

a) in sacra Theologia ante expletum annum quartum ab incepto studiorum curriculo;

b) in Iure canonico ante expletum annum secundum;

c) in Philosophia ante expletum annum tertium;

d) in Ee biblica ante expletum annum secundum;

e) in Studiis orientalibus ante expletum annum secundum;

/) in utroque Iure ante expletum annum tertium;

g) in Archaeologia christiana ante expletum annum secundum ;

h) in Cantu gregoriano ante expletum annum secundum, in Compositione sacrorum concentuum ante expletum annum quartum, in Organo ante expletum annum tertium.

Art. 44

Firmo praescripto art. 37, qui ad Licentiam contendit, subiciatur examini peculiari, ex quo appareat eum sibi comparasse doctrinam ad normam art. 9.

3. - *Laurea*

Art. 45

Laurea conferri non potest:

a) in sacra Theologia ante expletum annum quintum ab incepto studiorum curriculo;

b) in Iure canonico ante expletum annum tertium;

e) in Philosophia ante expletum annum quartum;

d) in Ee biblica ante expletum biennium post Licentiam;

e) in Studiis orientalibus ante expletum, annum tertium;

/) in utroque Iure ante expletum annum quartum;

g) in Archaeologia christiana ante expletum annum tertium;

h) in Cantu gregoriano ante expletum annum tertium, in Compositione sacrorum concentuum ante expletum annum quintum, in Organo ante expletum annum quartum.

Art. 46

§ 1. - Candidatus, omnibus praemittendis examinibus superatis et opera exercitationibus ad normam Statutorum Universitatis vel Facultatis data, ut Lauream assequi possit, debet praeterea ;

I° exhibere dissertationem scriptam, quae eum investigationibus scientificis aptum esse demonstret et ad scientiae profectum conducat quaeque saltem ex parte, secundum Statuta Universitatis vel Facultatis, typis edatur;

2° hanc ipsam dissertationem coram Auctoritatibus Academicis et Professoribus Universitatis vel Facultatis palam defendere.

§ 2. - Universitas vel Facultas, praeter dissertationem et dissertationis defensionem, aliquod aliud statuat experimentum ' a candidato coram dandum.

TITULUS V

De rebus didacticis et oeconomicis

1. - *Aedificium*

Art. 47

Quaevis Universitas vel Facultas auditoria habeat non solum scholis et exercitationibus unice destinata, sed etiam, tam amplitudine quam numero, disciplinis tradendis atque auditorum frequentiae respondentia.

2. - *Bibliotheca et adiumenta scientifica*

Art. 48

In unaquaque Universitate vel Facultate bibliotheca adsit ad Professorum auditorumque usum accommodata, in ordinem redacta, opportunis catalogis instructa, quae Universitatis vel Facultatis disciplinis tam tradendis quam discendis atque exercitationibus servire possit.

Art. 49

Universitas Vel Facultas, pro peculiari suo fine, institutis et laboratoriis scientificis ac rebus omnibus quae pro scholis requiruntur praedita sit.

3. - *Professorum et Officialium honoraria atque auditorum tributa*

Art. 50

§ 1. - Professoribus honoraria pendantur vitae honeste, pro amplissimi muneris dignitate, sustentandae et sui status necessitatibus consentanea.

§ 2. - Officialibus digna remuneratio concedatur.

Art. 51

Omnibus qui Universitati vel Facultati stabiliter servierint, cum a munere, iusta de causa, cessaverint, honoraria emerita ita statuantur, ut vitam decenter agere possint.

Art. 52

Statuta Universitatis vel Facultatis decernant quid auditores pro admissione, ascriptione annua, examinibus, diplomate persolvere debeant.

TITULUS VI

Normae transitoriae

Art. 53

Universa haec Constitutio valere incipiet a primo die anni academici 1932-1933; articuli vero 4, 35, 36, 38, 39, 40 a primo die anni academici 1931-1932.

Art. 54

Studia et examina, quae in Universitatibus vel Facultatibus ad gradus academicos consequendos ante annum academicum 1932-1933 secundum leges usque adhuc vigentes facta sint, valida habentur. Reliqua vero studia et examina a primo die anni academici 1932-1933, etiam auditoribus qui curriculum iam antea inceperint, facienda sunt ad normam huius Constitutionis et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus Ordinationum.

Art. 55

Facultates Theologicae canonice erectae pro iis qui, curriculo philosophico-theologico ad normam can. 1365 C. I. C. expleto* aliquas disciplinas theologicas altius pleniusque excolere intendunt, manere permittuntur, donec Sanctae Sedi aliud visum fuerit; interim tamen Statuta sua, quantum salvo peculiari earum fine fieri potest, ad hanc Constitutionem et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus Ordinationes accom* modare debent.

Art. 56

Omnes Universitates vel Facultates studiorum ecclesiasticorum a Sancta Sede iam erectae et approbatae, comprehensis his de quibus in art. 55, Statuta sua, ad hanc Constitutionem et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus Ordinationes accommodata, ante diem trigesimum mensis Iunii anni .1932 eidem Sacrae Congregationi exhibere debent, simul cum relatione de vita academica et oeconomica superioris triennii.

Art. 57

Si qua Universitas vel Facultas praescripto art. 56 non obtemperaverit, ius vel privilegium gradus academicos conferendi ipso facto amittet.

Art. 58

Vigentes in praesenti contra hanc Constitutionem leges vel consuetudines, sive universales sive particulares, etiam specialissima efc individua mentione dignae, abrogantur. Item privilegia a Sancta Sede ad haec usque tempora personis sive physicis sive moralibus concessa, quae eiusdem Constitutionis praescriptis contraria sint, omnino revocantur.

Volumus denique ut praesentium Litterarum exemplis etiam impressis, sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel in officio constituti munitis et nomine alicuius notarii publici subscripto, eadem prorsus adhibeatur fides, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent.

• ' Quae autem per hanc Nostram Constitutionem statuimus, decrevimus, ediximus, mandavimus, rata omnia et firma consistere ac permanere auctoritate Nostra volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo primo, die vicesima quarta mensis Maii, in Festo Pentecostes, Pontificatus Nostri anno decimo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *Cancellarius S. B. E.*

CAIETANUS CARD. BISLETI, *Sacrae Congreg, de Seminariis et Studiorum Universitatibus Praefectus.*

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonotariorum Apost.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ï& Plumbi

***Reg. in Canc. Ap., vol. XLIV, n. 22,* - M. Riggi.**

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

ORDINATIONES

AD CONSTITUTIONEM APOSTOLICAM « DEUS SCIENTIARUM DOMINUS » DE UNIVERSITATIBUS ET FACULTATIBUS STUDIORUM ECCLESIASTICORUM RITE EXSEQUENDAM.

Sacra Congregatio Seminariis et Studiorum Universitatibus praeposita, ad normam art. 12 Constitutionis Apostolicae « *Deus scientiarum Dominus* » d. XXIV Maii anno MDCCCCXXXI datae, Ordinationes quae sequuntur Universitatibus et Facultatibus studiorum ecclesiasticorum tradit easdemque religiose servandas praescribit.

TITULUS I

Normae generales

(Const. Apost., art. **1-12)**

Art. 1

Cum a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus petitur ut Universitas vel Facultas canonice erigatur cum iure conferendi gradus academicos,

I° ostendatur ob locorum et temporis rationes opportunum esse novam Universitatem vel Facultatem erigi et spem certam fore, ut erigenda Universitas vel Facultas veram afferat utilitatem;

2° demonstretur haberi posse omnia quae requiruntur, ut Universitas vel Facultas vita scientifica floreat:

a) iustum Professorum numerum ad normam art. 19 Constitutionis Apostolicae,

b) auditoria, bibliothecam, supellectilem, sicut in art. 47-49 Constitutionis Apostolicae et in art. 44-46 harum Ordinationum praescribitur,

c) pecuniae summam quae necessitatibus Universitatis vel Facultatis sufficiat;

3° exhibeantur:

a) Statuta eum *Ratione Studiorum* Constitutioni Apostolicae et hi» Ordinationibus congruentia,

h) aedium descriptio,

e) accepti et expensi annui accurata propositio.

Art. 2

Sacra Congregatio ius conferendi gradus academicos non ante concedet, quam ea quae requiruntur ad effectum perducta sint; neque ius illud in modum stabilem confirmabit, nisi nova Universitas vel Facultas vitae suae academicae Constitutioni Apostolicae et bis Ordinationibus congruentia per aliquot annos experimentum dederit.

Art. 3

Ad Statuta conficienda ante oculos habeantur Normae quae *Appendice II,* his Ordinationibus adiuncta, continentur.

Art. 4

Singulae Universitates vel Facultates canonice erectae et approbatae tertio quoque anno ad Sacram Congregationem dé Seminariis et Studiorum Universitatibus relationem de statu suo tam academico quam oeconomico, secundum Normas his Ordinationibus *Appendice ì l i* adiunctas, mittere debent.

TITULUS II

De personis et regimine
***(Const. Apost,,* art. 13-28)**

1. - *Auctoritates Academicae - Officiales*
***(Const. Apost.,* art. 13-18)**

Art. 5

Magnus Cancellarius

I° doctrinae orthodoxiam tutatur;

2° providet ut praescripta Sanctae Sedis fideliter observentur;

3° Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus nomina proponit eorum qui ad Rectoris vel Praesidis officium exercendum apti habeantur, aut ab eadem confirmationem petit eius qui Rector vel Praeses ad normam art. 16 Constitutionis Apostolicae ab aliis nominatus sit;

4° professionem fidei Rectoris vel Praesidis, secundum formulam a Sancta Sede approbatam, ad normam art. 1406 § 1, 8° C. I. C. et Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. Officii d. d. 22 Martii 1918, accipit;

Ö° Professoribus legitime nominatis missionem canonicam confert eosdemque hac missione ad normam art. 22 Constitutionis Apostolicae privare potest;

6° examinibus ad Lauream consequendam, de quibus in art. 46 § 1, 2° et § 2 Constitutionis Apostolicae, de iure praesidet-

7° documentis authenticis Licentiae et Laureae primo loco subscribit vel suo nomine ab alio subscribendum curat;

8° Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus de rebus gravioribus, quae ad Universitatem vel Facultatem pertinent, certiorem facit, eique tertio quoque anno accuratam relationem, de qua in art. 4 harum Ordinationum, exhibet.

Art. 6

Rector vel *Pretesesi*

1° exsequitur praescripta Sanctae Sedis et Statuta Universitatis vel Facultatis;

2° accipit **professioDem** fidei secundum formulam a Sancta Sede approbatam omnium Professorum Universitatis vel Facultatis, ad normam can. 1406 § 1 n. 8° C. I. C. et Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. Officii d. d. 22 Martii 1918, itemque eorum qui, examine superato, academicis gradibus donandi sunt;

3° curat ut Professores in docendo Bationem Studiorum rite approbatam accurate sequantur;

4° convocat Universitatis vel Facultatis Consilia, eisque praesidet;

5° auditores ad Universitatem vel Facultatem admittit, eorum studiis et moribus prospicit eosque, si quid culpae commiserint, meritis poenis ad normam art. 28 Constitutionis Apostolicae plectit;

6° examinibus, ad normam art. 42 et 44 Constitutionis Apostolicae subeundis, si intersit, praesidet;

7° documentis authenticis Baccalaureatus primo loco et ceterorum graduum academicorum secundo loco subscribit;

8° ad Magnum Cancellarium de studiis, disciplina, rebus pecuniariis refert;

9° quotannis ad Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus summaria ad rem *statisticam* pertinentia, secundum schemata ab eadem Sacra Congregatione redigenda, mittit.

Art. 7

Facultatis Decanus

I° vigilanter custodit doctrinam in propria Facultate tradendam;

2° praeest conventibus Facultatis, nisi ipse Bector intersit;

3° refert ad Eectorem quae a Facultate proponuntur;

4° quae ab Auctoritatibus superioribus statuuntur, in Facultate exsequenda curat;

5° de iure praeest examinibus de quibus in art. 34 Constitutionis Apostolicae, salvis art. 5, 6° et art. 6, 6° harum Ordinationum.

Art. 8

Officiales pro muneris sui gravitate in maiores et minores dividuntur.

Art. 9

Rector Magnificus, Praeses, Decani in rebus, quae maioris momenti sunt, sua cuiusque Consilia interrogare debent.

2. - *Professores*
***(Const. Apost.*, art. 19-22)**

Art. 10

Qui praesunt Universitati vel Facultati caveant, ne cui Professori munus concredant tradendi disciplinas inter se dispares, neve quemquam numero scholarum ita onerent, ut a debita earum praeparatione et **a** labore scientifico prohibeatur.

Art. 11

Professoribus non licet onera vel officia obire, quibus a munere docendi rite implendo impediantur.

3. - *Auditores*
***(Const. Apost.*, art. 23-28)**

Art. 12

Universitatis vel Facultatis auditores, qui quacumque de causa ad gradus academicos non contendunt, admitti possunt sive ad omnes scholas frequentandas sive ad aliquas tantum, quas sibi eligerint, firmo tamen praescripto art. 24 Constitutionis Apostolicae.

Art. 13

Curriculum medium studiorum classicorum, de quo in art. 25, 1° Constitutionis Apostolicae, praeter convenientem institutionem religiosam et linguas litterasque latinas, graecas, patrias, quae disciplinae praecipuae sunt, complecti debet etiam Historiam naturalem, Mathesim, Physicam, Chimiam, Geographiam, Historiam civilem, et quidem tantum quantum in eo qui ad studia academica accedit requiri solet, secundum normas Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

Art. .14

Curriculum medium studiorum classicorum rite peractum esse documentis authenticis Auctoritatis ecclesiasticae vel civilis probari debet, firmo iure Universitatis vel Facultatis imponendi examen, quandocumque documenta allata non sufficere censeantur.

Art. 15

Si quis alumnus e schola media sive civili sive ecclesiastica venerit, in qua una vel plures disciplinae, de quibus in art. 13, omnino non sint aut saltem non satis sint traditae, earum studium supplere atque in examine satisfacere debet, secundum Statuta Universitatis vel Facultatis.

Art. 16

§ 1. - Biennium Philosophiae scholasticae, quod ex art. 25, 2° *a)* Constitutionis Apostolicae prorsus requiritur ut quis in Facultate Theologica gradus academicos appetere possit, complectitur studium Logicae, Cosmologiae, Psychologiae, Criticae seu Criteriologiae, Ontologiae, Theologiae naturalis, Ethicae et Iuris naturalis, Historiae philosophiae.

§ 2. - Biennium, de quo in § 1, rite absolvi debet, curriculo medio studiorum classicorum confecto, in Facultate Philosophica vel in aliqua schola superiore ad Philosophiam scholasticam docendam destinata et ab Aucto^ ritate ecclesiastica ad hoc approbata.

§ 3. - Qui legitimis documentis probaverit se cursum Philosophiae scholasticae aliter ac in § 2 praescribitur absolvisse, in Facultatem Theologicam ascribi non potest, nisi in illius disciplinae studium saltem per annum in Facultate Philosophica vel in schola, de qua in eadem § 2, incubuerit et in examine de omnibus Philosophiae scholasticae partibus satisfecerit.

Art. 17

§ 1. - Ab una Universitate vel Facultate ad aliam transire licet etiam ad eadem studia continuanda, ea tamen condicione ut nemo ad Licentiam admittatur, quin tempore curriculi peracti omnes disciplinas ad normam art. 33 § 3 Constitutionis Apostolicae praescriptas rite absolverit.

§ 2. - Transitus, de quo in § 1, fieri potest tantum initio anni academici aut, ubi annus academicus in semestria dividitur, initio singulorum semestrium.; ne fiat tamen nisi iusta de causa.

§ 3. - Firmis praescriptis § 1 et § 2, Universitatibus vel Facultatibus ius est iis qui ab aliis ad se transierint rationem et ordinem studiorum statuendi.

TITULUS III

De ratione studiorum
***(Const. Apost.,* art. 29-34)**

1. - *Methodus generalis docendi*

***(Const. Apost.,* art. 29-30)**

Art. 18

§ 1. - Quae in art. 29 *a)* et *c)* Constitutionis Apostolicae de institutione ad Angelici Doctoris rationem, principia, doctrinam statuuntur sancte serventur, ad normam Litterarum Encyclicarum Leonis Pp. XIII *Aeterni Patris* d. d. 4 Augusti 1879 et Pii Pp. XI *Studiorum Ducem* d. d. 29 Iunii 1923.

§ 2. - In parte disciplinarum *positiva* auditores ita instituantur, ut non solum ipsam doctrinam probe addiscant, sed etiam fontes singulis disciplinis proprios legesque eosdem interpretandi cognoscant atque laboris scientifici subsidia et adiumenta cum fructu adhibere assuescant.

§ 3. - In quaestionibus *speculativis* sive Theologiae sive Philosophiae adhibeatur methodus quam scholasticam vocant, non neglecta, tam in proponendis argumentis quam in afferendis, disputandis, solvendis difficultatibus, forma *syllogistica.* Hac autem methodo auditorum mentes ita excolantur, ut apti paratique efficiantur non solum ad falsa systemata erroresque antehac exortos diiudicandos et refutandos, sed etiam ad discernendas et ex veritate aestimandas sententias novas quae forte in disciplinis theologicis vel philosophicis exoriantur.

Art. 19

Disciplinarum principalium, quae Universitatis vel Facultatis veluti summam constituunt, gravitas et excellentia etiam ex numero lectionum et professorum eluceant.

Art. 20

InFacultate Theologica, Iuris Canonici, Philosophica disciplinae principales totae tradendae sunt in scholis.

Art. 21

Sacra Scriptura, Theologia dogmatica, Theologia moralis, Philosophia scholastica, Codex iuris canonici et Ius romanum tradantur lingua latina. Professores autem operam dent ut auditores vim locutionum *technicarum* plene et accurate intellegant.

Art. 22

In exercitationibus, de quibus in art. 30 § 1 Constitutionis Apostolicae, professoris est principia methodica propriae scientiae exponere, nisi id in cursu peculiari fiat, et eorundem rectae applicationi invigilare, ita ut singuli discipuli ad legendos et interpretandos fontes, ad tractandas et diiudicandas quaestiones peculiares et praesertim ad scribendum, etiam in lingua vernacula, de selectis scientiae argumentis instituantur.

Art. 23

Exercitationes initium sumere debent: in Facultate Theologica et Philosophica saltem a *tertio* curriculi anno, in Facultate Iuris Canonici saltem a *secundo,* in Pontifìcio Instituto Utriusque Iuris a *secundo,* in Pontifìcio instituto Biblico, in Pontifìcio Instituto Studiorum Orientalium, in Pontificio Instituto Archaeologiae Christianae, in Pontificio Instituto Musicae Sacrae iam inde ab anno *primo.*

Art. 24

In disputationibus scholasticis, de quibus in art. 30 § 2 Constitutionis Apostolicae, aliquis ex auditoribus thesim a Professore indicatam, eodemque vel alio Professore moderante, exponet, demonstrabit atque vindicant a difficultatibus, quas condiscipuli antea designati, et post hos, pro opportunitate, etiam alii opposuerint.

Art. 25

Ultimo curriculi anno scholae paucae sint; exercitationes autem continuentur quidem, ita tamen ut amplum temporis spatium dissertationi pro Laurea praeparandae relinquatur.

2. - *Studiorum curriculum*
***(Const. Apost.*, art. 31-32)**

Art. 26

Ut studiorum curriculum ad normam art. 32 Constitutionis Apostolicae contrahatur, haec quae sequuntur in primis serventur:

I° *In 'Facultate Theologica:*

qui, studiis mediis classicis rite peractis, Philosophiae scholasticae per biennium operam dederint ad normam art. 16 harum Ordinationum et deinde quadriennium theologicum ad normam can. 1365 C. I. C. rite absolverint, ad quartum curriculi annum, praemisso examine, admitti possunt.

2° *En Facultate Iuris Canonici:*

a) qui quadriennium theologicum in aliqua Facultate Theologica canonice erecta et approbata rite peregerint, admitti possunt, nullo facto examine, in primum curriculi annum;

b) qui quadriennium theologicum extra Facultatem Theologicam rite absolverint, ut in Facultatem Iuris Canonici ascribi possint, superare debent examen de Institutionibus iuris canonici;

c) qui quadriennium theologicum, de quo sub litt. *a)* et *b),* non peregerint, in Facultatem Iuris Canonici ascribi non possunt, nisi in examine de principiis Philosophiae moralis, Iuris naturalis, Theologiae fundamentalis ac de Institutionibus iuris canonici rite satisfecerint;

d) qui lauream in Iure civili consecuti fuerint, curriculum Facultatis Iuris Canonici biennio conficere possunt, firma pro laicis obligatione examinis praescripti sub litt. *c).*

3° *In Facultate Philosophica:*

a) qui, studiis mediis classicis rite peractis, biennium philosophicum absolverint in schola superiore Philosophiae scholasticae, ab Auctoritate ecclesiastica ad hoc approbata, cui tamen non sit ius conferendi gradus academicos, recipi possunt, facto examine, in tertium annum Facultatis Philosophicae;

b) qui cursum Philosophiae scholasticae extra scholam, de qua sub litt. «), peregerint, curriculum Facultatis Philosophicae triennio conficere possunt.

3. - *Disciplinae tradendae et examina*
***(Const. Apost,* art. 33-34)**

Art. 27

Disciplinae principales et auxiliares ab omnibus Universitatibus et Facultatibus tradendae hic subiciuntur, facta singulis Universitatibus et Facultatibus potestate aliquot alias disciplinas omnibus auditoribus praescribendi.

Pro Facultate Theologica, Iuris Canonici, Philosophica in *Appendice* J, his Ordinationibus adiuncta, recensentur, in modum exempli, complures disciplinae speciales et cursus peculiares atque indicantur aliquot eorum sectiones ad normam art. 33 § 2 Constitutionis Apostolicae.

I. - FACULTAS THEOLOGICA

1. - *Disciplinae principales:*

a) Theologia fundamentalis;

b) Theologia dogmatica;

c) Theologia moralis;

d) Scriptura sacra (i. e. Introductio et Exegesis Veteris et Novi Testamenti);

e) Historia ecclesiastica, Patrologia, Archaeologia christiana;

/) Institutiones iuris canonici.

2. - *Disciplinae auxiliares:*

a) Lingua hebraica et graeco-biblica;

b) Institutiones systematico-historicae Liturgiae;

c) Ascetica;

d) Quaestiones theologicae ad Orientales maxime spectantes.

3. - *Disciplinarum specialium* et *cursuum peculiarium* exempla vid. in *App. I f n. 1.*

II. - FACULTAS IURIS CANONICI

1. - *Disciplinae principales:*

a) Introductio in scientias iuridicas (Ius naturale, Philosophia iuris);

b) Normae Generales - *Liber I Codicis I. C;*

c) De Personis - *Liber II Codicis I. C;*

d) De Eebus - *Liber III Codicis I. C;*

e) De Processibus - *Liber IV Codicis I. C;*

f) De Delictis et Poenis - *Liber V Codicis I. C;*

g) Ius publicum ecclesiasticum.

2. - *Disciplinae auxiliares:*

a) Institutiones iuris romani;

b) Ius concordatarium *(ubi viget Concordatum);*

c) Elementa iuris civilis vigentis;

d) Historia iuris canonici (fontes, instituta, scientia).

3. - *Disciplinarum specialium* et *cursuum peculiarium* exempla vid. in *App.* I, *n.* **2.**

III. - FACULTAS PHILOSOPHICA

1. - *Disciplinae principales:*

a) Philosophia scholastica, exponenda secundum omnes suas partes (Logica, Cosmologia, Psychologia, Critica seu Criteriologia, Ontologia, Theologia naturalis, Ethica et Ius naturale), praemissa Introductione generali;

b) Historia philosophiae.

2. - *Disciplinae auxiliares:*

a) Psychologia experimentalis;

b) Quaestiones scientificae cum Philosophia coniunctae ex
Biologia,
Anthropologia,
Mathesi,
Physica,
Chimia;

c) Interpretatio textuum selectorum ex Aristotele et S. Thoma Aquinate.

3. - *Disciplinarum specialium* et *cursuum peculiarium* exempla vid. in *App. T, n. 3.*

IV. j- PONTIFICIUM: INSTITUTUM BIBLICUM

1. - *Disciplinae principales:*

a) Quaestiones graviores Introductionis generalis et specialis in sacram Scripturam;

b) Exegesis pericoparum selectarum ex sacris Litteris;

c) Theologia biblica;

d) Cursus altiores de linguis biblicis (hebraica, aramaica, graeco-hellenistica);

e) Lingua aliqua orientalis (praeter hebraicam et aramaicam). Linguae autem inter quas selectio fieri potest, in primis sunt hae: syriaca, accadica et sumerica, arabica, aegyptiaca antiqua.

2. - *Disciplinae auxiliares:*

a) Historia biblica;

b) Geögraphia biblica;

c) Archaeologia biblica.

3. - *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

V. - PONTIFICIUM INSTITUTUM STUDIORUMJORIENTALIUM

1. - *Disciplinae principales:*

a) Theologia fundamentalis et dogmatica cum doctrinis Orientalium dissidentium comparata;

b) Patrologia orientalis;

e) Liturgiae orientales;

d) Historia ecclesiastica orientalium;

e) Ius canonicum orientale.

2. - *Disciplinae auxiliares:*

a) Introductio in studia orientalia christiana;

b) Archaeologia Orientis christiani;

c) Una ex his linguis: aethiopica, arabica, armena, eoptica, georgiana, graeca antiqua et recentior, palaeoslavica, rumena, russica, syriaca, turcica.

3. - *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

VI. - PONTIFICIUM INSTITUTUM UTRIUSQUE IURIS

Praeter disciplinas Facultatis Iuris Canonici proprias

•1. - *Disciplinae principales:*

a) Ius romanum;

b) Ius publicum internum comparatum;

c) Ius poenale comparatum;

d) Ius processuale comparatum;

e) Ius privatum comparatum;

/) Ius internationale.

2. - *Disciplinae auxiliares:*

a) Oeconomia socialis;

b) Notiones statisticae;

c) Medicina legalis;

d) Historia iuris romani;

e) Historia iuris civilis, praesertim iuris communis.

3. - *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

VII. - PONTIFICIUM INSTITUTUM ARCHAEOLOGIAE CBRISTIANAE

1. - *Disciplinae principales:*

a) Historia, Liturgia, Hagiographia Ecclesiae antiquae;

b) Architectura et Historia aedificiorum sacrorum Ecclesiae antiquae;

c) Descriptio et Historia coemeteriorum christianorum primae aetatis;

d) Iconographia sacra Ecclesiae antiquae (pictura, sculptura, artes minores);

e) Epigraphia Ecclesiae antiquae.

2. - *Disciplinae auxiliares:*

a) Introductio critica in fontes historiae Ecclesiae antiquae;

b) Methodologia studiorum de monumentis christianis;

c) Institutiones romanae primorum Ecclesiae temporum;

d) Technologia de antiquis monumentis efíodiendis servandisque.

3. - *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

VIII. - PONTIFICIUM INSTITUTUM MUSICAE SACRAE

A) *Cantus gregorianus*

1. - *Disciplinae principales:*

a) Theoria gregoriana generalis;

b) Aesthetica, altior Theoria, Paiaeographia gregoriana;

c) Institutiones sacrae liturgiae;

d) Exercitationes cantus gregoriani.

2 . - *Disciplinae auxiliares:*

a) Historia musicae, cantus gregoriani, legislationis ecclesiasticae de musica sacra;

b) Solmisationis variae species;

c) Ars recte canendi;

d) Ars gregorianos concentus moderandi;

e) Harmonia et Contrapunctum;

/) Ars pulsandi organum et « pianoforte » quod *complementare* dicitur;

g) Ars consociandi organum cum cantu gregoriano.

3. - *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

B) *Compositio sacrorum concentuum*

1. - *Disciplinae principales:*

Praeter disciplinas de quibus sub litt. *A)* 1-a), *c), d)*

a) Harmonia, Contrapunctum, Fuga;

b) Ars componendi secundum varias músicas formas.

2. - *Disciplinae auxiliares:*

Praeter disciplinas de quibus sub litt. *A) 2-a), b), c), f), g)*

a) Musicologia;

b) Polyphonia sacra secundum normas veterum summorum que auctorum;

c) Ars chorum moderandi;

d) Ratio iudicandi de musicis compositionibus;

e) Ars symphonica *(Strumentazione).*

3. - *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

C) *Organum*

1. - *Disciplinae principales:*

Praeter disciplinas de quibus sub litt. *A) 1-a), c), d) et B) 1-a)*

a) Ars pulsandi organum quod *principale* dicitur;

b) Ars consociandi ex improviso organum cum cantu gregoriano;

c) Ars componendi in organo modos musicos secundum antiquum ac recentiorem stilum.

2. *Disciplinae auxiliares:*

Praeter disciplinas de quibus sub litt. *A) 2-a),* ***b),*** *c), g)* et *B) 2-**b),** d)*

Historia, Structura, Aesthetica organi -Illustriores musicae cum organo auctores - Eatio docendi artem pulsandi organum.

3. - *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

Art. 28

Disciplinae speciales seligantur pro cuiusque Universitatis vel Facultatis traditionibus et regionis necessitatibus, ad principia doctrinae catholicae in varias vitae intellectualis provincias efficacius diffundendas.

Art. 29

§ 1. - Auditores scholas omnes disciplinarum, quae in art. 33 § 3 Constitutionis Apostolicae praescribuntur, frequentare debent. Si quis auditor ab iis ita afuerit (cum vel sine causa), ut omnes absentiae simul sumptae tertiam partem anni aut semestris academici adaequent, annus ille aut semestre numero praescripto non comprehendetur, salvis poenis quibus, si culpam commiserit, vi Statutorum Universitatis vel Facultatis obnoxius esse poterit.

§ 2. - Exercitationibus, quae Statutis Universitatis vel Facultatis ad normam art. 30 § 1 Constitutionis Apostolicae praescribuntur, auditores ad gradus academicos contendentes non solum interesse, sed communi cum sodalibus labore et propriis commentationibus operam dare debent.

Art. 30

Horae scholarum ne tot sint numero, ut auditores ultra modum onerentur et tempore, quod studio privato, exercitationibus, examinibus parandis impendendum est, priventur.

Art. 31

§ 1. - Examina, de quibus in art. 34 Constitutionis Apostolicae, possunt esse, pro singulis disciplinis, sive unica sive plura, modo universam materiam complectantur.

§ 2. - Examina, de quibus in § i, possunt fieri aut solum coram aut etiam scripto.

Art. 32

Statutis Universitatis vel Facultatis definiatur, qua ratione examinatores suum de candidato iudicium significare debeant.

Art. 33

In iudicio ultimo de candidatis ad singulos gradus academicos ratio habeatur omnium suffragiorum quae ii in diversis 'experimentis, sive scripto sive coram factis, tulerunt.

Art. 34

Ad omnia examina coram subeunda Professoribus et auditoribus liber patet aditus.

TITULUS IV

De collatione graduum academicorum

(Const. Apost., art. 35-46)

(Const. Apost., art. 35-42)

Art. 35

Firmo praescripto art. 40 Constitutionis Apostolicae, potestas conferendi Lauream *ad honorem* tum tantum a Sancta Sede postulari poterit, cum Magnus Cancellarius et duae saltem partes Professorum ordinariorum Universitatis vel Facultatis in id consenserint.

Art. 36

§ 1. - Documenta authentica de collatis gradibus academicis mentionem faciant iuris conferendi gradus academicos, quod Universitas vel Facultas a Sancta Sede impetravit.

§ 2.-Documentis, de quibus in § 1, ab omnibus, ad quos secundum praescripta art. 5, 7° et 6, 7° harum Ordinationum et peculiaria Universitatis vel Facultatis Statuta pertinet, subscribatur; eademque sigillo Universitatis vel Facultatis signentur.

1. - *Licentia*

***(Const. Apost.,* art. 43-44)**

Art. 37

§ 1. - Ut quis ad examen Licentiae admittatur, requiritur ut omnibus scholis et exercitationibus a Statutis Universitatis vel Facultatis, ad normam art. 30 et 33 § 3 Constitutionis Apostolicae atque art. 22 et 29 § 1 harum Ordinationum praescriptis, interfuerit et praeterea ut, ad normam art. 29 § 2 earundem Ordinationum, aptitudinis ad laborem scientificum dederit experimentum etiam scriptum.

§ 2. - Experimentum, de quo in § 1, in aliqua schola exercitationum dandum et a Professore ad quem pertinet diiudicandum est.

Art. 38

§ 1. - Qui ad Licentiam contendit in Facultate Theologica, Iuris Canonici, Philosophica, etsi iam annua vel semestria examina superaverit, subiciendus est examini peculiari ex quo appareat eum praecipuam Facultatis disciplinam universe caliere. Quare hoc examen in Theologia sit: *de universa sacra Theologia* (Theologia fundamentali, dogmatica, morali speculativa); in Iure canonico: *de universo Codice iuris canonici,* ratione simul habita legum ecclesiasticarum praecedentium; in Philosophia: *de universa Philosophia scholastica.*

Quae sit in Pontificiis Institutis, de quibus in art. 3 Constitutionis Apostolicae, materia examinis peculiaris, ad normam art. 44 Constitutionis eiusdem subeundi, eorum Statutis definiatur.

§ 2. - Peculiare examen, de quo in § 1, coram dandum est et sit saltem per horam.

§ 3. - Professores, qui in experimento, de quo in § 2, suffragium ferant, sint saltem quattuor.

Art. 39

Salvo praescripto art. 37, ad assequendam Licentiam, praeter examen coram subeundum, de aliqua saltem disciplina e principalibus examen etiam scripto faciendum est.

2. - *Laurea*

***(Const. Apost*,* art. 45-46)**

Art. 40

Statutis Universitatis vel Facultatis de dissertatione definiatur:

I° quomodo componenda sit,

2° quando et quot exemplaribus sit Universitati vel Facultati exhibenda.

Art. 41 •

§ 1.-Argumentum dissertationis approbandum est a Professore disciplinae ad quam dissertatio pertinet, de consensu Rectoris vel Praesidis Universitatis vel Facultatis.

§ 2. - Dissertatio examinanda et diiudicanda est a duobus saltem Professoribus rerum, de quibus agitur, peritis. Prius autem quam a censoribus dissertatio approbata sit, Prolyta seu Licentiatus ad eam palam defendendam admitti nequit.

§ 3. - Dissertationis defensio sollemniter fiat, navitatis, praeter Auctoritates ecclesiasticas, etiam aliis doctrina atque vitae condicione praestantibus.

§ 4. - Dissertationem oppugnare possunt, praeter censores, de quibus in § 2, et nonnullos Professores ad id designatos, etiam alii qui adsunt.

§ 5. - Professores qui in dissertationis defensione, de qua in § 3, et in experimento .ad normam art. 46 § 2 Constitutionis Apostolicae subeundo suffragium ferant, sint saltem quinque.

Art. 42

Examen coram faciendum, de quo in art. 46 § 2 Constitutionis Apostolicae, vel versabitur in definito numero thesium, quae artius sive cum rebus in dissertatione tractatis sive cum disciplinis quibus candidatus peculiariter operam dederit conectuntur; vel erit lectio palam habenda de argumento delecto ex disciplinis quibus candidatus in primis studuerit.

Art. 43

Universitas vel Facultas exemplar singularum dissertationum approbatarum ad Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus et ad omnes Universitates vel Facultates studiorum ecclesiasticorum canonice erectas et approbatas, saltem propriae nationis, mittere debet.

TITULUS V

De rebus didacticis et oeconomicis

***(Const. Apost.,* art. 47-52)**

1. - *Aedificium*

***(Const. Apost.,* art. 47)**

Art. 44

Auditoria sint satis ampla, aeri pervia, decora, ad leges hygieuicas et ad consuetudines scholarum in singulis regionibus vigentes accommodata.

2. - *Bibliotheca et adiumenta scientifica*
***(Const. Apost.,* art. 48-49)**

Art. 45

§ 1. - Quaevis Universitas vel Facultas bibliotheca *consultationis* instruatur, in qua inveniantur opera sacra et profana praecipua, ad laborem scientificum tam Professorum quam auditorum necessaria.

§ 2. - Diligenter providendum et certa pecuniae summa deposita cavendum est, ut bibliotheca non solum primo constituatur, sed etiam singulis annis voluminibus tam antiquis quam recens scriptis atque praecipuis *periodicis* secundum naturam Universitatis vel Facultatis augeatur.

§ 3. - Bibliothecae leges et normae tales statuantur, ut necessitatibus Professorum et auditorum quam maxime consulatur, simulque auditores a periculo vel temporis inutiliter terendi vel damni in fide vel moribus patiendi sedulo praeserventur.

§ 4. - Si singula instituta et laboratoria scientifica suam quodque bibliothecam non habeant, saltem curandum est ut accessus ad bibliothecam omnibus communem facile pateat.

Art. 46

§ 1. - Instituta ac laboratoria scientifica secundum rerum usum et necessitates aetatis nostrae adiumentis omnibus instruantur.

§ 2. - Nulli disciplinae ea desint quibus, pro sua quaeque natura, opus habet ad res suas accurate explanandas et illustrandas, ut sunt tabulae geographicae et historicae, summaria statistica, instrumenta scientifica.

3. - *Professorum et Officialium honoraria atque auditorum tributa*
***(Const. Apost.,* art. 50-52)**

Art. 47

Universitatis vel Facultatis Statutis definiatur quanta Professoribus et Officialibus pro diversis eorum gradibus pendenda sint honoraria. Qua in re ratio habeatur legitimarum consuetudinum in singulis regionibus vigentium et iustarum legum quas similia Athenaea sive publica sive privata sequuntur.

Art. 48

§ 1. - In statuendis quae ad normam art. 51 Constitutionis Apostolicae ratione muneris depositi adducenda sunt, generatim ea serventur quae in singulis regionibus pro casibus similibus statui solent.

§ 2. - Statutis Universitatis vel Facultatis accurate definiatur secundum quas regulas et normas singulis emérita honoraria addicantur.

§ 3. - In regulis et normis, de quibus in § 2, clare significetur qua cautione oeconomica Universitas vel Facultas fidem interponat fore, ut emérita honoraria certo solvantur.

Art. 49

§ 1. - In definiendo quantum auditores ad Universitatis vel Facultatis sumptus conferre debeant, serventur normae in aliis Athenaeis similibus vigentes, ratione tamen habita communis condicionis oeconomicae auditorum.

§ 2. - Universitas vel Facultas opportunis modis provideat, ne tributorum lege via graduum academicorum illis praecludatur, qui claro ingenio praediti spem faciunt se Ecclesiae valde utiles esse futuros.

§ 3. - Quibus condicionibus tributorum solutio auditoribus aut plene remitti aut in posterum differri possit, simili modo definiatur ac in aliis eiusdem regionis Athenaeis.

§ 4. - Universitas vel Facultas enitatur ut, quantum fieri potest, eae pecuniae augeantur ex quibus auditorum, qui id merentur, indigentiae succurratur, atque peculiaria constituantur beneficia scholastica, quae vulgo *Bursae studiorum* appeWantur, in auditores optimos alendos et sublevandos eroganda.

§ 5. - Universitas vel Facultas singulis annis pervulget quae et quibus condicionibus beneficia scholastica auditoribus conferantur.

Quas Ordinationes omnes et singulas Ssmus D. IST. Pius divina Providentia Pp. XI ratas habuit, confirmavit, evulgari iussit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Callisti, die xn mensis Iunii, in festo Sacratissimi Cordis Iesu, anno MDCCCCXXXI.

C. CARD. BISLETI, *Praefectus.*

L. ® S.

E. Ruffini, *Secretarius.*

APPENDIX I

Disciplinae speciales et cursus peculiares
secundum art. 27 Ordinationum

(Quae hic exempli causa subiciuntur, neque numero neque nominibus definita sunt, cum et augeri et dividi et diverso modo appellari possint).

1. - *Facultas Theologica*

Historia sacra Veteris et Novi Testamenti;

Theologia biblica Veteris et Novi Testamenti;

Quaestiones selectae de Inspiratione et Hermeneutica, ratione praesertim habita relationis ad Theologiam fundamentalem et dogmaticam;

Exegesis praecipuorum textuum dogmaticorum Veteris et Novi Testamenti;

Doctrina theologica alicuius Patris vel Doctoris Ecclesiae;

Quaestiones selectae ex Patrologia;

Interpretatio textuum selectorum SS. Patrum et S. Thomae Aquinatis;

Quaestiones selectae ex Theologia dogmatica speculativa;

Quaestiones selectae ex Theologia morali speculativa;

Quaestiones recentiores Apologeticae;

Mariologia;

Theologia pastoralis;

Theologia mystica;

Theologia liturgica;

Quaestiones selectae ex Archaeologia christiana;

Eloquentia sacra;

Catechetica;

Paedagogia;

Historiographia ecclesiastica;

Historia religionis;

Historia dogmatum;

Historia conciliorum;

Historia theologiae, in primis scholasticae eiusque methodi;

Historia et Fontes theologiae moralis;

Historia et Fontes iuris canonici;

Historia liturgiae;

Historia missionum;

Missiologiae

Ars sacra;

Linguae antiquae ad disciplinas Facultatis utiles.

SECTIONES: *Biblica, Dogmatica, Historica, Moralis, Iuridica.*

2. - *Facultas Iuris Canonici*

Ius ecclesiasticum orientale;

Ius liturgicum;

Ius missionum;

Ius romanum;

Diplomatia ecclesiastica;

Oeconomia socialis;

Notiones statisticae;

Medicina legalis;

Iurisprudentia ecclesiastica;

Praxis processualis canonica;

Methodologia historico-iuridica;

Epigraphia iuridica;

Diplomatica et Palaeographia iuridica;

Historia iuris romani;

Historia diplomatiae ecclesiasticae.

SECTIONES: *Dogmatica, Practica, Historica.*

3. - *Facultas Philosophica*

Quaestiones selectae ex singulis partibus philosophiae;

Aesthetica;

Moralis socialis et Sociologia;

Expositio doctrinae alicuius ex praecipuis philosophis cum interpretatione textuum selectorum;

Ius gentium;

Paedagogia;

Philosophia scientiarum;

Biologia generalis;

Anthropologia;

Mathesis superior;

Physica theorica;

Chimia generalis;

Methodologia historica;

Historia unius alteriusve partis philosophiae.

SECTIONES: *Metaphysica, Ethica, Sociologica, Scientifica, Historica.*

APPENDIX II

Normae ad,quas, secundum art. 3 Ordinationum, Universitatis vel Facultatis ^ Statuta „ conficienda sunt

Statuta Universitatis vel Facultatis, praemissa brevi eiusdem historia, declarare debent:

1. - Quem finem Universitas vel Facultas prosequatur; ex quibus scholis constet; quos gradus academicos conferat.

2. - Quis sit Magnus Cancellarius; ex quibus et quomodo eligatur Rector Magnificus vel Praeses et quamdiu munere fungatur.

3. - Quomodo nominentur Decani ceteraeque, si quae sint, Auctoritates Academicae atque Officiales tam maiores quam minores; quamdiu officio fungantur; quae sint eorum munera; ob quas rationes munus suum deponere possint; quae sint eorum honoraria ordinaria et emerita.

4. - Quae consilia habeantur; quomodo consiliarii norninentur; quamdiu in officio permaneant et quae eorum sint munera et iura.

5. - Quae inter Universitatem vel Facultatem ex una parte et clericorum Seminaria vel Collegia ex altera sint rationes; quomodo inter illam et ista distinctio servetur et mutuum auxilium foveatur.

6. - Qui sint Professorum ordines et quot saltem in ordinem Professorum ordinariorum cooptari debeant; quomodo singulorum ordinum Professores nominentur; quae sint normae petendae vel dandae missionis canonicae; qua ratione ab uno ad alium ordinem ascendere possint; quamdiu officio fungantur; quae singulorum ordinum sint munera et iura; quae in singulis sint annua honoraria et horum statis temporibus amplificationes; quae sint honoraria emerita; quibus poenis et quando professores plecti possint.

7. - Quaenam auditorum sint genera; quaenam documenta et quae condiciones ante ascriptionem requirantur; quae pecuniae sint solvendae; quibus condicionibus tributa remitti possint; quae sint condiciones ut quis ex alia Universitate vel Facultate recipi possit; quibus poenis et quando auditores plecti possint.

8. - Quae sit studiorum ratio cum elencho disciplinarum principalium et auxiliarium et specialium atque etiam cursuum peculiarium pro unaquaque Facultate et pro singulis gradibus academicis consequendis; quae disciplinae pro singulis curriculi annis praescriptae sint; quae disciplinae speciales seu cursus peculiares ab auditoribus seligi possint; quot horis in hebdomada singulae disciplinae et cursus tradantur; quae exercitationes,

instituta et laboratoria scientifica singulis curriculi annis ab auditoribus frequentari debeant; quae praescribantur examina et quae sint condiciones necessariae ad singulos gradus academicos adipiscendos; quomodo Professores iudicium suum de candidatis proferant; quae documenta graduum academicorum concedantur.

9. - Quae bibliothecae, instituta ac laboratoria scientifica habeantur et quibus normis generalibus haec omnia regantur.

10. - Quodnam patrimonium habeat Universitas vel Facultas, quomodo id administretur eiusdemque reditus impendantur; cuiusnam iudicio annua ratio accepti et expensi tam praeventiva quam consumptiva, quae dicuntur, subsit; quaenam inspectiones sive ordinariae sive extraordinariae ad pecuniae in scrinio asservatae tutelam habeantur.

APPENDIX III

Normae pro " Relatione triennali „ ad Sacram Congregationen de Seminariis et Studiorum Universitatibus, secundum art. 4 Ordinationum, mittenda

Quattuor partes distinguantur: *scientifica, didactica, moralis, oeconomica.* De singulis haec referri debent:

1. - Incrementa quae scholis, bibliothecis, institutis et laboratoriis scientificis allata sint; quid Universitas vel Facultas ad scientiarum incrementum contulerit; quae opera vel dissertationem sive a Professoribus, sive ab aliis, auspice tamen universitate vel Facultate, edita sint.

2. - Quae calendaria et scholarum programmata Universitas vel Facultas secuta sit.

3. - Quae sive ad Professorum sive ad auditorum statum spectent.

4. - Ratio accepti et expensi superioris triennii.

Annus XXIII - Vol. XXIII 6 Iulii 1931 Nam. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP. XI

LETTERA ENCICLICA

AI VENERABILI FRATELLI PATRIARCHI, PRIMATI, ARCIVESCOVI, VESCOVI E ALTRI ORDINARI AVENTI PACE E COMUNIONE CON LA SEDE APOSTOLICA: PER LA « AZIONE CATTOLICA ».

PIO PP. XI

VENERABILI FRATELLI

SALUTE ED APOSTOLICA BENEDIZIONE

Non abbiamo bisogno di annunciare a voi, Yenerabili Fratelli, gli avvenimenti che in questi ultimi tempi hanno avuto luogo in questa Nostra Sede Episcopale Eomana e in tutta Italia, che è dire nella Nostra propria dizione Primaziale, avvenimenti che hanno avuto così larga e profonda ripercussione in tutto il mondo, e più sentitamente in tutte e singole le diocesi dell'Italia e del mondo cattolico. Si riassumono in poche e tristi parole: si è tentato di colpire a morte quanto vi era e sarà sempre di più caro al Nostro cuore di Padre e Pastore di anime... e possiamo bene, dobbiamo anzi soggiungere: « e il modo ancor m'offende ».

È in presenza e sotto la pressione di questi avvenimenti che Noi sentiamo il bisogno e il dovere di rivolgerci e quasi venire in ispirito a ciascuno di voi, Venerabili Fratelli, innanzi tutto per compiere un grave ed ormai urgente dovere di fraterna riconoscenza; in secondo luogo per soddisfare ad un non meno grave

ed urgente dovere di difesa verso la verità e la giustizia, in materia che, riguardando vitali interessi e diritti della Santa Chiesa, riguarda pure voi tutti e singoli, dovunque lo Spirito Santo vi ha posto a reggerla insieme con Noi; vogliamo in terzo luogo esporvi quelle conclusioni e riflessioni che gli avvenimenti Ci sembrano imporre; in quarto luogo vogliamo confidarvi le Nostre preoccupazioni per l'avvenire: e finalmente vi inviteremo a dividere le Nostre speranze ed a pregare con Noi e coli'Orbe cattolico per il loro compimento.

I.

L'interna pace, quella che viene dalla piena e chiara consapevolezza di essere dalla parte della verità e della giustizia, e di combattere e soffrire per esse, quella pace che solo il Re divino sa dare e che il mondo, come non sa dare, così non può togliere, questa pace benedetta e benefica, grazie alla divina Bontà e Misericordia, non Ci ha mai abbandonato e mai, ne abbiamo piena fiducia, Ci abbandonerà, qualunque cosa avvenga; ma questa, pace, come già nel cuore di Gesù appassionato, così nel cuore dei suoi fedeli servitori lascia libero accesso (voi lo sapete troppo bene, Venerabili Fratelli), a tutte le amarezze più amare, e anche Noi abbiamo sperimentato la verità di quella misteriosa parola: « Ecce in pace amaritudo mea amarissima ».[1] II vostro pronto, largo, affettuoso intervento, che ancora non cessa, Venerabili Fratelli, i fraterni e filiali sentimenti, e sovratutto quel senso di alta soprannaturale solidarietà e intima unione di pensieri e di sentimenti, di intelligenze e di volontà spiranti dalle vostre amorevoli comunicazioni, Ci hanno riempito l'anima di indicibili consolazioni e Ci hanno spesse volte chiamate dal cuore sulle labbra le parole del Salmo:[2] « Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consortiones tuae laetifìcaverunt animam meam ». Di tutte queste consolazioni, dopo Dio, voi di tutto cuore ringra-

[1] **Is., XXXVIII, 17.**
[2] ***Psalm. XCIII,* 19.**

ziamo, Venerabili Fratelli, voij ai qnali possiamo anche Noi dire come Gesù ai vostri antecessori, agli Apostoli: « Nos qui permansistis mecum in tentationibus meis ».[1]

Sentiamo pure e vogliamo pur compiere il dovere dolcissimo al cuore paterno di ringraziare con voi, Venerabili Fratelli, i tanti buoni e degni figli vostri, che individualmente e collettivamente, singoli e delle svariate organizzazioni ed associazioni di bene e più largamente delle Associazioni di Azione Cattolica e di Gioventù Cattolica. Ci hanno inviato tante e così filialmente affettuose espressioni di condoglianza, di devozione e di generosa e fattiva conformità alle Nostre direttive, ai Nostri desideri. È stato per Noi singolarmente bello e consolante vedere le « Azioni Cattoliche » di tutti i Paesi, dai più vicini ai più lontani, trovarsi a convegno presso il Padre comune, animate e come portate da un unico spirito di fede, di pietà filiale, di generosi propositi, esprimendo tutti la penosa sorpresa di vedere perseguitata e colpita l'Azione Cattolica là, al Centro dell'Apostolato Gerarchico, dove essa ha maggior ragione di essere, essa che in Italia, come in tutte le parti del mondo, secondo l'autentica ed essenziale sua definizione e secondo le assidue e vigilanti Nostre direttive, da Voi, Venerabili Fratelli, tanto generosamente secondate, non vuole nè può essere se non la partecipazione e collaborazione del laicato all'Apostolato Gerarchico.

Voi, Venerabili Fratelli, porterete l'espressione della Nostra paterna riconoscenza a tutti i vostri e Nostri figli in Gesù Cristo, che si sono mostrati così bene cresciuti alla vostra scuola e così buoni e pii verso il Padre comune, così da farci dire: « superabundo gaudio in tribulatione nostra ».[2]

A voi, Vescovi di tutte e singole le diocesi di questa cara Italia, a voi non dobbiamo soltanto l'espressione della Nostra riconoscenza per le consolazioni delle quali in nobile e santa gara Ci siete stati larghi colle vostre lettere in tutto il trascorso mese e particolarmente in questo stesso giorno dei SS. Apostoli coi vostri affet-

[1] **Luc, XXII, 28.**
[2] ***I Cor., Vii,* 4.**

tuosi ed eloquenti telegrammi; ma vi dobbiamo pure un contraccambio di condoglianze per quello che ciascuno di voi ha sofferto, vedendo improvvisamente abbattersi la bufera devastatrice sulle aiuole più riccamente fiorite e promettenti dei giardini spirituali, che lo Spirito Santo ha affidato alle vostre cure, e che voi con tanta diligenza venivate coltivando e con tanto bene delle anime. Il vostro cuore, Venerabili Fratelli, si è subito rivolto al Nostro per compatire alla Nostra pena, nella quale sentivate convergere come a centro, incontrarsi e moltiplicarsi tutte le vostre: è quello che voi Ci avete mostrato con le più chiare ed affettuose testimonianze, e Noi ve ne ringraziamo di tutto cuore. Particolarmente grati vi siamo della unanime e davvero imponente testimonianza da voi resa alla Azione Cattolica Italiana e segnatamente alle Associazioni Giovanili, d'esser rimaste docili e fedeli alle Nostre e vostre direttive escludenti ogni attività politica o di partito. Ed insieme con Voi ringraziamo pure tutti i vostri Sacerdoti e fedeli, religiosi e religiose, che a voi si unirono con tanto slancio di fede e di pietà filiale. In particolar modo ringraziamo le vostre associazioni di Azione Cattolica, e prime le Giovanili per tutti i gradi fino alle più piccole Beniamine ed ai più piccoli Fanciulli, tanto più cari quanto più piccoli, nelle preghiere dei quali e delle quali particolarmente confidiamo e speriamo.

Voi avete sentito, Venerabili Fratelli, che il Nostro cuore era ed è con voi, con ciascuno di voi, con voi soffrendo, per voi e con voi pregando, che Iddio nella sua infinita Misericordia Ci venga in aiuto ed anche da questo gran male, che l'antico nemico del Bene ha scatenato, tragga nuova fioritura di bene e di gran bene.

II.

Soddisfatto al debito della riconoscenza per i conforti ricevuti in tanto dolore, dobbiamo soddisfare a quello onde l'apostolico ministero Ci fa debitori verso la verità e la giustizia.

Già a più riprese, Venerabili Fratelli, nel modo più esplicito ed assumendo tutta la responsabilità di quanto dicevamo, Ci

siamo Noi espressi ed abbiamo protestato contro la campagna di false ed ingiuste accuse, che precedette lo scioglimento delle Associazioni Giovanili ed Universitarie delia Azione Cattolica. Scioglimento eseguito per vie di fatto e con procedimenti che dettero l'impressione che si procedesse contro una vasta e pericolosa associazione a delinquere: trattavasi di gioventù e fanciullezze certamente delle migliori fra le buone, ed alle quali siamo lieti e paternamente fieri di potere ancora una volta rendere tale testimonianza. Si direbbe che gli stessi esecutori (non tutti di gran lunga, ma molti di essi), di tali procedimenti ebbero un tal senso e mostrarono di averlo, mettendo nell'opera loro esecutoria espressioni e cortesie, con le quali sembravano chiedere scusa e volersi far perdonare quello che erano necessitati di fare: Noi ne abbiamo tenuto conto riserbando loro particolari benedizioni.

Ma, quasi a dolorosa compensazione, quante durezze e violenze fino alle percosse ed al sangue, e irriverenze di stampa, di parola e di fatti, contro le cose e le persone, non esclusa la Nostra, precedettero, accompagnarono e susseguirono l'esecuzione dell'improvvisa poliziesca misura, che bene spesso ignoranza o malevolo zelo estendeva ad associazioni ed enti neanche colpiti dai superiori ordini, fino agli oratorii dei piccoli ed alle pie congregazioni di Figlie di Maria!

E tutto questo triste contorno di irriverenze e di violenze doveva essere con tale intervento di elementi e di divise di partito, con tale unisono da un capo all'altro d'Italia, e con tale acquiescenza delle Autorità e forze di pubblica sicurezza da far necessariamente pensare a disposizioni venute dall'alto: Ci è molto facile ammettere, ed era altrettanto facile prevedere, che queste potessero anzi dovessero quasi necessariamente venire oltrepassate. Abbiamo dovuto ricordare queste antipatiche e penose cose, perchè non è mancato il tentativo di far credere al gran pubblico ed al mondo, che il deplorato scioglimento delle Associazioni, a Noi tanto care, si era compiuto senza incidenti e quasi come una cosa normale.

Ma si è in ben altra e più vasta misura attentato alla verità

ed alla giustizia. Se non tutte, certamente le principali falsità e vere calunnie sparse dalla avversa stampa di partito, —**r** la sola libera, e spesso comandata, o quasi, a tutto dire ed osare — vennero raccolte in un messaggio, sia pure non ufficiale (cauta qualifica), e somministrate al gran pubblico coi più potenti mezzi di diffusione che l'ora presente conosce. La storia dei documenti redatti non in servizio, ma in offesa della verità e della giustizia è una lunga e triste storia; ma dobbiamo dire con la più profonda amarezza che, pur nei molti anni di vita e di operosità bibliotecaria, raramente Ci siamo incontrati in un documento tanto tendenzioso e tanto contrario a verità e giustizia, in ordine a questa Santa Sede, alla Azione Cattolica Italiana e più particolarmente alle Associazioni così duramente colpite. Se tacessimo, se lasciassimo passare, che è dire se lasciassimo credere, Noi saremmo troppo più indegni, che già non siamo, di occupare questa augusta Sede Apostolica, indegni della filiale e generosa devozione onde Ci hanno sempre consolati ed ora più che mai Ci consolano i Nostri cari figli dell'Azione Cattolica, e più particolarmente quei figli e quelle figlie Nostre, grazie a Dio tanto numerose, che, per la religiosa fedeltà alle Nostre chiamate e direttive, hanno tanto sofferto e soffrono, tanto più altamente onorando la scuola alla quale sono cresciuti, e il Divino Maestro e il suo indegno Vicario, quanto più luminosamente hanno mostrato col loro cristiano contegno, anche di fronte alle minacce ed alle violenze, da qual parte si trovino la vera dignità del carattere, la vera fortezza d'animo, il vero coraggio, la stessa civiltà.

Ci studieremo di essere molto brevi, rettificando le facili affermazioni del ricordato messaggio, facili diciamo per non dire audaci, e che sapevano di poter contare sulla quasi impossibilità di ogni controllo da parte del gran pubblico. Saremo brevi, anche perchè già più volte, massime in questi ultimi tempi, abbiamo parlato sugli argomenti che ora ritornano, e la Nostra parola, Venerabili Fratelli, è potuta giungere fino a voi, e per voi ai vostri e Nostri cari figli in Gesù Cristo, come auguriamo anche alla presente lettera.

Diceva fra l'altro il ricordato messaggio che le rivelazioni dell'avversa stampa di partito sarebbero state nella quasi totalità confermate almeno nella sostanza e proprio dall' ***Osservatore Romano.*** La verità è che ***VOsservatore Romano*** ha di volta in volta dimostrato che le così dette rivelazioni erano altrettante invenzioni, o in tutto e per tutto od almeno nell'interpretazione data ai fatti. Basta leggere senza malafede e con la più modesta capacità d'intendere.

Diceva ancora il messaggio essere tentativo ridicolo quello di far passare la Santa Sede come vittima in un paese dove migliaia di viaggiatori possono rendere testimonianza al rispetto dimostrato verso Sacerdoti, Prelati, Chiesa e funzioni religiose. Sì, Venerabili Fratelli, purtroppo il tentativo sarebbe ridicolo, come quello di chi tentasse sfondare una porta aperta; perchè purtroppo le migliaia di visitatori stranieri, che non mancano mai all'Italia ed a Koma, hanno potuto constatare di presenza le irriverenze spesso empie e blasfeme, le violenze, gli sfregi, i vandalismi commessi contro luoghi, cose e persone, in tutto il Paese ed in questa medesima Nostra Sede episcopale e da Noi ripetutamente deplorati dietro sicure e precise informazioni.

Il messaggio denuncia la « nera ingratitudine » dei Sacerdoti, che si mettono contro il partito, che è stato (dice) per tutta l'Italia la garanzia della libertà religiosa. Il Clero, l'Episcopato, e questa medesima Santa Sede non hanno mai disconosciuto quanto in tutti questi anni è stato fatto con benefìcio e vantaggio della Beligione, ne hanno anzi spesse volte espressa viva e sincera riconoscenza. Ma e Noi e l'Episcopato e il Clero e tutti i buoni fedeli, anzi tutti i cittadini amanti dell'ordine e della pace si sono messi e si mettono in pena ed in preoccupazione di fronte ai troppo presto incominciati sistematici attentati contro le più sane e preziose libertà della Beligione e delle coscienze, quanti furono gli attentati contro la Azione Cattolica, le sue diverse Associazioni, massime le giovanili, attentati che culminavano nelle poliziesche misure contro di loro consumate e nei modi già accennati: attentati e misure che fanno seriamente dubitare se gli atteggiamenti

prima benevoli e benefìci provenissero soltanto da sincero amore e zelo di Religione. Ohe se di ingratitudine si vuol parlare, essa fu e rimane quella usata verso la Santa Sede da un partito e da un regime che, a giudizio del mondo intero, trasse dagli amichevoli ra}3porti con la Santa Sede, in paese e fuori, un aumento di prestigio e di credito, che ad alcuni in Italia ed all'estero parvero eccessivi, come troppo largo il favore e troppo larga la fiducia da parte Nostra.

Consumata la poliziesca misura e consumata con quell'accompagnamento e con quel seguito di violenze, di irriverenze e connivenze delle autorità di pubblica sicurezza, Noi abbiamo sospeso, come l'invio di un Nostro Cardinale Legato alle centenarie celebrazioni di Padova, così le festive processioni in Roma ed in Italia. La disposizione era di Nostra evidente competenza, e ne vedevamo così gravi ed urgenti i motivi da farcene un dovere, per quanto sapessimo di imporre con essa gravi sacrifìci ai buoni fedeli, forse più che ad ogni altro a Noi stessi incresciosa. Come infatti avrebbero avuto l'usato corso liete e festive solennità in tanto lutto e cordoglio che era piombato sul cuore del Padre comune di tutti i fedeli, e sul materno cuore della Santa Madre Chiesa in Roma, in Italia, anzi in tutto il mondo cattolico, come la universale e veramente mondiale partecipazione con voi alla testa, Venerabili Fratelli, venne subito a dimostrare? O come potevamo non temere per il rispetto e l'incolumità stessa delle persone e delle cose più sacre, dato il contegno delle pubbliche autorità e forze in presenza di tante irriverenze e violenze[1]?

Dovunque le Nostre disposizioni poterono arrivare, i buoni sacerdoti ed i buoni fedeli ebbero le stesse impressioni e gli stessi sentimenti, e dove non furono intimiditi, minacciati e peggio, ne diedero magnifiche e per Noi consolantissime prove sostituendo le festive celebrazioni con ore di preghiere, di adorazione e di riparazione, in unione di pena e di intenzione col Santo Padre, e con non più veduti concorsi di popolo.

Sappiamo come le cose si svolsero dove le Nostre disposizioni non poterono arrivare in tempo, con intervento di autorità che

il messaggio rileva, quelle stesse autorità di governo e di partito che già avevano o tra poco avrebbero assistito mute e inoperose al compimento di gesta prettamente anticattoliche e antireligiose; ciò che il messaggio non dice. Dice invece che vi furono autorità ecclesiastiche locali che si credettero in grado « di non prendere atto » del Nostro divieto. Noi non conosciamo una sola autorità ecclesiastica locale che siasi meritato l'affronto e l'offesa contenuta in tali parole. Sappiamo bensì e vivamente deploriamo le imposizioni, spesso minacciose e violente, fatte e lasciate fare alle locali autorità ecclesiastiche; sappiamo di empie parodie di cantici sacri e di sacri cortei, il tutto lasciato fare con profondo cordoglio di tutti i buoni fedeli e con vero sgomento di tutti i cittadini amanti di pace e di ordine, vedendo l'una e l'altro indifesi e peggio, proprio da quelli che di difenderli hanno e gravissimo dovere e insieme vitale interesse.

Il messaggio richiama il tante volte addotto confronto fra l'Italia ed altri Stati, nei quali la Chiesa è realmente perseguitata e contro i quali non si sono sentite parole come quelle pronunciate contro l'Italia, dove (dice) la Beligione è stata restaurata. Abbiamo già detto che serbiamo e serberemo e memoria e riconoscenza perenne per quanto venne fatto in Italia con benefìcio della Religione, anche se con contemporaneo non minore, e forse maggiore, benefìcio del partito e del regime. Abbiamo pur detto e ripetuto che non è necessario (spesso sarebbe assai nocivo agli scopi intesi) che sia da tutti sentito e saputo quello che Noi e questa Santa Sede, per mezzo dei Nostri rappresentanti, dei Nostri Fratelli di Episcopato, veniamo dicendo e rimostrando dovunque gli interessi della Religione lo richiedono, e nella misura che giudichiamo richiedersi, massime dove la Chiesa è realmente perseguitata.

È con dolore indicibile che vedemmo una vera e reale persecuzione scatenarsi in questa Nostra Italia ed in questa Nostra medesima Roma contro quello che la Chiesa ed il suo Capo hanno di più prezioso e più caro in fatto di libertà e diritti, libertà e diritti che sono pure quelli delle anime, e più particolarmente delle

anime giovanili, a loro più particolarmente affidate dal divino Creatore e Redentore.

Come è notorio. Noi abbiamo ripetutamente e solennemente affermato e protestato che l'Azione Cattolica, sia per la sua stessa natura ed essenza (partecipazione e collaborazione del laicato all'apostolato gerarchico) che per le Nostre precise e categoriche direttive e disposizioni, è al di fuori e al di sopra di ogni politica di partito. Abbiamo insieme affermato e protestato che Ci constava le Nostre direttive e disposizioni essere state in Italia fedelmente ubbidite e secondate. Il messaggio sentenzia che l'affermazione che l'Azione Cattolica non ebbe un vero carattere politico è completamente falsa. Non vogliamo rilevare tutto quello ehe vi è di irriguardoso in tale sentenza, anche perchè la motivazione, che il messaggio ne dà, ne dimostra tutta la falsità e la leggerezza, che diremmo davvero ridicola, se il caso non fosse tanto lacrimevole.

Aveva in realtà, dice, stendardi, distintivi, tessere e tutte le altre forme esteriori di un partito politico. Come se stendardi, distintivi, tessere e simili forme esteriori non siano oggigiorno comuni, in tutti i paesi del mondo, alle più svariate associazioni e attività che nulla hanno e vogliono avere di comune colla politica: sportive e professionali, civili e militari, commerciali e industriali, scolastiche di prima fanciullezza, religiose della religiosità più pia e devota e quasi infantile, come i Crociatini del Sacramento.

U messaggio ha sentito tutta la debolezza e la vanità dell'addotto motivo e quasi correndo ai ripari ne soggiunge altri tre.

U primo vuol essere, che i capi dell'Azione Cattolica erano quasi completamente membri oppure capi del partito popolare, il quale è stato (dice) uno dei più forti avversari del fascismo. Questa accusa è stata più di una volta lanciata contro l'Azione Cattolica Italiana, ma sempre genericamente e senza far nomi. Ogni volta Noi abbiamo invitato a precisare e nominare) ma invano. Solo poco prima delle misure inflitte all'Azione Cattolica ed in evidente preparazione alle stesse, la stampa avversa, con non meno evidente ricorso a rapporti di polizia, ha pubblicato alcune serie di

fatti e di nomi; e ciò son le pretese ***rivelazioni*** alle quali accenna il messaggio nel suo inizio, e che ***VOsservatore Romano*** ha debitamente smentite e rettificate, non già confermate, come, traendo in inganno il gran pubblico, il messaggio stesso afferma.

Quanto a Noi, Venerabili Fratelli, alle informazioni già da tempo raccolte ed alle indagini personali già prima fatte, abbiamo stimato dover Nostro di procurarci nuove informazioni e nuove indagini fare, ed eccone, Venerabili Fratelli, i positivi risultati. Innanzi tutto abbiamo constatato che, stante ancora il partito popolare e non ancora affermatosi il nuovo partito, per disposizioni emanate nel 1919, chi avesse occupato cariche direttive nel partito popolare non poteva occupare contemporaneamente uffici direttivi nella Azione Cattolica.

Abbiamo inoltre constatato, Venerabili Fratelli, che i casi di ex-dirigenti locali laici del partito popolare divenuti poi dirigenti locali della Azione Cattolica, tra quelli segnalati, come sopra abbiam detto, dalla stampa avversa, si riducono a quattro, diciamo quattro, e questo così esiguo numero con 250 Giunte diocesane, 4000 Sezioni di uomini cattolici, e oltre 5000 Circoli di Gioventù Cattolica maschile. E dobbiamo aggiungere che nei quattro detti casi si tratta sempre di individui che non dettero mai luogo a difficoltà, alcuni poi addirittura simpatizzanti e benevisi al regime ed al partito.

E non vogliamo omettere quell'altra garanzia di religiosità apolitica della Azione Cattolica che voi bene conoscete, Venerabili Fratelli, Vescovi in Italia, che stette, sta e starà sempre nella dipendenza della Azione Cattolica dall'Episcopato, da voi, dai quali sempre proveniva l'assegnazione dei sacerdoti « assistenti » e la nomina dei « presidenti delle Giunte diocesane »; onde chiaro è che, rimettendo e raccomandando a Voi, Venerabili Fratelli, le Associazioni colpite, nulla di sostanzialmente nuovo abbiamo ordinato e disposto. Disciolto e cessato il partito popolare, quelli che già appartenevano alla Azione Cattolica continuarono ad appartenervi, sottomettendosi però con perfetta disciplina alla legge fondamentale della Azione Cattolica, cioè astenendosi da

ogni attività politica, e così fecero quelli che allora chiesero di appartenervi.

I quali tutti con quale giustizia e carità si sarebbero espulsi o non ammessi, quando, forniti delle qualità richieste; si sottomettevano a quella legge? Il regime ed il partito, che sembrano-attribuire una così temibile e temuta forza agli appartenenti al partito popolare sul terreno politico, dovevano mostrarsi grati alla Azione Cattolica, che appunto da quel terreno li ha levati e con formale impegno di non spiegare azione politica, ma soltanto religiosa.

Non possiamo invece Noi, Chiesa, Religione, fedeli cattolici (e non soltanto noi) essere grati a chi dopo aver messo fuori socialismo e massoneria, nemici nostri (e non nostri soltanto) dichiarati, li ha così largamente riammessi, come tutti vedono e deplorano, e fatti tanto più forti e pericolosi e nocivi quanto più dissimulati e insieme favoriti dalla nuova divisa.

Di infrazioni al preso impegno Ci si è non rare volte parlato; abbiamo sempre chiesto nomi e fatti concreti, sempre pronti a intervenire e provvedere; non si è mai risposto a tale Nostra domanda.

II messaggio denuncia che una parte considerevole di atti di carattere organizzativo era particolarmente di natura politica e che aveva niente a fare con « l'educazione religiosa e la propagazione della fede ». A parte la maniera imperita e confusa onde sembrano accennarsi i compiti della Azione Cattolica, tutti quelli che conoscono e vivono la vita d'oggi sanno che non vi è iniziativa e attività — dalle più spirituali e scientifiche fino alle più materiali e meccaniche — che non abbia bisogno di organizzazione e di atti organizzativi, e che questi come quella non si identificano con le finalità delle diverse iniziative ed attività, ma non sono che mezzi per meglio raggiungere i fini che ciascuna si propone.

Però (continua il messaggio) l'argomento più forte che può essere adoperato come una giustificazione della distruzione dei circoli cattolici dei giovani è la difesa dello Stato, la quale è più di un semplice dovere di qualunque governo. Nessun dnbbio sulla

solennità e sulla importanza vitale di un tal dovere e di un tal diritto, aggiungiamo Noi, perchè riteniamo e vogliamo ad ogni costo praticare, con tutti gli onesti e sensati, che il primo diritto è quello di fare il proprio dovere. Ma tutti i ricevitori e lettori del messaggio avrebbero sorriso di incredulità o fatte le alte meraviglie, se il messaggio avesse aggiunto che dei Circoli Cattolici giovanili colpiti 10.000 erano, anzi sono, di gioventù femminile, con un totale di quasi 500.000 giovani donne e fanciulle, dove, chi può vedere un serio pericolo e una minaccia reale per la sicurezza dello Stato? E devesi considerare che solo 220.000 sono iscritte « effettive », più di 100.000 piccole « aspiranti », più di 150.000 ancora più piccole « Beniamine ».

Restano i circoli di gioventù cattolica maschile, quella stessa gioventù cattolica che nelle pubblicazioni giovanili del partito e nei discorsi e nelle circolari dei così detti gerarchi sono rappresentati ed indicati al vilipendio ed allo scherno (con qual senso di responsabilità pedagogica, per dir solo di questa, ognun lo vede) come una accozzaglia di conigli e di buoni soltanto a portar candele e recitar rosari nelle sacre processioni, e che forse per questo sono stati in questi ultimi tempi tante volte e con così poco nobile coraggio assaliti e maltrattati fino al sangue, lasciati indifesi da chi poteva e doveva proteggerli e difenderli, se non altro perchè inermi e pacifici assaliti da violenti e spesso armati.

Se qui sta l'argomento più forte della attentata « distruzione » (la parola non lascia davvero dubbi sulle intenzioni) delle nostre care ed eroiche associazioni giovanili di Azione Cattolica, voi vedete, Venerabili Fratelli, che Noi potremmo é dovremmo rallegrarci, tanto chiaramente appare l'argomento di per se stesso incredibile ed insussistente. Ma purtroppo dobbiamo ripetere, che « mentita est iniquitas sibi », [1] e che 1'« argomento più forte » della voluta «distruzione» va cercato su altro terreno: la battaglia che ora si combatte non è politica, ma morale e religiosa: squisitamente morale e religiosa.

[2] ***Psalm. XXVI,* 12.**

Bisogna chiudere gli occhi a questa verità e vedere, anzi inventare politica dove non è che Religione e Morale per conchiudere, come fa il messaggio, che si era creata la situazione assurda di una. forte organizzazione agli ordini di un potere «estero», il «Vaticano », cosa che nessun governo di questo mondo avrebbe permesso.

Si sono sequestrati in massa i documenti in tutte le sedi della. Azione Cattolica Italiana, si continua (anche questo si fa) a intercettare e sequestrare ogni corrispondenza che possa sospettarsi in qualche rapporto colle Associazioni colpite, anzi anche con quelle non colpite: gli oratorii. — Si dica dunque a Noi, al Paese, al mondo, quali e quanti sono i documenti della politica, agitata e tramata dalla Azione Cattolica con ijericolo dello Stato. Osiamo dire che non se ne troveranno, a meno di leggere e interpretare secondo idee preconcette, ingiuste e in pieno contrasto coi fatti e con l'evidenza di senza numero prove e testimonianze. Quando se ne trovino di genuini e degni di considerazione, saremo Noi i primi a riconoscerli e a tenerne conto. Ma chi vorrà, per esempio, incriminare di politica, e politica pericolosa allo Stato, qualche segnalazione e deplorazione degli odiosi trattamenti già anche prima degli ultimi fatti, tante volte e in tanti luoghi inflitti alla Azione Cattolica! O chi fondarsi sopra dichiarazioni imposte od estorte, come Ci consta essere in qualche luogo avvenuto?

Invece proprio senza numero si troveranno tra i sequestrati documenti le prove e le testimonianze della profonda e costante religiosità e religiosa attività come di tutta l'Azione Cattolica così particolarmente delle Associazioni giovanili ed universitarie. Basterà saper leggere ed apprezzare, come Noi stessi abbiamo innumerevoli volte fatto, i programmi, i resoconti, i verbali di congressi, di settimane di studi religiosi e di preghiera, di ritiri spirituali, di praticata e promossa frequenza ai Sacramenti, di conferenze apologetiche, di studi ed attività catechistiche, di cooperazione ad iniziative di vera e pura carità cristiana nelle Conferenze di San Vincenzo ed in altri modi, di attività e cooperazione missionaria.

Ë in presenza di tali fatti e di tale documentazione, dunque coll'occhio e la mano sulla realtà, che Noi abbiamo sempre detto ed ancora diciamo che accusare l'Azione Cattolica Italiana di fare della politica era ed è vero e proprio calunniare. I fatti hanno dimostrato a che cosa con questo si mirasse, che cosa si preparasse: rare volte si è in così grandi proporzioni avverata la favola del lupo e dell'agnello, e la storia non potrà non ricordarsene.

Noi, certi fino alla evidenza, di essere e di mantenerci sul terreno religioso, non abbiamo mai creduto che potessimo essere considerati come un « potere estero », massime da cattolici e da cattolici italiani.

È in grazia della potestà apostolica a Noi indegnissimi da Dio affidata, che i buoni cattolici di tutto il mondo (voi lo sapete molto bene, Venerabili Fratelli), considerano Roma come la seconda patria di tutti e di ciascuno di loro. Non è ancora troppo lontano il giorno nel quale un uomo di Stato, che rimarrà certamente fra i più celebri, non cattolico nè amico del cattolicesimo, in piena assemblea politica disse, che non poteva considerare come un potere estero quello al quale ubbidivano venti milioni di tedeschi.

Per dire poi che nessun governo del mondo avrebbe lasciato sussistere la situazione creata in Italia dalla Azione Cattolica bisogna assolutamente ignorare o dimenticare che in tutti gli Stati del mondo fino alla Cina sussiste e vive ed opera la Azione Cattolica, bene spesso imitante nell'assieme e fino ai particolari l'Azione Cattolica Italiana, spesso ancora con forme e particolari organizzativi anche più spiccatamente tali che in Italia. In nessuno Stato del mondo mai l'Azione Cattolica è stata considerata come un pericolo dello Stato; in nessuno Stato del mondo l'Azione Cattolica è stata così odiosamente perseguitata (non vediamo quale altra parola risponda alla realtà e alla verità dei fatti) come in questa Nostra Italia, e in questa medesima Nostra Sede Episcopale Romana: e questa è veramente una situazione assurda, non da Noi sibbene contro di Noi creata.

Ci siamo imposto, Venerabili Fratelli, un grave ed. increscioso lavoro; Ci è sembrato un preciso dovere di carità e giustizia paterna, e in questo spirito lo abbiamo compiuto al fine di rimettere nella giusta luce fatti e verità, che alcuni figli Nostri hanno, forse non del tutto consapevolmente, messo in luce falsa a danno di altri figli Nostri.

III.

Ed ora una prima riflessione e conclusione: da quanto siamo venuti esponendo e più ancora dagli avvenimenti stessi come si sono svolti, la attività politica della Azione Cattolica, la palese o larvata ostilità di taluni suoi settori contro il regime ed il partito, come anche l'eventuale rifugio e la protezione di residuata e fin qui risparmiata ostilità al partito sotto le bandiere della Azione Cattolica (cfr. Comunicato del. Direttorio, 4 Giugno 1931), tutto questo non è che pretesto o un cumulo di pretesti: è un pretesto, osiamo dire, la stessa Azione Cattolica; ciò che si voleva e che si attentò di fare, fu strappare alla Azione Cattolica, e per essa alla Chiesa, la gioventù, tutta la gioventù. Tanto è ciò vero, che dopo aver tanto parlato di Azione Cattolica, si mirò alle Associazioni Giovanili, nè si stette alle Associazioni Giovanili di Azione Cattolica, ma si allungò tumultuariamente la mano anche ad associazioni e ad opere di pura pietà e di prima istruzione religiosa, come le Congregazioni di Figlie di Maria e gli Oratorii; tanto tumultuariamente da dover spesso riconoscere il grossolano errore.

Questo punto essenziale è largamente confermato anche d'altronde. È confermato innanzitutto dalle molte antecedenti affermazioni di elementi più o meno responsabili ed anche dagli elementi più rappresentativi del regime e del partito e che ebbero il loro pieno commentario e la definitiva conferma dagli ultimi avvenimenti.

La conferma è stata anche più esplicita e categorica, stavamo per dire solenne insieme e violenta, da parte di chi non solo tutto rappresenta, ma tutto può, in pubblicazione ufficiale o quasi,

dedicata alla gioventù, in colloqui destinati alla pubblicità, alla pubblicità estera prima ancora che a quella del paese, ed anche all'ultima ora in messaggi ed in comunicazioni a rappresentanti della stampa.

Un'altra riflessione e conclusione subito ed inevitabilmente si impone. Non si è dunque tenuto nessun conto delle ripetute assicurazioni e proteste Nostre, non si è tenuto conto alcuno delle proteste ed assicurazioni vostre, Venerabili Fratelli Vescovi d'Italia, sulla natura e sulla attività vera e reale dell'Azione Cattolica e sui diritti sacrosanti ed inviolabili delle anime e della Chiesa in essa rappresentati e impersonati.

Diciamo, ^Venerabili Fratelli, i sacrosanti ed inviolabili diritti delle anime e della Chiesa, ed è questa la riflessione e conclusione che più di ogni altra si impone, come è di ogni altra la più grave. Già più e più volte, come è notorio, Noi abbiamo espresso il pensiero Nostro, o meglio, della Chiesa Santa su così importanti ed essenziali argomenti, e non è a voi, Venerabili Fratelli, fedeli maestri in Israele, che occorra dire di più; ma non possiamo non aggiungere qualche cosa per questi cari popoli che stanno intorno a voi, che voi pascete e governate per divino mandato e che ormai quasi solo per mezzo vostro possono conoscere il pensiero del Padre comune delle anime loro.

Dicevamo i sacrosanti ed inviolabili diritti delle anime e della Chiesa. Si tratta del diritto delle anime di procurarsi il maggior bene spirituale sotto il magistero e l'opera formatrice della Chiesa, di tale magistero e di tale opera unica mandataria, divinamente costituita in quest'ordine soprannaturale fondato nel Sangue di Dio Redentore, necessario ed obbligatorio a tutti per partecipare alla divina Redenzione. Si tratta del diritto delle anime così formate di partecipare i tesori della Redenzione ad altre anime collaborando alla attività dell'Apostolato Gerarchico.

È in considerazione di questo duplice diritto delle anime, che Ci dicevamo testé lieti e fieri di combattere la buona battaglia per la libertà delle coscienze, non già (come qualcuno forse inavvertitamente Ci ha fatto dire) per la libertà di coscienza, maniera di

dire equivoca e troppo spesso abusata a significare la assoluta indipendenza della coscienza, cosa assurda in anima da Dio creata e redenta.

Si tratta inoltre del diritto non meno inviolabile della Chiesa di adempiere l'imperativo divino mandato, di cui la investiva il divino Fondatore, di portare alle anime, a tutte le anime, tutti i tesori di verità e di bene, dottrinali e pratici, ch'Egli stesso aveva recato al mondo. « Euntes docete omnes gentes... docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis ». Andate ed istruite tutte le genti, insegnando loro ad osservare tutto quello che vi ho commesso.[1] E qua! posto dovessero tenere la prima età e la giovinezza in questa assoluta universalità e totalità di mandato, lo mostra Egli stesso il divino Maestro, Creatore e Redentore delle anime, col suo esempio e con quelle parole particolarmente memorabili ed anche particolarmente formidabili: « Lasciate che i pargoli vengano a me e non vogliate impedirneli »... « Questi piccoli che (quasi per un divino istinto) credono in Me; ai quali è riserbato il regno dei cieli; de' quali gli Angeli tutelari e difensori vedono sempre la faccia del Padre celeste; guai all'uomo che avrà scandalizzato uno di questi piccoli ». « Sinite parvulos venire ad me et nolite prohibere eos... qui in me credunt... istorum est enim regnum caelorum; quorum Angeli semper vident faciem Patris qui in caelis est; Yae! homini illi per quem unus ex pusillis istis scandalizatus fuerit ».[2] Or eccoci in presenza di tutto un insieme di autentiche affermazioni e di fatti non meno autentici, che mettono fuori di ogni dubbio il proposito, — già in tanta parte eseguito — di monopolizzare interamente la gioventù, dalla primissima fanciullezza fino all'età adulta, a tutto ed esclusivo vantaggio di un partito, di un regime, sulla base di una ideologia che dichiaratamente si risolve in una vera e propria statolatria pagana non meno in pieno contrasto coi diritti naturali della famiglia che coi diritti soprannaturali della Chiesa. Proporsi e promuovere un tale monopolio, perseguitare in tale intento, come si veniva fa-

[1] MATTH., XXVIII, 19-20.

[2] MATTH., XIX, 13 seqq., XVIII, 1 seqq.

cendo da qualche tempo più o meno palesemente o copertamente, l'Azione Cattolica; colpire a tale scopo, come ultimamente si è fatto, le sue Associazioni giovanili equivale ad un vero e proprio impedire che la gioventù vada a Gesù Cristo, dacché è impedire che vada alla Chiesa, perchè dov'è la Chiesa ivi è Gesù Cristo. E si arrivò fino a strapparla con gesto violento dal seno dell'una e dell'Altro.

La Chiesa di Gesù Cristo non ha mai contestato i diritti e i doveri dello Stato circa l'educazione dei cittadini e Noi stessi li abbiamo ricordati e proclamati nella recente Nostra Lettera Enciclica sulla educazione cristiana della gioventù; diritti e doveri incontestabili finché rimangono nei confini delle competenze proprie dello Stato; competenze che sono alla loro volta chiaramente fissate dalle finalità dello Stato; finalità certamente non soltanto corporee e materiali, ma di per sé stesse necessariamente contenute nei limiti del naturale, del terreno, del temporaneo. Il divino universale mandato, del quale la Chiesa di Gesù Cristo è stata da Gesù Cristo stesso incomunicabilmente ed insurrogabilmente investita, si estende invece all'eterno, al celeste, al soprannaturale, quest'ordine di cose il quale da una parte è strettamente obbligatorio per ogni creatura consapevole, ed al quale dall'altra parte deve di natura sua subordinarsi e coordinarsi tutto il rimanente.

La Chiesa di Gesù Cristo è certamente nei termini del suo mandato, non solo quando depone nelle anime i primi indispensabili principii ed elementi della vita soprannaturale, ma anche quando questa vita promove e sviluppa secondo le opportunità e le capacità, e coi modi e mezzi da lei giudicati idonei, anche nell'intento di preparare illuminate e valide cooperazioni all'apostolato gerarchico. Ë di Gesù Cristo la solenne dichiarazione che Egli è venuto precisamente al fine che le anime abbiano non soltanto qualche inizio od elemento della vita soprannaturale, ma affinchè l'abbiano nella maggiore abbondanza: « Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant ».[1] E Gesù stesso ha

[1] **Io.,** x, io.

posto i primi inizi dell'Azione Cattolica, Egli stesso scegliendo ed educando negli Apostoli e nei discepoli i collaboratori del suo divino apostolato, esempio immediatamente imitato dai primi santi Apostoli, come il sacro Testo ne fa fede.

Ê per conseguenza pretesa ingiustificabile ed inconciliabile col nome e colla professione di cattolici quella di semplici fedeli che vengono ad insegnare alla Chiesa ed al Suo Capo ciò che basta e che deve bastare per la educazione e formazione cristiana delle anime e per salvare, promuovere nella società, principalmente nella gioventù, i principii della Fede e la loro piena efficienza nella vita.

Alla ingiustificabile pretesa si associa la chiarissima rivelazione della assoluta incompetenza e della completa ignorazione delle materie in questione. Gli ultimi avvenimenti devono aver aperto a tutti gli occhi, mentre hanno dimostrato fino all'evidenza quello che in pochi anni si è venuto, non già salvando, ma disfacendo e distruggendo in fatto di religiosità vera, di educazione cristiana e civile. Yoi sapete, Venerabili Fratelli, Vescovi d'Italia, per vostra esperienza pastorale che gravissimo ed esiziale errore sia il credere e far credere che l'opera della Chiesa svolta nell'Azione Cattolica sia surrogata e resa superflua dall'istruzione religiosa nelle scuole e dalla ecclesiastica assistenza alle associazioni giovanili del partito e del regime. L'una e l'altra sono certissimamente necessarie; senza di esse la scuola e le dette associazioni diventerebbero inevitabilmente e ben presto, per fatale necessità logica e psicologica, cose pagane. Necessarie adunque, ma non sufficienti: infatti con quella istruzione religiosa e con quella assistenza ecclesiastica la Chiesa di Gesù Cristo non può esplicare che un ***minimum*** della sua efficienza spirituale e soprannaturale, e questo in un terreno e in un ambiente non da essa dipendenti, preoccupati da molte altre materie di insegnamento e da tutt'altri esercizii, soggetti ad immediate autorità spesso poco o punto favorevoli e non rare volte esercitanti contrarie influenze con la parola e con l'esempio della vita.

Dicevamo che gli ultimi avvenimenti hanno finito di mostrare senza lasciare possibilità di dubbio quello che in pochi anni si è

potuto non già salvare, ma perdere e distruggere in fatto di religiosità vera e di educazione, non diciamo cristiana, ma anche solo morale e civile.

Abbiamo infatti vista in azione una religiosità che si ribella alle disposizioni della Superiore Autorità Religiosa e ne impone o ne incoraggia la inosservanza; una religiosità che diventa persecuzione e tentata distruzione di quello che il Supremo Capo della Religione notoriamente più apprezza ed ha a cuore; una religiosità che trascende e lascia trascendere ad insulti di parola e di fatto contro la Persona del Padre di tutti i fedeli fino a gridarlo abbasso ed a morte; veri imparaticci di parricidio. Simigliante religiosità non può in nessun modo conciliarsi con la dottrina e con la pratica cattolica, ma è piuttosto quanto può pensarsi di più contrario all'una ed all'altra.

La contrarietà è più grave in sè stessa e più esiziale nei suoi effetti, quando non è soltanto quella di fatti esteriormente perpetrati e consumati, ma anche quella di principii e di massime proclamate come programmatiche e fondamentali.

LTna concezione dello Stato che gli fa appartenere le giovani generazioni interamente e senza eccezione dalla prima età Ano alFetà adulta, non è conciliabile per un cattolico colla dottrina cattolica, e neanche è conciliabile col diritto naturale della famiglia. Non è per un cattolico conciliabile con la cattolica dottrina pretendere che la Chiesa, il Papa, devono limitarsi alle pratiche esterne di religione (Messa e Sacramenti), e che il resto della educazione appartiene totalmente allo Stato.

Le erronee e false dottrine e massime che siamo venuti fin qua segnalando e deplorando, già più volte Ci si presentarono nel corso di questi ultimi anni, e, come è notorio, non siamo mai, coli'aiuto di Dio, venuti meno al Nostro apostolico dovere di rilevarle e di contrapporvi i giusti richiami alle genuine dottrine cattoliche ed agli inviolabili diritti della Chiesa di Gesù Cristo e delle anime nel Suo divino sangue redente.

Ma, nonostante i giudizi e le aspettative e le suggestioni che da diverse parti anche molto ragguardevoli a Noi pervenivano, Ci

siamo sempre trattenuti da formali ed esplicite condanne, anzi siamo andati fino a credere possibili e favorire da parte Nostra compatibilità e cooperazioni che"ad altri sembrarono inammissibili. Così abbiamo fatto perchè pensavamo e piuttosto desideravamo che rimanesse la possibilità di almeno dubitare che avessimo a fare con affermazioni ed azioni esagerate, sporadiche, di elementi non abbastanza rappresentativi, insomma ad affermazioni ed azioni risalenti, nelle parti censurabili, piuttosto alle persone ed alle circostanze che veramente e propriamente programmatiche.

Gli ultimi avvenimenti e le affermazioni che li prepararono, li accompagnarono e li commentarono Ci tolgono la desiderata possibilità, e dobbiamo dire, diciamo che non si è cattolici se non per il battesimo e per il nome — in contradizione con le esigenze del nome e con gli stessi impegni battesimali — adottando e svolgendo un programma che fa sue dottrine e massime tanto contrarie ai diritti della Chiesa di Gesù Cristo e delle anime, che misconosce, combatte e perseguita l'Azione Cattolica, che è dire quanto la Chiesa ed il suo Capo hanno notoriamente di più caro e prezioso. A questo punto Voi Ci richiedete, Venerabili Fratelli, che rimane a pensare ed a giudicare, alla luce di quanto precede, circa una formula di giuramento che anche a fanciulli e fanciulle impone di eseguire senza discutere ordini che, l'abbiamo veduto e vissuto, possono comandare contro ogni verità e giustizia la manomissione dei diritti della Chiesa e delle anime, già per sè stessi sacri ed inviolabili; e di servire con tutte le forze, fino al sangue, la causa di una rivoluzione che strappa alla Chiesa ed a Gesù Cristo la gioventù, e che educa le sue giovani forze all'odio, alla violenza, alla irriverenza, non esclusa la persona stessa del Papa, come gli ultimi fatti hanno più compiutamente dimostrato.

Quando la domanda deve porsi in tali termini, la risposta dal punto di vista cattolico, ed anche puramente umano, è inevitabilmente una sola, e Noi, Venerabili Fratelli, non facciamo che confermare la risposta che già vi siete data: un tale giuramento, così come sta, non è lecito.

IV.

Ed eccoci alle Nostre preoccupazioni, gravissime preoccupazioni, che, lo sentiamo, sono anche le vostre, Venerabili Fratelli, di voi specialmente, Vescovi d'Italia. Ci preoccupiamo subito innanzi tutto dei tanti é tanti figli Nostri, anche giovanetti e giovanette, iscritti e tesserati con quel giuramento. Commiseriamo profondamente le tante coscienze tormentate da dubbi (tormenti e dubbi di cui arrivano a Noi certissime testimonianze) appunto in grazia di quel giuramento, com'è concepito, specialmente dopo i fatti avvenuti.

Conoscendo le diificoltà molteplici dell'ora presente e sapendo come tessera e giuramento sono per moltissimi condizione per la carriera, per il pane, per la vita, abbiamo cercato mezzo che ridoni tranquillità alle coscienze riducendo al minimo possibile le difficoltà esteriori. E Ci sembra potrebbe essere tal mezzo per i già tesserati fare essi davanti a Dio ed alla propria coscienza la riserva: « salve le leggi di Dio e della Chiesa » oppure « salvi i doveri di buon cristiano », col fermo proposito di dichiarare anche esternamente una tale riserva, quando ne venisse il bisogno.

Là poi donde partono le disposizioni e gli ordini vorremmo arrivasse la Nostra preghiera, la preghiera di un Padre che vuole provvedere alle coscienze di tanti suoi figli in Gesti Cristo; che cioè la medesima riserva sia introdotta nella forma del giuramento, quando non si voglia far meglio, molto meglio, e cioè omettere il giuramento, che è per se un atto di religione, e non è certamente al posto che più gli conviene in una tessera di partito.

Abbiamo procurato di parlare come con calma e serenità, così con tutta chiarezza; pur non possiamo non preoccuparci di essere bene intesi, non diciamo da voi, Venerabili Fratelli, sempre ed ora più che mai a Noi così uniti di pensieri e di sentimenti, ma da tutti quanti. E per questo aggiungiamo che con tutto quello che siamo venuti finora dicendo Noi non abbiamo voluto condannare il partito ed il regime come tale.

Abbiamo inteso segnalare e condannare quanto nel programma e nell'azione di essi abbiamo veduto e constatato contrario alla dottrina ed alla pratica cattolica e quindi inconciliabile col nome e con la professione di cattolici. E con questo abbiamo adempiuto un preciso dovere dell'Apostolico Ministero verso tutti i figli Nostri che al partito appartengono, perchè possano provvedere alla propria coscienza di cattolici.

Crediamo poi di avere contemporaneamente fatto buona opera al partito stesso ed al regime. Perchè quale interesse ed utilità possono essi avere mantenendo in programma, in un paese cattolico come l'Italia, idee, massime e pratiche inconciliabili con la coscienza cattolica? La coscienza dei popoli, come quella degli individui, finisce sempre per ritornare sopra se stessa e ricercare le vie per un momento più o meno lungo perdute di vista o abbandonate.

Ne si dica che l'Italia è cattolica, ma anticlericale, intendiamo anche solo in una misura degna di particolari riguardi. Voi, Venerabili Fratelli, che nelle grandi e piccole diocesi d'Italia vivete in continuo contatto con le buone popolazioni di tutto il Paese, voi sapete e vedete ogni giorno come esse, non sobillate nè fuorviate, siano aliene da ogni anticlericalismo. Ë noto a quanti conoscono un poco intimamente la storia del Paese, che l'anticlericalismo ha avuto in Italia la importanza, e la forza che gli conferirono la massoneria e il liberalismo che lo generavano. Ai nostri giorni poi il concorde entusiasmo che unì e trasportò come non mai tutto il Paese ai giorni delle Convenzioni Laterane non gli avrebbe lasciato modo di riaffermarsi, se non lo si fosse evocato ed incoraggiato all'indomani delle Convenzioni stesse. Negli ultimi avvenimenti, poi, disposizioni ed ordini lo hanno fatto entrare in azione e lo hanno fatto cessare, come tutti hanno potuto vedere e constatare. È pertanto fuor di dubbio, che sarebbe bastata e basterà sempre a tenerlo al posto dovuto, la centesima e millesima parte delle misure lungamente inflitte all'Azione Cattolica e testé culminate in quello che ormai tutto il mondo sa.

Altre e ben gravi preoccupazioni Ci ispira il prossimo avvenire. Si è protestato, e ciò in sede quant'altra mai ufficiale e solenne.

e subito dopo gii ultimi per Noi e per i Cattolici di tutta l'Italia e di tutto il mondo dolorosissimi fatti a danno dell'Azione Cattolica: « rispetto immutato verso la Religione Cattolica, il suo Sommo Capo » ecc. Rispetto « immutato »: dunque quello stesso rispetto, senza mutazione, che abbiamo sperimentato; dunque quel rispetto che si esprimeva in altrettanto vaste che odiose misure poliziesche, preparate in alto silenzio come non amica sorpresa, e fulmineamente applicate proprio alla vigilia del Nostro genetliaco, occasione di tante gentilezze e bontà da parte del mondo cattolico, ed anche non cattolico; dunque quello stesso rispetto che trascendeva a violenze e irriverenze lasciate indisturbatamente perpetrarsi. Che cosa possiamo dunque sperare; o meglio che cosa non dobbiamo aspettarci? Non è mancato chi si domandava, se a così strana maniera di parlare, di scrivere, in tali circostanze, in tanta vicinanza di tali fatti, sia stata del tutto aliena l'ironia, una ben triste ironia, che da parte Nostra amiamo escludere affatto.

Nel medesimo contesto ed in immediato rapporto con 1'« immutato rispetto » (dunque coi medesimi indirizzi) si insinuavano « rifugi e protezioni » concesse a residui oppositori del partito, e si « ordinava ai dirigenti dei novemila fasci d'Italia » di ispirare la loro azione a queste direttive. Più d'uno di voi, Venerabili Fratelli, Vescovi d'Italia, ha già sperimentato, dandocene anche dolenti notizie, l'effetto di tali insinuazioni e di tali ordini, in una ripresa di odiose sorveglianze, di delazioni, di intimidazioni e vessazioni. Che cosa Ci prepara dunque l'avvenire? Che cosa non possiamo e dobbiamo aspettarci (non diciamo temere, perche il timore di Dio espelle quello degli uomini), se, come abbiamo motivi a credere, il proposito è di non permettere che i Nostri Giovani Cattolici si adunino neppure silenziosamente, minacciate aspre pene ai dirigenti?

Che cosa dunque, di nuovo Ci domandiamo, Ci prepara o minaccia l'avvenire?

V.

È proprio a questo estremo di dubbi e di previsioni al quale gii uomini Ci hanno ridotti, che ogni preoccupazione, Venerabili Fratelli, svanisce, scompare, e il Nostro spirito si apre alle più fiduciose consolanti speranze; perchè l'avvenire è nelle mani di Dio, e Dio è con noi, e...« si Deus nobiscum, quis contra nos? »[1]

Un segno ed una prova sensibile dell'assistenza e del favore divino Noi già la vediamo e gustiamo nella vostra assistenza e cooperazione, Venerabili Fratelli. Se siamo bene informati, si è detto recentemente che ora l'Azione Cattolica è in mano dei Vescovi e non vi è più nulla a temere. E fin qui sta bene, molto bene, salvo quel « più nulla », come se prima qualche cosa si avesse a temere, e salvo quell'«ora», come se prima e fin dal principio l'Azione Cattolica non sia sempre stata essenzialmente diocesana e dipendente dai Vescovi (come anche sopra abbiamo accennato) ed anche per questo, principalmente per questo, abbiamo sempre nutrito la più certa fiducia che le Nostre direttive erano seguite e secondate. Per questo, dopo che per il promesso, immanchevole aiuto divino, Noi rimaniamo e rimarremo nella più fiduciosa tranquillità, anche se la tribolazione — diciamo la parola esatta, la persecuzione—dovrà continuare e intensificarsi. Noi sappiamo che voi siete, e voi sapete di essere, i Nostri Fratelli nell'Episcopato e nell'Apostolato; Noi sappiamo e sapete voi, Venerabili Fratelli, che siete i Successori di quegli Apostoli che S. Paolo chiamava con parole di vertiginosa sublimità « gloria Christi »;[2] voi sapete che, non un uomo mortale, sia pure Capo di Stato o di Governo, ma lo Spirito Santo vi ha posto, nelle parti che Pietro assegna, a reggere la Chiesa di Dio. Queste e tante altre sante e sublimi cose che vi riguardano, Venerabili Fratelli, evidentemente ignora o dimentica chi vi pensa e chiama, voi Vescovi d'Italia, « ufficiali dello Stato »; dai quali così chiaramente vi distingue e separa la

[1] *Rom.,* VIII, 31.
[2] *II Cor.,* VIII, 23.

stessa forinola del giuramento che vi occorra prestare al Monarca, mentre dice e premette espressamente: «come si conviene a Vescovo Cattolico ».

Grande poi e veramente smisurato motivo a bene sperare Ci è pare l'immenso coro di preghiere che la Chiesa di Gesù Cristo da tutte le parti del mondo solleva al divino Fondatore ed alla Sua SS. Madre per il suo Capo visibile, il Successore di Pietro, proprio come quando, or sono venti secoli, la persecuzione colpiva di Pietro stesso la persona: preghiere di sacri pastori e di popoli, di cleri e di fedeli, dì religiosi e di religiose, di adulti e di giovani, di bambini e di bambine; preghiere nelle forme'più squisite ed efficaci di santi sacrifizi e comunioni eucaristiche, eli supplicazioni, di adorazioni e di riparazioni, di spontanee immolazioni e di sofferenze cristianamente sofferte; preghiere, delle quali in tutti que^sti giorni e subito dopo i tristi eventi Ci giungeva da ogni parte la eco consolantissima, mai così forte e così consolante come in questo giorno sacro e solenne alla memoria dei Principi degli Apostoli e nel quale disponeva la divina bontà che potessimo por fine a questa Nostra Lettera Enciclica.

Alla preghiera tutto è divinamente promesso: se non sarà il sereno e la tranquillità dell'ordine ristabilito, sarà in tutti la cristiana pazienza, il santo coraggio, la gioia ineffabile di patire qualche cosa con Gesù e per Gesù, con la gioventù e per la gioventù a Lui tanto prediletta, e ciò fino all'ora nascosta nel mistero del Cuore divino, infallibilmente la più opportuna alla causa della verità e del bene.

E poiché da tante preghiere tutto dobbiamo sperare, e poiché tutto è possibile a quel Dio che alla preghiera tutto ha promesso, abbiamo fiduciosa speranza ch'Egli voglia illuminare le menti al vero e volgere le volontà al bene, così che alla Chiesa di Dio, che nulla contende allo Stato di quello che allo Stato compete, si cessi di contendere ciò che a Lei compete, la educazione e formazione cristiana della gioventù, non per umano placito ma per divino mandato, e che pertanto essa deve sempre richiedere e sempre richiederà, con una insistenza ed una intransigenza che

non può cessare nè flettersi, perchè non proviene da placito o calcolo umano o da umane ideologie mutevoli nei diversi tempi e luoghi, ma da divina ed inviolabile disposizione.

E Ci ispira pure fiducia e speranza il bene che indubitabilmente proverrebbe dal riconoscimento di tale verità e di tal diritto. Padre di tutti i redenti, il Vicario di quel Redentore che, dopo aver insegnato e comandato a tutti l'amore dei nemici, moriva perdonando ai suoi crocifissori, non è e non sarà mai nemico di alcuno e così faranno tutti i buoni e veri figli suoi, i cattolici che vogliano serbarsi degni di tanto nome; ma essi non potranno mai condividere, adottare o favorire massime e norme di pensiero e di azione contrarie ai diritti delia Chiesa ed al bene delle anime e perciò stesso contrarie ai diritti di Dio.

Quanto preferibile a questa irriducibile divisione delle menti e delle volontà, la pacifica e tranquilla unione dei pensieri e dei sentimenti, che per felice necessità non potrebbe non tradursi in feconda cooperazione di tutti per il vero bene a tutti comune; e ciò col plauso simpatico dei cattolici di tutto il mondo, invece che col loro universale biasimo e malcontento, come ora avviene! Preghiamo il Dio di tutte le misericordie, per la intercessione della sua SS. Madre che testé ci arrideva di plurisecolari splendori, e dei SS. Apostoli Pietro e Paolo, che Ci conceda a tutti di vedere quello che conviene fare e a tutti dia la forza di eseguirlo.

La Benedizione Nostra Apostolica, auspice e pegno di tutte le Benedizioni divine, discenda sopra di voi, Venerabili Fratelli, sui vostri Cleri, sui vostri popoli, e vi rimanga sempre.

Roma, dal Vaticano, nella Solennità dei SS. Apostoli Pietro e Paolo, 29 Giugno 1931.

PIUS PP. XI

Annus XXIII - Vol. XXIII 5 Augusti 1931 Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA pn PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

BELEMENSIS DEPARA

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS PRAELATURAE NULLIUS MARAJENSIS ET PRAELATURAE NULLIUS GURUPENSÏS.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romanus Pontifex, cuius humeris catholici orbis regimen divinitus est impositum, omni studio curare debet ut Ecclesiarum omnium circumscriptiones, ad maius religionis incrementum ac meliorem christifidelium gubernationem, temporum locorumque adiunctis quam maxime conveniant. Cum itaque ab Apostolica Sede non semel expostulatum sit ut archidioecesis Belemensis de Para, quae prae nimia territorii extensione ab uno Antistite congrue regi nequeat, in novas ecclesiasticas circumscriptiones divideretur, Nos, Archiepiscopi Belemensis oblatas preces, praehabito Nuntii Apostolici apud Brasilianam Rempublicam favorabili voto, benigne excipere decrevimus. De consulto igitur venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum, ac suppleto, quatenus òpus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, prae oculis habentes quae in Apostolicis sub plumbo Litteris « Ad universas Orbis Ecclesias » a fel. rec. Leone Papa Decimotertio, Praedecessore Nostro, die vigesima septima Aprilis anno millesimo octingentesimo nonagésimo secundo datis, hac de re reservata fuerunt, omnibus mature perpensis, de Apostolicae potestatis plenitudine a praedictae archidioecesis Belemensis de Para territorio partem praesentibus Litteris seiun-

gimus ac inter eius fines duas novas Praelaturas *nullius* dioecesis erigimus,, quarum alteram « Marajensem », alteram « Gurupensem » nuncupari volumus ac decernimus. Marajensi autem Praelaturae octo paroecias assignamus, eiusque fines ita describuntur: scilicet ab ostiis fluminis *Cámara* per litus *Marajensis* insulae ad caput *Maguary,* inde per fluvium *Amazonas* et rivum *Vieira,* comprehensis insulis *Mututy, Roberta, Araudhy* et *Ituquara,* necnon per transitus *Tajapurù* et *Boiussu* et per sinum *Bòcas* ad ostia fluminis *Caruaca,* cuius fontes per ipsum attingantur: linea sequitur quae partitur aquas, exclusis regionibus fluminum *Guajarà, Mutuacà* et *Pirià;* inde per divortium aquarum fluminum *Canaticù* et *Braco Esquerdo* fluviorum *Mapuà* et *Atuà;* pariter per divortium aquarum fluminum *Anajàs, Atuà* et *Anabijè;* et similiter per divortium aquarum fluminum *Anajàs* et *Anajàs Miry,* sequitur summa linea discriminans, ad occasum regionem lacus *Arary* spectans, usque ad fontes fluvii *Apihy:* inde ¡per lineam discriminantem ad boream et orientem eiusdem lacus *Arary* usque ad fontes fluminis *Cámara,* per laevum rivum, et per ipsum jflumen *Camarà* ad eiusdem ostia. Sedem huius novae Praelaturae in urbe */Soure* statuimus et prudenti arbitrio Apostolici Nuntii praelatitiam Ecclesiam ibi eligendam committimus.

Alteri eidemque novae Praelaturae Gurupensi quatuor tribuimus paroecias eiusque limites ut sequitur erunt: a fontibus ad ostia fluminis *Gurupy,* inde per oceanicum litus, omnibus comprehensis adiacentibus insulis usque ad ostia fluminis *Imboranunga* vel *JEmbpranunga* et per ipsum ad eiusdem fontes; linea recta sequitur usque ad fontes fluvii *Curiy,* et per ipsum ad continentiam suam in fluvium *Caeté,* inde per ipsum ad eiusdem fontes;, sequitur linea recta usque ad fontes rivi *Cuxiù* et per ipsum ad confluentiam. suam in flumen *Guamà;* per ipsum ad confluentiam rivi *Jurujaia',* et per eumdem ad suos fontes; sequitur linea recta usque ad antiquam sedem inclusive paroeciae S. Annae ad flumen *Capim,* per ipsum ad confluentiam fluvii *Ararandeua* et per ipsum ad suos fontes; sequitur linea recta usque ad punctum quod per medium dividit finitimam lineam inter dioeceses Belemensem et S. Ludovici de Maragnano, quae a fontibus fluminis *Gurupy* recto tramite oppositum punctum attingit ad confluentiam fluvii *Araguaya* cum flumine *Tocantins;* inde per ipsam lineam finitimam usque ad fontes fluminis *Gurupy.* Huius novae Praelaturae sedem in urbe *Ourem* statuimus, et prudenti arbitrio Apostolici Nuntii praelatitiam Ecclesiam ibi eligendam committimus. Decernimus insuper ut duae hae Praelaturae Maraiensis et Gurupensis, usquedum Nobis et Apostolicae Sedi aliter disponere visum fuerit, ad omnes iuris effectus sint vere et proprie *nullius* dioecesis, atque metropolitanae Ecclesiae Belemensi de Para, eiusque Archiepiscopo pro tempore tanquam suffraganeae sint subiectae. Quibus sedibus et praela-

tiis ecclesiis iura omnia et privilegia tribuimus, quibus ceterae sedes et praelatitiae ecclesiae iuxta commune et peculiare ius in Brasiliana Republica fruuntur ac gaudent. Itemque singulis bisce in Ecclesiis sedem et dignitatem praelaturam instituimus ad instar episcopalis dignitatis, pro utroque Praelato *nullius* dioecesis, qui commissae sibi Praelaturae praesit, cum iuribus, officiis, mensa, honoribus ac privilegiis, quibus huiusmodi Praelati in eadem Republica utuntur et gaudent. Ut vero Praelati singuli in assignato sibi territorio omnes sui officii mansiones adamussim explere valeant, simulque omnia munera obire quae Episcopi in suis dioecesibus, statuimus ut Praelati ipsi semper charactere ac dignitate episcopali sint exornati; iisdem idcirco una cum Praelatura titulus etiam episcopalis, nisi illum iam habeant, ex Summi Pontificis praescripto erit conferendus, ita ut Praelati ipsi eamdem in suo territorio tum ordinis, tum iurisdictionis potestatem exercere possint quam Episcopi in propriis dioecesibus, quorum propterea iisdem legibus et officiis adstringentur. Praeterea quae in memoratis sub plumbo Litteris die vigesima septima Aprilis anno millesino octingentesimo nonagésimo secundo datis constituenda disponuntur de novarum dioecesium in Brasiliana Republica honoribus, privilegiis et indultis, de Episcoporum potestate et attributionibus, de Capituli institutione ac Seminarii regimine et administratione, de ipsorum denique christifidelium et clericorum iuribus et muniis, de documentorum traditione aliisque id genus, omnia, congrua congruis conferendo, sartis tectisque dispositionibus Codicis iuris canonici et decretis Concilii Plenarii Americae Latinae anno millesimo octingentesimo nonagésimo nono Romae celebrati, quoad novas has Praelaturas religiose servanda iubemus. In dotem autem ipsarum Praelaturarum assignamus et attribuimus, si quae sint, bona et reditus pro rata' ad easdem spectantia ex bonis Belemensis archidioecesis, itemque oblationes, subsidia et dona quaecumque, quae titulo gratuito ad hoc conferentia*. Statuimus denique ut iuxta ea quae in memorato Concilio Plenario Americae Latinae decreta sunt, etiam a noviter modo erectis Praelaturae nullius Maraiensi et Gurupensi, earumque sumptibus alendi, ubi primum fieri poterit, bini delecti iuvenes ad Collegium Pium Latinum Americanum de Urbe, non intermissa vice mittantur, ut ibi in spem Ecclesiae instituantur. Quo vero stabilius et horum clericorum substentationi et Collegii dotationi sit pro visum summopere exoptamus, ut harum Praelaturarum Praesulum pro tempore cura et studio, quam citius fieri poterit, tot conferantur bona, quot requiruntur ut ex eorum reditibus duo praedicti alumni, aut modo saltem unus, sustentari queant.

Ad haec autem exsecutioni mandanda venerabilem fratrem Benedictum Aloisi Masella, Archiepiscopum Caesariensem in Mauretania, in Brasiliana

Republica Apostolicum Nuntium, deputamus, eidemque necessarias et opportunas facultates tribuimus etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive pronuntiandi super quavis difficultate et oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura; eique insuper onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses ab bis Litteris datis computandis transmittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Praesentes autem Litteras et. in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate Constituti munitis, adhibeatur in iudicio et extra illud eadem prorsus fides, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si originaliter forent exhibitae vel ostensae. Nemini ergo liceat quae hisce Litteris Nostris dismembrationis, erectionis, subiectionis, decreti, commissionis, mandati, derogationis et voluntatis statuta sunt, infringere, vel eis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et **Pauli** Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo octavo, die quarta decima mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno septimo.

FR. ANDREAS CARD. FRUHWIRTH, *Cancellariis S. B. E.*

CAROLUS CARD. PEROSI, *S. Cong. Consist. Secretarius.*

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ÇÉ **Plumbi**

Reg. in Cancellariae Apostolicae, Vol. XXXVIII, n. 3. - **M. Riggi.**

II

MONTISOLAREN. - DE UBEBABA

DISMEMBRATIO ET ERECTIO NOVAE PRAELATURAE PARACATUENSIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pro munere sibi divinitus commisso universam Dei Ecclesiam regendi Romani Pontifices ea semper praestiterunt, quae in bonum singularum dioecesium cedere viderentur, earum aliquando circumscriptiones immutando ut temporum et locorum adiunctis aptius responderent. Cum itaque dioeceses Montisclarensis et de Uberaba, in Brasiliana Republica, latissime pateant ac viarum communicatione deficiant, adeo ut non facile administrari queant, Nos opportunum duximus, ne aeterna incolarum ibi degentium salus aliquid detrimenti patiatur, quandam territorii partem a praedictis dioecesibus seiungere eamque in Praelaturam *nullius* erigere. Quapropter, auditis iis ad quos pertinet et suffragante venerabili fratre Benedicto Aloisi Masella, Archiepiscopo titulari Caesariensi in Mauretania, ac apud Brasilianam Rempublicam Apostolico Nuntio, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum consilio, suppleto quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, territorium finibus infra describendis circumscriptum, a praedictis dioecesibus Montisclarensi et de Uberaba seiungimus, et in Praelaturam *nullius* ab urbe *Paraeatu, « Paracatuensem* » nuncupandam erigimus. Novam hanc Praelaturam efformabunt tria municipia *Paraeatü, Jodo Pinheiro* et *S. Romae-,* secluso tamen ab hoc ultimo municipio districtu *Afîonso Arinos.* Eius propterea fines iidem erunt ac praesentes fines externi istorum municipiorum, eidemque Praelaturae hae quae sequuntur paroeciae pertinebunt: *S. Antonii de Paraeatù, Beatae Mariae Virginis a Conceptione de Rio Prelo, Beatae Mariae Virginis de Penna de Burity, S. Romani, S. Annae de Capâo Redondo* ac *8. Annae de Alegres.* Sedem et cathedram huius Praelaturae *nullius* in urbe *Paraeatu* statuimus ecclesiamque ibi exstantem S. Antonio a Padua dicatam ad gradum et dignitatem ecclesiae praelatitiae evehimus, cui propterea, eiusque pro tempore Praelatis omnia concedimus iura, honores, insignia et privilegia, quibus ceterae praelatitiae sedes earumque Praesules ex iure communi vel peculiari indulto in Brasi-

liana República pollent et gaudent, et cum omnibus oneribus et obligationibus iisdem adnexis. Hanc vero Paracatuensem Praelaturam suffraganeam constituimus metropolitanae ecclesiae Adamantinae, eiusque pro tempore Praelatos metropolitico iuri Archiepiscopi Adamantini subiicimus. Quum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in hac nova Praelatura canonicorum Capitulum instituatur, indulgemus, ut interim loco canonicorum dioecesani Consultores ad tramitem iuris instituantur. Quod vero attinet ad huius Praelaturae regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis, seu Administratoris Apostolici, sede vacante, electionem, ad Seminarii erectionem eiusque regimen et administrationem, ad clericorum et fidelium iura et onera, rite servanda iubemus quae sacri canones et decreta Concilii Plenarii Americae Latinae, Romae anno millesimo octingentesimo octuagesimo nono celebrati, praescribunt. Quod autem ad clerum in particulari spectat, statuimus ut, simul ac Praelaturae erectio facta fuerit, eo ipso clerici censeantur adscripti ecclesiae illi in cuius territorio legitime exstant. In dotem ac mensam huius novae Praelaturae assignamus et attribuimus oblationes, subsidia et bona quaecumque quae ad hoc in posterum conferentur, praeter ea quae iam collecta sunt. Statuimus insuper ut ab hac etiam nova Praelatura, eiusque sumptibus, duo delecti iuvenes, aut modo saltem unus, ad Collegium Pium Latinum Americanam de Urbe non intermissa vice mittantur, ut sub fere oculis Romani Pontificis in spem Ecclesiae instituantur. Mandamus denique ut omnia documenta et acta, territoria respicientia ex quibus nova haec Praelatura efformatur, quamprimum fieri poterit, a cancellariis dioecesium M'ontisclarensis et de liberaba tradantur ipsius Praelaturae Cancellariae, ut in eius archivo religiose adserventur.

Rebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus praefatum venerabilem fratrem Benedictum Aloisi Masella, Nostrum in Brasiliana Republica Nuncium, ei propterea tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, atque omnes dirimendi controversias in exsecutionis actu orituras, onere eidem imposito ad Sacram Congregationem Consistorialem infra sex menses ab his Litteris datis authenticum exemplar mittendi peractae exsecutionis.

Volumus autem ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent. Praesentes autem Litteras, et in eis contenta quaecumque, etiam

«x eo quod quilibet quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, etjsi secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem has Litteras Nostras dismembrationis, erectionis, evectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere, *vel* ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo nono, die prima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno octavo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *Cancellarius S. B. E.*

CAROLUS CARD. PEROSI *S. Cong. Consist. Secretarius.*

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonotarium Apost**
Ioannes Zani Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

***Beg. in Cane. Ap., vol- XL, n. 12.* - M. Riggi.**

III

CUIABENSIS

DISMEMBRATIONIS ARCHIDIOECESIS ET ERECTIONIS NOVAE PRAELATURAE NULLIUS « ADAMANTEAE ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cura universae Ecclesiae, Bomanis Pontificibus divinitus commissa, postulat ut novae in orbe catholico ecclesiasticae circumscriptiones constituantur quoties id in spirituale dominici gregis bonum cedere videatur. Cum itaque venerabilis frater Köster Archiepiscopus Cuiabensis, collatis eum Apostolico Nuntio in Brasiliana Eepublica consiliis, ab Apostolica Sede suppüciter petierit ut pro suae Ecclesiae faciliore et meliore gubernatione, pars territorii a sua archidioecesi dismembraretur et in Praelaturam *nullius* dioeceseos erigeretur: Nos, de venerabilium fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum consulto, oblatas preces benigne excipiendas censuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, a praefata archidioecesi Cuiabensi territorium, finibus ut infra describendis circumscriptum, seiungimus ac separamus illudque in Praelaturam *nullius* erigimus, quam ab urbe *Diamantino* « Adamanteam » nuncupari volumus. Novae huius Praelaturae fines ad septentrionem iidem erunt ac illi qui Statum *Matto Grosso* a Statu *Para* dividunt, a confluente fluminum *Telles Pires* (quondam *S. Manuel)* et *Juruena* usque ad *Xingù* flumen; ad occidentem *Juruena* flumen ab ipsius cum memorato flumine *Telles Pires* confluente usque ad suas origines; deinde vero recta linea usque ad caput fluminis *Jauru;* ad meridiem linea recta a capite *Jauru* fluminis ad fluminis *Jaueoarà* ostium in *numen Paraguay;* hinc alveus ipsius fluminis *Jaueoarà* usque ad eius caput; ab hoc autem recta linea usque ad fluminis *Pary* caput; inde linea recta usque ad locum ubi flumen *Quibò* in flumen *Cuy aba* influit et per istud usque ad eius caput; ab hoc recta linea usque ad fluminis *Paranatinga* caput; ab huius autem fluminis capite, recta item linea usque ad fluminis *Kuluene* caput, ad orientem autem *Kuluene* et *Xingu* flumina usque ad limites Status *Para.* Novae huius Adamanteae Praelaturae *nullius* ita erectae et circumscriptae sedem et cathedram in urbe *Diamantino* statuimus, atque ecclesiam Immaculatae Mariae Virgini

dicatam ad ecclesiae praelatitiae gradum et dignitatem evehimus; eidemque sedi et praelatitiae ecclesiae omnia iura ac privilegia tribuimus, quibus ceterae sedes et praelatitiae ecclesiae in Brasiliana Republica gaudent. -Eamdem vero Praelaturam *nullius* Adamanteam metropolitanae ecclesiae Ouiabensi suffraganeam eiusque Praelatos Archiepiscopi Cuiabensis pro tempore iuri metropolitico subiicimus. Quum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in hac nova Praelatura canonicoriim Capitulum instituatur, indulgemus ut interim pro canonicis dioecesani Consultores instituantur. Quod vero attinet ad huius novae Praelaturae regimen et administrationem, ad Vicarii Capitiüaris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, ad documentorum traditionem aliaque huiusmodi, rite servari iubemus quae sacri canones et decreta Concilii Plenarii Americae Latinae, Romae anno millesimo octingentesimo octuagesimo nono celebrati, praescribunt. Quod autem ad clerum in particulari spectat, statuimus ut, simulac Praelaturae erectio facta fuerit, eo ipso clerici censeantur adscripti ecclesiae illi in cuius territorio legitime exstant. In dotem ac mensam ipsius Praelaturae adsignandus et attribuimus oblationes, subsidia et bona quaecumque quae ad hoc conferentia, praeter ea quae ad hunc finem iam collecta sunt. Demum iuxta ea quae in praefato Concilio Plenario Americae Latinae decreta sunt, etiam ab hac Praelatura, eiusque sumptibus, duo delecti iuvenes, aut modo saltem unus non intermissa vice ad Collegium Pium Latinum Americanum de Urbe mittantur, ut sub fere oculis Romani Pontificis in spem Ecclesiae instituantur.

Rebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Benedictum Aloisi Masella, Archiepiscopum titularem Caesariensem in Mauretania et in Brasiliana Republica Apostolicum Nuntium, eidemque necessarias et opportunas facultates tribuimus, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et ipsi onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem infra sex menses, ab his Litteris receptis computandos, transmittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur si exhibitae vel ostensae forent.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel.eorum qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, etiam si expressa, spe-

cifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, et si secus super his **a** quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem quae a Nobis praesentibus Litteris decreta sunt infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo nono, die vigesima secunda mensis Martii, Pontificatus Nostri anno octavo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWTRTH, *Cancellarius S. B. E.*

CAROLUS CARD. PEROSI *S. Cong. Consist. Secretarius.*

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*
Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus**

Loco Plumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. XL, n. 12. - **M. Riggi.**

IV

GOYASEN.

DE DIOECESIS GOYASENSIS DISMEMBRATIONE ET NOVAE PBAELATUBAE NULLIUS « JATAHIENSIS » ERECTIONE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sollicitudo, quae in omnes et singulas Ecclesias Romanis Pontificibus incumbit, postulat ut novae constituantur ecclesiasticae circumscriptiones, quoties sive auctus fidelium numerus, sive aliae rationes id requirere videantur. Cum itaque Goyasensis dioecesis latissime pateat et christifidelium numerus postremis hisce temporibus non parum in ea succreverit, cumque eorumdem ad episcopalem sedem ab extremis praesertim finibus non facilis sit accessus, ita ut non sine gravi incommodo religiosa negotia ipsi agere valeant: Nos, precibus annuentes venerabilis fratris Emmanuefis Gomez de Oliveira, hodierni Episcopi Goyasensis, et suffragantibus votis venerabilium fratrum Nostrorum tum Archiepiscopi metropolitam Mariannensis, tum Nostri in Brasiliana Republica Apostolici Nuntii, de consulto etiam dilectorum filiorum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum, omnibus mature perpensis, partem quandam a praefatae dioecesis Goyasensis territorio seiungere et novam ex ea praelaturam *nullius dioeceseos* erigere decrevimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de plenitudine Apostolicae auctoritatis, a Goyasensi dioecesi territorium separamus, finibus ut infra describendis circumscriptum, illudque in Praelaturam *nullius* erigimus, quam ab urbe *Jatahy* « Jatahiensem » nuncupari statuimus et decernimus. Nova igitur Praelatura haec quatuor paroeciis efformabitur dioecesi Goyasensi hucusque pertinentibus, idest Spiritus Sancti in *J atahy,* Spiritus Sancti in *Mineiros,* Spiritus Sancti in *Mio Bonito* et Nostrae Dominae Perdolentis in *Rio Verde,* quibus singulis paroeciis singula quatuor municipia, iisdem nommibus ac paroeciae ipsae appellata iisdemque finibus contenta, respondent. Ipsa idcirco iisdem continebitur finibus, quibus quatuor ipsae paroeciae ac quatuor municipia simul sumpta: ad septentrionem scilicet dioecesi Goyasensi, secundum limites paroeciarum *Rio Bonito* et *Rio Verde;* ad meridiem vero flumine *Piranahyba;* ad orientem meridiem versus limitibus, qui inter Statum *Goyaz* et Statum

Matto Grosso intercedunt. Novae huius Jatahiensis Praelaturae *nullius* ita a Nobis erectae et circumscriptae sedem et cathedram in urbe Jatahy statuimus, atque ecclesiam Spiritui Sancto dicatam ibi exstantem ad ecclesiae praelatitiae gradum et dignitatem evehimus, eidemque sedi et praelatitiae ecclesiae eiusque pro tempore Praelatis omnia iura et privilegia tribuimus, quibus ceterae sedes et ecclesiae praelatitiae eiusque Antistites ex iure communi vel legitima consuetudine in Brasiliana Republica gaudent, cum omnibus oneribus et obligationibus iisdem adnexis. Decernimus insuper ut praelatura haec Jatahiensis metropolitanae ecclesiae Mariannensi sit suffraganea eiusque Praelatos Archiepiscopi Mariannensis pro tempore iuri metropolitico subiicimus. Quum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in hac nova Praelatura canonicorum Capitulum erigatur, indulgemus ut ad tramitem iuris pro canonicis dioecesani Consultores interim instituantur. Quod vero attinet ad Praelaturae huius regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, rite servari iubemus quae sacri canones et decreta Concilii Plenarii Americae Latinae, Romae anno millesimo octingentesimo octuagesimo nono celebrati, praescribunt. Quod autem in particulari ad clerum spectat, statuimus ut simulac Praelaturae erectio ad exsecutionem mandata fuerit, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio legitime exstant. Volumus insuper ac mandamus ut documenta omnia et acta, quae novam hanc Praelaturam respiciunt, ad eiusdem Praelaturae Curiam quamprimum tradantur ut in eius archivo rite asserventur. In dotem ac mensam autem ipsius Praelaturae assignamus et attribuimus oblationes, subsidia et bona quaecumque, quae ad hoc conferentur. Demum iuxta ea quae in praefato Concilio Plenario Americae Latinae decreta sunt, ab hac quoque Praelatura eiusque sumptibus duo delecti iuvenes, aut modo saltem unus, non intermissa vice, ad Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum de Urbe mittantur, ut sub fere oculis Romani Pontificis in spem Ecclesiae instituantur.

Rebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Benedictum Aloisi Masella, Archiepiscopum titularem Caesariensem in Mauretania, in Brasiliana Republica Nuntium Apostolicum, eidemque necessarias et opportunas facultates tribuimus etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum atque definitive sententiam dicendi de quavis difficultate vel oppositione in exsecutionis actu oritura, eique onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem infra sex menses ab his Litteris datis computandos fidem authentica forma exaratam trans-

mittendi peractae esxecutionis. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo cuiuslibet viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce Litteris tribueretur si originalster exhibitae vel ostensae forent.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus apostolicis et quibusvis aliis, Romanorum Pontificum, praedecessorum Nostrorum, dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem.quae a Nobis praesentibus Litteris decreta sunt, infringere, vel eis contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo nono, die vigesima prima mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno octavo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *Cancellarius S. B. E.*

CAROLUS CARD. PEROSI, *S. C. Consistorialis a Secretis.*

Ioseph Wilpert, *Decanus Göll. Proton. Apostolicorum.*
Ioannes Zani-Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ^ Plumbi

***Beg. in Cane. Ap., vol. XLI, n. 4.* - M. Riggi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

FINES REGUNTUR INTER VICARIATUS APOSTOLICOS DE SIWANTZE ET TSTNING IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Dominici gregis Pastorum votis concedere Romano Pontifici pergratum est, quae eo spectent ut spirituali christifidelium bono pro vide ac tempestive consulatur. Itaque cum Litteris apostolicis Nostris sub anulo datis die VIII mensis Februarii an. MDCCCCXXIX, ex quadam territorii parte vicariatus apostolici de Siwantze in Sinis alium novum vicariatum de Tsining, suis finibus designatum, constituerimus, et postremis hisce temporibus in septentrionalem vicariatus de Siwantze partem copiosissime immigraverint incolae quos Vicarius Apostolicus de Tsining facilius evangelizare potest; nunc tam Vicarius Apostolicus de Siwantze quam Apostolicus Vicarius de Tsining, ad eosdem plane accedente Delegato Apostolico Nostro in Sinis, a Nobis humiliter enixeque expostulant, ut novos modo atque magis opportunos fines inter duos ipsos vicariatus statuere dignemur. Huiusmodi autem supplicationibus annuendum, omnibus rei momentis attento seduloque studio perpensis, ultro libenterque existimavimus. Conlatis itaque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui rebus gerendis Sacrae Congregationis-de Propaganda Fide praepositi sunt, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore statuimus, ut, neglecto confinio civili, inter sub-praefecturas civiles de *Q^aolin* et de *Shangtu,* ex nunc et in posterum inter duos quos nominavimus vicariatus finis sit magna via *Lao Koantao* vulgo nuncupata, quae ex sub-praefecturae civilis de *Tengehen* finibus prope *Kioulcoutsinen* ad septentrio-orientem pergens prope locum *Teh' achanchelao* attingit fines civilis sub-praefecturae de *IPangpao,* ita ut regio, quae in septentrionali parte magnae viae de *Lao Koantao* complectitur tum sub-praefecturae civilis de *Hinghouo,* tum sub-praefecturae de *Shangtu* portionem, seiungatur ab apostolico vicariatu de Siwantze et vicariatui apostolico de Tsining uniatur; hac mente tamen ut pagi atque oppida, quae ad eandem viam iam exstant vel in posterum exstruenda sunt, in parte occidentali ad locum usque *TcWahanobo,* vicariatus apostolici de Tsining sient; ab ipso loco vero de *TcWahanobo* usque ad fines sub-praefecturae de *K^angpao* vicariatus apostolici de Siwantze sient.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac defmiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super Iiis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **xx** mensis Novembris anno MDCCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

FINES REGUNTUR INTER VICARIATUM APOSTOLICUM DE HANCHUNGFU ET PRAEFECTURAM APOSTOLICAM DE HINGANFU IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Regimen Ecclesiae Sanctae Nobis divinitus concreditum postulat a Nobis ut sollicito studio ea decernamus quae ad religionem provehendam necessaria vel etiam opportuna videantur. Quapropter, cum per Litteras apostolicas Nostras die **xxviii** mensis Martii anno **MDCCCCXXvni** sub anulo Piscatoris datas, erecta fuerit nova praefectura apostolica de Hinganfu in Sinis, ut limites eiusdem praefecturae cum finibus civilibus plane congruant, haec, quae sequuntur, decernenda existimavimus. Territorium enim praefecturae eiusdem de Hinganfu iam Litteris Nostris constituebatur tum a civilibus sub-praefecturis de Tze-yang, Pingli, Ning-shen, Shig-chuan, Sun-yang, Han-yin, Chuan-ping, Pai-ho, Hinganfu (seu An-kang), quae ad hunc finem separabantur ab apostolico vicariatu de Hanchungfu, tum e civilibus sub-praefecturis de Siao-yi, Chen-an, Shan-yang, quae tunc ab apostolico vicariatu de Sianfu seiunge^bantur. Postea autem civitas de Chemping, in territorio vicariatus apostolici de Hanchungfu posita, in distinctam erecta est civilem sub-praefecturam; proindeque nunc etiam peropportunum videtur ipsam novam civilem sub-praefecturam de Chemping ad ceteras sub-praefecturas, quas tribuimus iam apostolicae praefecturae de Hinganfu, adiungere. Nos itaque, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa

scientia.et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, territorio civili subpraefecturae de Chemping a vicariatu apostolico de Hanchungfu distracto, eandem civilem subpraefecturam de Chemping, ceteris sub-praefecturis, quae apostolicam praefecturam de Hinganfu constituunt, addimus; ita ut ex nunc et in posterum limites eiusdem praefecturae apostolicae iidem sint ac fines quos civiles auctoritates civilibus praefatis subpraefecturis statuerunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec edicimus, volumus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contingent.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Decembris, anno MDCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

SEPARATO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE C O QUILH AT VILLE ERIGITUR MISSIO INDEPENDENS DE BIKORO IN AFRICA CENTRALI.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Cum opera studioque Patrum e Provincia Belgica Congregationis Missionis in districtus de Bikoro, praefecturae apostolicae de Coquilhatville subiecti, regionibus, adeo christiana res feliciter adoleverit, ut peropportunum iam videatur, addita quoque parte territorii vicariatus apostolici de Leopoldville, novam ibi erigere atque independentem Missionem, suffragantibus etiam tum Praefecto Apostolico de Coquilhatville, tum Vicario Apostolico de Leopoldville: Nos, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus qui rebus Propagandae Fidei praepositi sunt, omnibusque rei momentis attente perpensis, haec quae sequuntur statuenda existimavimus. Nimirum motu proprio, certa scientia ac "matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, e praefectura apostolica de Coquilhatville districtum

de Bikoro dismembramus, et a vicariatu apostolico actuali Leopoldopolitano separamus eam territorii plagam, quae ad sinistram fluminis Congi exstat, eundemque districtum idemque territorium in novam Missionem sui iuris, nomine de Bikoro, constituimus, quam Patribus e Provincia Belgica Congregationis Missionis ad Nostrum Sanctaeque Sedis Apostolicae beneplacitum in Domino committimus. Missionis autem de Bikoro sic noviter erectae fines sequentes sient: ad occidentem, cursus fluminis Congi usque ad confluentem Kasai; ad meridiem, cursus fluminis Kasai usque ad Lediba; ad orientem, fines tribuum, quas de Bateke, Bobangi, Bwema, Batende, Barunu (alias Bakutu), Ntombotolo nuncupant, -et limites districtus de Bikoro; ad septentrionem, linea quae recte a fonte fluminis *de Loondo* antea ad fontem fluminis *de la BoloJco* et postea ad confluentem *de la Bileka* ac *de la BoloJco* perveniat, cursus dein *de la Boloho* usque ad ostium *de la Losasafa,* huius fluminis cursus usque ad suos fontes, alia vero linea recta a fontibus *de la Losasafa* ad fontes *de la Boba,* cursus fluminis *de la Boba* usque ad ostium, dein *la Boyólo* usque ad confluentem *IJcabo,* denique parallelos linea confluentis huius usque ad punctum in quo ipsum flumen Ikabo inferiori flumini Congo occurrrit.

Haec mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die III mensis Ianuarii, anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

i

DECRETUM

DAMNANTUR ALIQUOT OPERA EDUARDI LE ROY

Feria IV, die 24 Iunii 1931

Emi ac Revmi **Uni** Cardinales fidei moribusque tutandis praepositi, in generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, praehabito DD. Consultorum voto, tamquam praedamnata, ad normam can. 1399, 2°, 6° C. I. C, habenda et in Indicem librorum prohibitorum inserenda esse decreverunt opera Eduardi Le Roy, quae infra recensentur:

IS Exigence idéaliste et le fait de revolution. Paris, Boivin et O.ie, 1927.

Le problème de Dieu. Paris, L'Artisan du Livre, 1929.

La pensée intuitive, Voll. 2. Paris, Boivin et C.ie, 1929-1930.

Les origines humaines et dévolution de Vintelligence. Paris, Boivin et C.ie, 1930.

Et feria V subsequenti, die 25 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. concessa, relatam Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 27 Iunii 1931.

A. Subrizi, *Supr. Sacrae Congr. S. Officii Notarius.*

L. © S.

II

DECRETUM

DEGRADATIONIS EDICTALIS

Geysa Victor Boross, natus Peér in Hungaria die 29 Aprilis 1880 a parentibus catholicis ritus latini in eoque ritu baptizatus atque educatus nec non legitimo matrimonio iunctus, die 24 Februarii 1925 una cum uxore et filiis ad schisma graecum orientale deservit et ab episcopo schi-

ematico in presbyterum missionarium ordinatus est. Semestre dein vix elapso, falso praetendens se, inde ab infantili aetate in schismate conversatimi, de formali apostasia insimulan minime posse, in clerum catholicum ritus orientalis Miskolcziensem cooptari et ad sacri ministerii exercitium admitti obtinuit.

Mox vero de inobedientia erga suum Ordinarium deque pluribus (ex communibus quoque) criminibus iam accusatum, in America, quo proprio arbitrio se contulerat, ad haereticos eum remeasse nuntiatum est.

Hisce cognitis ac summatim comprobatis, cum actualis eius commorationis locus resciri nequivisset, intimatione edictali in Commentario Officiali Sanctae Sedis (vol. XXIII, pag. 169) sub die 4 Maii a. c. de more evulgata, ad comparendum intra terminum peremptorium unius mensis coram Suprema Sacra Congregatione Sancti Officii formiter citatus est, cum expressa declaratione Sacram Congregationem, ni paruisset, nulla alia interiecta mora, in contumacia processuram fore.

Hoc igitur termino inutiliter iamdiu praeterlapso, haec eadem Suprema Sacra Congregatio in plenario conventu habito feria iv, die 8 Iulii 1931 hanc tulit sententiam:

« Attentis extraordinariis casus adiunctis, potissimum vero comprobata imputati apostasia et criminibus ab ipso admissis; receptione sacrorum Ordinum ab episcopo schismatico ; turpissima fraude qua in clerum catholicum ritus orientalis Miskolcziensem cooptari ipse obtinuit; miserrimoque in haeresim relapsu, sac. Geysa Victor Boross, ad comparendum coram hoo Supremo Sacro Tribunali frustra citatus, firmis omnibus et singulis censuris, poenis atque inhabilitatibus iam ipso facto quomodocumque incursis et contractis, damnatur in contumacia degradatione edictali cum omnibus iuris effectibus».

Hanc autem sententiam Ssmus D. IST. Pius divina Providentia Papa XI in solita audientia die subsequenti R. P. D. Adsessori Sancti Officii impertita, suprema Sua auctoritate confirmatam, publici iuris per insertionem in Commentarium Officiale Sanctae Sedis fieri iussit, mandans ad quos spectat ut plenam eius exsecutionem pro viribus urgeant.

Datum Romae ex Aedibus Sancti Officii die 15 Iulii 1931.

A. Subrizi, *Supr. S. Congr. S. Officii, Notarius.*

L. © S.

III

COMUNICATO

Con sentenza emanata da questa Suprema Sacra Congregazione nella feria IV, 12 Luglio 1916, e pubblicata nel Bollettino Ufficiale *Acta Apost. Sedis,* vol. VIII, p. 316, di detto anno, il sacerdote Antonino (non Antonio) Maria Caccavari, originario della diocesi di Nicastro, fu ridotto *in poenam,* per gravi mancanze, allo stato laicale. Risultando ora che egli, servendosi di falsi documenti, è riuscito ciò non ostante ad esercitare anche recentemente i sacri ministeri, gli Emi e Revmi Padri nell'adunanza plenaria di feria IV, 8 Luglio 1931, hanno ordinato che venga pubblicata di nuovo la condanna sopra accennata, colla ingiunzione espressa al sacerdote Caccavari di dimettere immediatamente l'abito clericale.

Roma, dal Palazzo del S. Offizio, 16 Luglio 1931.

A. Subrizi, *Notato della Supr. Sacra Congr. del S. Offizio.*

h. & S.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

VICENTINA ET PATAVINA

SEPARATIONIS ET AGGREGATIONIS

DECRETUM

Ad consulendum fidelium spirituali emolumento et commodo, R. P. D. Ferdinandus Rodolfi, Episcopus Vicentinus, et R. P. D. Elias Dalla Costa Episcopus Patavinus, cleri populique interesse habentium votis obsecundantes, suffragantibus suis Capitulis cathedralibus, ab Apostolica Sedè enixe postulaverunt ut nonnullae immutationes finium inter dioeceses Vicentinam ac Patavinam inducantur; scilicet, iuxta limites infra determinandos, separentur a dioecesi Vicentina et aggregentur dioecesi Patavinae vicus *Bubbio,* territorium quod *Burcia* vocant, et alius locus inter municipia *Bosà* et *Cittadella;* vicissim disiungantur a dioecesi Patavina et uniantur dioecesi Vicentinae loca quae *Saline, Vicentina* et *Brancaglia* appellant. Fideles enim inibi commorantes, ab ecclesiis paroecialibus, ad quas in praesens pertinent, valde distant impeditisque itineribus ad eas accedunt. Quibus precibus, diligenti examini penes Sacram Congregatio-

nem Consistorialem subiectis, Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI benigne annuens, de Apostolicae potestatis plenitudine, hoc Consistoriali decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expedirentur, quae sequuntur commutationes inter dioeceses Vicentinam et Patavinam statuit: E paroecia S. Ambrosii, in oppido *Valrovina* et e dioecesi Vicentina disiungatur atque cum paroecia S. Antonii de Padua, in *Fontanella* et cum dioecesi Patavina coniungatur vicaria perpetua *(cu~razia)* quam *Bubbio* appellant; proinde ibi novi limites dioecesani praefiniantur sequentibus vallibus ac viis: *Forcella dei Gonzi,* via *Cavallara,* valle *Gallina,* via *Vecchia,* via *dei Gaggi.* E paroecia Nativitati Beatae Mariae Virginis dicata, *in Albettone* et e dioecesi Vicentina dividatur atque paroeciae S. Laurentii in *Vo* et dioecesi Patavinae uniatur locus *Burcia,* circumscriptus fossis *Pontine, Capitello, Scaglia-,* quibus idcirco novi fines dioecesani ad septentrionem determinentur, dum ad orientem te meridiem canali *Bisalto,* ad occasum rivo *Francazana* iam indicantur.

E paroecia S. Antonii Abbatis in *Rosa* et e dioecesi Vicentina separetur atque paroeciae S. Bernardi in *Laghi* et dioecesi Patavinae aggregetur territorium circumscriptum rivulo *Geda,* via municipali *Tezze di Bassano* et semita praefata loca coniungente. E paroecia S. Bochi Conf. in *Valbona* et e -dioecesi Patavina seiungatur atque paroeciae Ss. Viti, Modesti et Crescentiae in *Noventa* et dioecesi Vicentinae adiiciatur locus *Saline,* a rivo *Molina* definitus. E paroecia Beatae Mariae Virginis in caelum Assumptae dicata, in *Montagnana* et e dioecesi Patavina secernantur atque paroeciae S. Ioannis Baptistae in *Cicogna* et dioecesi Vicentinae adiungantur loca quae *Vicentina* et *Brancaglia* vocant: quod territorium circumscribatur via provinciali *Montagnana-Vicenza,* via *Vicentina* et rivo *Struppio* ab aggere terrentis *Gua* usque ad decussationem cum via Vicentina.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Ssmus Dominus Noster deputare dignatus est R. P. D. Ferdinandum Rodolfi, Episcopum Vicentinum, cum facultatibus necessariis et opportunis etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, iniuncto eidem onere transmittendi ad hanc Sacram Congregationem Consistorialem, infra sex menses a subsignata die computandos, authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 20 Augusti 1930.

£8 Fr. R. CARD. ROSSI, *a Secretis.*

L. S.

B. Renzoni, *Substitutus.*

II

COMENSIS - LUGANENSIS

DE IURISDICTIONE IN VIGTJM «ERBONNE»

DECRETUM

Per Apostolicas sub plumbo Litteras *Ad universam* a Summo Pontifice Leone XIII S. M. die 7 Septembris 1888 editas, e dioecesi Comensi fuit dismembratum et constitutum sub Administratione Apostolica Luganensi totum territorium Ticinense in ditione Helvetica situm; et enumeratae fuerunt omnes paroeciae ab eadem Apostolica Administratione dependentes, inter quas paroecia loci *Scudelatte.* Quum autem intra fines huius paroeciae comprehendatur vicus *Erbonne,* qui, licet in Italia consitus, de facto tamen Apostolicae Administrationi Luganensi hactenus subiectus fuit, Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, auditis interesse habentibus, declarandum statuit, prout praesenti Consistoriali decreto declarat, praefatum vicum *Erbonne,* cum omnibus incolis, ad dioecesim Comensem pertinere ac proinde posthac ab Ordinario Comensi regendum et administrandum esse.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, di« 6 Martii 1931.

£8 Er. R. C. CARD. ROSSI, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

1 Maii 1931. — Titulari ecclesiae archiepiscopali Anasarthensi, praefecit R. P. D. Ioannem Irenaeum loffily, hactenus archiepiscopum Belemensem de Para.

1 Iunii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Tyriensi, R. D. Aegidium Lari, Auditorem Nuntiaturae Apostolicae in Brasilia, deputatum Delegatum Apostolicum in Persia.

5 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Silandensi, R. P. D. Iacobum Albertum Duffy, hactenus Episcopum Insulae Grandis.

8 Iunii 1931. — Cathedrali Ecclesiae Cochabambensi, R. P. Thomam Aspe, O. F. Minorum.

19 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tacapensi, E. P. D. Ioannem Bapt. Gorordo, hactenus Episcopum Cebuanum.

22 Iunii. — Cathedralibus Ecclesiis Calliensi et Pergulanae, B. P. D. Philippum Mantini, hactenus Episcopum Bosanensem.

23 Iunii. —Titulari episcopali Ecclesiae Ucculensi, B. P. D. Alfonsum Verwimp, S. L, quem deputavit Vicarium Apostolicum de Kisantu.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thmuisanae, R. P. Petrum Fallaize, ex Congr. Oblat. B. M. V. L, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis B. P. D. Gabrielis Breynat, Vicarii Apostolici de Mackenzie.

26 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Sebastopobtanae in Armenia, B. P. D. Iacobum Roche, hactenus Episcopum Rossensem, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Roberti Browne, Episcopi Cloynensis.

30 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Sipontinae, cum perpetua administratione Ecclesiae Vestanae, R. D. Andream Cesarano, Vicarium generalem vicariatus apostolici Constantinopolitani.

— Cathedrali Ecclesiae Mutilanae, R. D. Maximilianum Massimiliano parochum ad S. Gregorii, in civitate Firmana.

— Titulari episcopali Ecclesiae Nazianzenae, R. D. Augustinum Mancinelli, Canonicum theologum cathedralis Civitatis Castelli ibique Seminarii Rectorem, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Antonii M. Iannotta, Episcopi Aquinatensis, Sorani et Pontiscurvi.

3 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Londonensi, R. P. D. Thomam Kidd, hactenus Episcopum Calgariensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Pharsaliae, R. D. Eomulum Genuardi, canonicum metropolitanae Ecclesiae Panormitanae, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Aloisii Card. Lavitrano, Archiepiscopi Panormitani.

10 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Belemensi de Para, E. P. D. Antonium Lustosa, hactenus Episcopum Corumbensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Mediensi, R. D. Franciscum Barda, Rectorem Seminarii Cracoviensis, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Anatolü Nowak, Episcopi Premisliensis Latinorum.

14 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Uzitanae, R. P. Candidum (in saeculo Dominicum) Moro, O. F. M., quem constituit Vicarium Apostolicum Cyrenaicae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Hermopolitanae Maiori, R. P. Fulgentium (in saeculo Franciscum) Lazzati, O. F. M., quem constituit Vicarium Apostolicum de Mogadiscio.

21 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Rhedonensi, E. P. D. Renatum Miguen, hactenus Episcopum Montispessulanum.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Amasenae, R. P. D. Franciscum Kordaë, hactenus Archiepiscopum Pragensem.

23 Iulii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Antinoitanae, R. P. D- Aloisium Benziger, hactenus Episcopum Quilonensem.

SAGRA CONGREGATIO CONCILII

DECRETUM

I

DE HABITU ECCLESIASTICO A CLERICIS DEFERENDO

Prudentissime sane consilio ab Ecclesia provisum est, ut clerici, in sortem Domini vocati, per decentiam habitus extrinseci, intrinsecam morum honestatem ostendant et a laicis etiam habitu secernantur. Qui quidem habitus, quamquam, pro diversis temporibus et locis, non unam praetulerit formam et colorem, semper tamen proprium quid ac singulare clericali ordini congruum retinuit ac retinet, quo tamquam *habitus ecclesiasticus* seu *clericalis* et nominetur et habeatur.

Disciplina in hac re vigens continetur in canone 136 § 1 Codicis iuris; canonici his verbis: « Omnes clerici decentem habitum ecclesiasticum, secundum legitimas locorum consuetudines et Ordinarii loci praescripta,, deferant; tonsuram **seu** coronam clericalem, nisi recepti populorum mores* aliter ferant, gestent, ***ei*** capillorum simplicem cultum adhibeant ».

Porro huic Sacrae Congregationi Concilii exploratum est non omne» clericos, in nonnullis praesertim regionibus, memorati canonis disciplinam servare. Sunt enim qui, propriam dignitatem et honorem clericalem parvi pendentes, contra legitimam consuetudinem et Ordinarii loci praescripta,, vestes etiam publice, tum forma tum colore, prorsus laicales deferant, nec ipsam tonsuram clericalem gestent. Ex quo facile sequitur, ut populus* christianus erga coetum clericalem debitum obsequium minuat et clerici ipsi sese periculo exponant non solum agendi ea quae a statu clericali sunt aliena et indecora; sed etiam, quod Deus avertat, e suo statu. omnino deficiendi. Nec desunt sacerdotes, qui habitu, quem supra diximus, utuntur etiam in ecclesia in sacris peragendis, in sede confessionali,, in Missa celebranda, in Ssma Eucharistia distribuenda.

Iamvero ad omnes abusus in hac re removendos et ad disciplinam ecclesiasticam firmandam atque urgendam, haec Sacra Congregatio Concilii praesenti decreto mandat, ut omnes clerici, praeter clericalem tonsuram, decentem habitum ecclesiasticum publice semper, non excepto tempore aestivarum vacationum, deferant, habitum scilicet, quem legitima consuetudo et Ordinarii loci praescriptum in propria regione ordini clericali congruentem agnoverint.

Insuper eadem Sacra Congregatio sacerdotes graviter monet ut religiosissime servent etiam praescriptum canonis 811 § 1: « Sacerdos, Missam celebraturus, deferat vestem convenientem quae ad talos pertingat »: qua quidem veste curandum est ut sacerdotes utantur etiam in Sacramentis publice ministrandis. Parochi et rectores ecclesiarum in sua quisque ecclesia ad celebrandum Missae sacrificium sacerdotes ne admittant nisi sint, iuxta praescriptum canonis 804 § 2, ecclesiastica veste induti, veste nempe de qua in canone 811 § 1.

Ut vero praesens decretum ab omnibus, ad quos spectat, adamussim servetur, eadem Sacra Congregatio peculiarem Ordinariorum locorum diligentiam atque vigilantiam excitat, qui, si casus ferat, in renitentes animadvertant ad normam canonum 136 § 3, 188 n. 7, 2379 Codicis iuris canonici.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 28 Iulii anno 1931.

I. CARD. SERAFINI, *Praefectus.*

L. $ S.

I. Bruno, *Secretarius.*

II

DECRETO

CIRCA ALCUNE FORMULE DEL CATECHISMO DI PIO X

Con l'articolo 34, comma 1, del Concordato Lateranense sono stati riconosciuti in Italia gli effetti civili al Sacramento del matrimonio, disciplinato dal Diritto canonico.

In seguito a tale riconoscimento si rende necessaria la modificazione di alcune formule del *Catechismo della dottrina cristiana di Pio Pp. X,* il cui testo con Lettera apostolica dello stesso Pontefice del 18 Ottobre 1912 è stato prescritto nella diocesi e provincia ecclesiastica di Roma, e raccomandato nelle altre diocesi d'Italia. Perciò questa Sacra Congregazione del

Concilio, con l'approvazione del Santo Padre, ha stabilito che alle attuali formule che si trovano nel testo del predetto Catechismo, edizione vaticana, sotto i numeri 408-412, siano sostituite le seguenti:

«408. *Come si contrae il matrimonio?*

« R. Il matrimonio si contrae esprimendo il mutuo consenso davanti al parroco, o a un sacerdote suo delegato, ed almeno a due testimoni.

« 409. *Il matrimonio celebrato in questa forma consegue in Italia anche gli effetti civili?*

« R. Il matrimonio celebrato in questa forma consegue in Italia anche gli effetti civili, perchè lo Stato italiano riconosce tali effetti al Sacramento del matrimonio.

« 410. *Il matrimonio così celebrato come consegue in Italia anche gli effetti civili?*

« R. U matrimonio così celebrato consegue in Italia anche gli effetti civili, mediante la sua regolare trascrizione nei registri dello stato civile, fatta a richiesta del parroco.

« 411. *Oli sposi cattolici possono compiere anche il matrimonio civile?*

« R. Gli sposi cattolici non possono compiere il matrimonio civile nè prima nè dopo il matrimonio religioso: che se lo osassero, anche con l'intenzione di celebrare in appresso il matrimonio religioso, sono dalla Chiesa considerati come pubblici peccatori.

« 412. *Gli sposi nel contrarre il matrimonio debbono essere in grazia di Dio?*

« R. Gli sposi nel contrarre il matrimonio debbono essere in grazia di Dio, altrimenti commettono un sacrilegio ».

Roma, dalla Segreteria della stessa Sacra Congregazione del Concìlio, 4 Agosto 1931.

G. **CARD. SERAFINI,** *Prefetto.*

D. © S.

G. Bruno, *Segretario.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando sequentes Ecclesias de proprio Pastore providit:

6)Maii 1931. — Cathedrali Ecclesiae Mangalorensi praefecit R. D. Victorem Rosarium Fernandos, e clero saeculari eiusdem dioecesis.

9 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae de Fukuoka, R. P. Albertum Breton, e Societate Parisiensi Missionum ad exteros.

— Cathedrali Ecclesiae Ajmerensi, R. P. Maturinum Le Ruyet (in Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, P. Pium a Idorient).

— Cathedrali Ecclesiae Wilcanniensi, R. D. Thomam Martinum Fox, ex eadem dioecesi.

II

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

5 Aprilis 1931. — R. D. Ioseph Chow, e Congregatione Missionis, *Vicarius Apostolicus de Paotingfu in Sinis.*

— R. D. Bonifatius Yeung, e clero saeculari Cantonensi, *Episcopus Auxiliaris Vicarii Apostolici de Canton.*

4 Maii — R. P. Aemilius Cecco, Episcopus electus Leopolitanus, *Vicarius Apostolicus de JSfapo in Aeguatore.*

Successivis decretis Sacra Congregatio de Propaganda Fide renunciavit ad suum beneplacitum:

27 Aprilis 1931. — R. P. Ignatium Arnoz, ex Instituto de Mariannhill, *Superiorem ecclesiasticum Missionis de Bulawayo.*

5 Maii. — R. D. Maturinum Mailloux, ex Congregatione Spiritus Sancti, *Praefectum Apostolicum de Donala.*

22 Maii. — Iohannem Bernardum Kevenhoerster, O. S. B., *Praefectum Apostolicum Insularum Bahamas.*

30 Maii. — B. P. Ioannem Damascennm Iesacher, O. F. M., *Praefectum Apostolicum de Yungchowfu.*

27 Iunii. — B. D. Leonem Sieben e Congregatione Missionis, *Superiorem ecclesiasticum Missionis de BiJcoro.*

Decreto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide diei 27 mensis Maii Emus D. Aloisius Chaves renuntiatus est Praeses Pontificii Operis a Propagatione Fidei in Bepublica « El Salvador ».

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

IANUEN.

CANONIZATIONIS B. FRANCISCI MARIAE A CAMPORUBEO LAICI PROFESSI ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM.

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio reassumptionis Causae, in casu, et ad effectum de quo agitur.

Per Apostolicas litteras in forma Brevis datas sub die 30 Iunii anno D. 1929 Beatorum honores tributi fuerunt Yen. Francisco « da Camporosso », laico professo Ordinis Minorum Capuccinorum, et Beatificationis sollemnia eadem die in Vaticana Basilica, ut moris est, peracta. Maximo exsultavit gaudio et universus Minorum Capuccinorum Ordo et Ianuensis civitas in qua per quadraginta annos quaesitoris munus, ei concreditum, sancte implevit. Ipse enim «urbem totam perlustrans, dolores omnium ac miserias, evangelicae caritatis instinctu amplexatus, populi vitam ipsam cum mira abnegatione sui quodammodo vixit » (Litt. Post. Emi Card. Caroli Dalmatii Minoretti, Archiep. Ianuen.), immo et pro populi salute, cum pestifer morbus grassaretur, vitam suam generose Deo obtulit, oblatumque holocaustum sibi acceptum fuisse Deus significavit, cum, eo demortuo, penitus brevi tempore morbus extinctus fuerit.

Populi religio erga B. Franciscum Mariam post beatificationem non deferbuit, sed est aucta, et nonnullae feruntur sanationes post eidem indultam venerationem per eius intercessionem a Deo obtentae; super quibus, ad ulteriorem Causae progressum usque ad Canonizationem, Apo-

stolicos processus conficere opportunum actoribus videtur. Cui voto Postulatoriae litterae accedunt Emi ac Rmi Card. Caroli Dalmatii Minoretti, Archiepiscopi Ianuensis, nonnullorum Exmorum Episcoporum et Ministri generalis O. M. C. Quare instante Rmo P. Raphaele a Vallefinaria, O. M. C. Postulatore generali, Emus ac Rmus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostien. et Albanen., Causae Ponens seu Relator, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis coetu subsignata die ad Vaticanas Aedes coacto, dubium proposuit discutiendum: *An sit signanda Commissio reassumptionis Causae Canonizationis B. Francisci Mariae a Camporubeo, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi et Revmi Patres, sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem Emi Ponentis, audito R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, omnibus perpensis rescribere rati sunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem reassumptionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 24 Martii an. .1931.

Facta postmodum de hoc a R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, relatione Ssmo D. N., Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem reassumptionis Causae Canonizationis B. Francisci Mariae a Camporubeo, laici professi Ordinis Minorum Capuccinarum. Die 30 Martii an. Dom. 1931.

C. CAED. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

PARISIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SEEVI DEI STEPHANI PEB.NET, SACERDOTIS E PIA SOCIETATE PRESBYTERORUM AB ASSUMPTIONE ET FUNDATORIS INSTITUTI PARVU.LARUM SORORUM AB ASSUMPTIONE.

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio Introductionis Causae, in casu, et ad effectum, de quo agitur.

Miserentis Dei Providentia nostris hisce diebus, quibus tot mala in humanam societatem ingruunt, viros plures et feminas suscitavit, qui apostofico ducti spiritu et divina infiammati caritate operarios, pauperes, infirmos, omnique ope et humana divinaque spe destituios curarent, sublevarent, adiuvarent et animo érigèrent ut eos Christo lucrifacerent.

Hos inter Stephanus Pernet e pia Societate Presbyterorum ab Assumptione et Instituti Parvulorum Sororum ab Assumptione fundator, est adnumerandus.

In oppido Vellexon, intra Bisuntinae dioeceseos fines, ex Claudio Ludovico et Magdalena Cordelet, christiana pietate praestantibus, die 23 Iulii anno Domini 1824 in lucem editus, sequenti die baptismi sacramento fuit ablutus, et Claudii Stephani nomina accepit. Fortiter et suaviter ab utroque parente praesertim a piissima matre, quae passim «Madeleine la sainte » vocabatur, fuit educatus. Anno suae aetatis duodecimo ad sacram mensam primitus fuit admissus. Circa hoc tempus Eev. Guillaume parochus, cuius memoria in benedictione est, dum. de Ordinis sacramento sermonem haberet, pueris dixit: *Quis seit utrum alter inter vos Sacerdos fiati* Stephanus, quasi motu primo adactus, super scamnum exiliit, et ecclesiasticae vocationis primordia persensit. Ab eodem parocho, qui bonam adolescentis indolem probe perpendit, eique velut alter parens fuit, praesertim post patris mortem quae anno 1838 evenit, primis latinae linguae rudimentis fuit imbutus, deinde, ut incepta litteraria perficeret studia, in locum vulgo dictum Membray, postea Vesoul missus fuit ut philosophicas, demum Vesuntionem ut theologicas disciplinas excoleret. Verum Stephanus gravia perpendens officia sacerdotio adnexa, bis e Seminario clanculum discessit. Seminarii moderatores, qui eius virtutes recte aestimabant, multis modis eum adiuvarunt, ut eius animum érigèrent. Publicum magisterium egit in civitate D&Le, et privatum per duos annos. Postea Lutetiam Parisiorum perrexit ut de vitae statu capessendo definitive decideret. Huc cum advenisset in gravem morbum incidit, et decedentium sacramentis fuit munitus. Con valuit quidem, sed haesitans adhuc, ferventissimas ad B. V. *des Victoires* in eius templo efíundebat preces. Oblata officia una cum magisterio Nemausi anno 1849 exercuit in Collegio Assumptionis quod a P. d'Alzon regebatur. Eodem anno piam peregrinationem ad B. M. V. Bochefort suscepit eo fine ut ab ea religiosae vocationis et Societati quam P. d'Alzon fundare satagebat, se aggregandi gratiam impetraret. Gratiam hanc obtinuit, et insequenti anno .1850 scripto pollicitus est se constitutiones Societatis accepturum vix ab Apostolica Sede hae approbatae forent. Simplicia vota privatim una cum primis sodalibus in festo Nativitatis Domini emisit. Anno 1851 et religiosum habitum sumpsit et perpetua vota nuncupavit. Anno 1852 Collegii, quod Lutetiae Parisiorum ad S. Honorati fundabatur, oeconomus fuit renuntiatus, et an. 1857 una cum eodem Collegio *Clichy* se transtulit. Hic Patris d'Alzon iussu Decembri mense anno 1857 Sacris initiatus fuit, et die 3 Aprilis sequenti anno Sacerdos factus, licet ob profundam humilitatem, ne tantum onus et honorem susciperet, repugna-

ret. Anno 1860 Nemausum fuit revocatus, et Coetus pro Scholis Orientis Praeses electus. Anno 1863 Lutetiam Parisiorum mittitur.

Animarum zelo succensus populi necessitatibus, tum temporalibus, tum spiritualibus succurrere satagens, non sine divinae Providentiae instinctu et auxilio, suorumque Superiorum approbatione, ad instituendam novam Sororum familiam animum admovit, quibus munus infirmis in suis domiciliis adsistendi esset concreditum, ut per hoc infirmorum et suarum familiarum animae Christo lucrifìerent. Cooperante itaque Antonia Fage, quae in religione Mariae a Iesu nomen assumpsit, anno 1865 Institutum Parvularum Sororum ab Assumptione fundavit. Decem post annos Cardinalis Guibert, Archiepiscopus Parisien., Institutum approbavit, et religiosum habitum per suum Vicarium generalem sororibus imposuit et canonica religiosa vota ab eisdem excepit. Anno 1878 vota perpetua emittere fuit eis concessum. Apostolica Sedes anno 1897 *Decretum laudis* edidit. Nec eius zelus in populi bonum hic stetit; annis 1876 et 1881, ut socialium classium concordiae et unioni iuxta Evangelii praecepta adlaborarent, duos instituit coetus quibus nomen *Dames servantes des pauvres* et *Fraternité de N.-D. de V Assomption.* Prior constat ex mulieribus, quae in assistendis infirmis et pauperibus Sorores adiuvent; altera ex viris, patribus familias operariis etiam ex proceribus qui, sub *Decurionum* nomine, operarios, in Christo fratres, doctrina, consiliis opera doceant, dirigant, ab impietate arceant et in bono confirment.

Nec id satis eius zelo fuit. Non solum enim operariorum virorum qui fraternitati erant adiuncti, sed et illorum uxorum bono prospexit, sodalitatem mulierum instituens sub S. Monicae patrocinio, similem Fraternitati, ita ut sicuti haec pro viris, ita et illa pro mulieribus suum apostolatus munus exerceat.

Meritis onustus die 3 Aprilis anno 1899, decedentium sacramentis refectus, visitatione et benedictione Servi Dei Cardinalis Beniamin Richard, Archiepiscopi Parisien., consolatus, spiritum Deo pientissime reddidit anno aetatis suae septuagesimo quinto.

Exsequiis ingenti populi concursu persolutis, exanime corpus in crypta eiusdem domus in qua obiit, ex speciali civilis auctoritatis concessione, fuit humatum.

Sanctitatis fama, quam Dei Servus sibi merito conciliaverat, post eius mortem non defecit quin immo adeo increvit, ut ad construendum super eius vitae sanctitate in Curia Parisien., processum manus anno 1924 fuerint appositae. Quo absoluto et ad Sacram Rituum Congregationem transmisso, quum, servato iuris ordine et scriptorum Servi Dei revisione rite peracta, nihil obstaret quominus ad ulteriora posset procedi, instante

Reverendissimo P. Romualdo Souarn Augustinianorum ab Assumptione generali Procuratore et Causae huius Postulatore, attentis quoque Postulatoriis litteris plurium Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium, Exmorum et Rmorum Patriarchae Hierosolymitani, Archiepiscoporum et Episcoporum, generalium Superiorum Congregationum seu religiosorum Institutorum, Emus ac Rmus D. Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostien. et Albanen., eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens Dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae Servi Dei Stephani Pernet, in casu et ad effectum, de quo agitur.* Et Emi ac Rmi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi post relationem Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, omnibus sedulo perpensis, rescribere censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 24 Martii anno 1931.

Quibus omnibus Ssmo D. N. Pio Papae XI per R. P. D. Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem generalem, relatis, Sanctitas Sua rescriptum Sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae beatificationis Servi Dei Stephani Pernet, Sacerdotis e Pia Societate Presbyterorum ab Assumptione, et Instituti Parvularum Sororum ab Assumptione Fundatoris. Die 30 Martii anno 1931.

C. CARD. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

HI

CHICAGIEN. ET LAUDEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI FRANCISCAE XAVERIAE CABRINI FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM MISSIONARIARUM A SACRO CORDE IESU.

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio Introductionis Causae, in casu, et ad effectum, de quo agitur.

Inter mulieres, quae nostra aetate virtutibus egregiisque operibus floruerunt, Francisca Xaveria Cabrini, fundatrix Instituti Sororum Missionariarum a S. Corde Iesu, non mediocri enitet laude. In pago *SanVAngelo Lodigiano,* Laudensis dioecesis intra limites, parentibus Augustino et Stella

Oldini, virtute, pietate et honestate praestantibus, die 15 Iulii anno 1850 Dei Famula, inter tredecim filios postrema nata, eodemque die baptismi aquis lustrata est, et Mariae Franciscae nomen accepit. Materno cum laete timorem Domini, qui initium est sapientiae, hauriens, pietate eximia iam a teneris annis efíulsit. A puerilibus oblectamentis semper abhorrait: germanam sororem, Bosam, maiorem natu, virtutis et pietatis quasi magistram habuit, ab eaque litterarum rudimentis fuit imbuta. Die 1 Augusti an. 1858 ab Episcopo Laudensi, Oaietano Benaglia, sacro Chrismate est finita. Decimo suae aetatis anno, angelico nitens candore, Angelorum Pane primum fuit refecta. Tres post annos virginitatis voto, confessario adprobante se totam Deo dicavit, quod votum, undevicesimum agens annum, in perpetuum confirmavit. Praeclaris naturae donis ornata litterarum studia in Filiarum a Sacro Corde Iesu collegio in pago Arluno perfecit, et, periculis egregie superatis, ludimagistrae diploma est consecuta. Paternam reversa domum, pietatis caritatisque opera mire excoluit, sive paroeciae puellas in catechesi erudiendo, sive aegrotos invisendo et curando, illos quoque contagioso variolarum morbo affectos, a **quo** et ipsa fuit correpta. Vicesimum annum agens, parentibus orbata et ab omni familiae vinculo soluta, R. D. Bassano Dedè parocho hortante, aegrotantis ludimagistrae vices in oppido Vidardo per biennium gessit egregie. Mira interim patientia et animi fortitudine religiosam vocationem, quam iamdiu persentiebat, in actum deducere satagens, prius Congregationem Filiarum S. Cordis Iesu, Filiarum a Caritate Canossianarum postea, ingredi petiit, sed confessario et parocho obstantibus, qui eius opera in animarum salutem uti peroptabant, voti compos non fuit tunc facta. Verum a Praeposito civitatis « Codogno » B. D. Antonio Serrati, qui eam bene noverat, anno 1874 illuc fuit advocata,ut «Domum Providentiae» ad pietatem informaret. Plurimum ibi in virtutum exercitio profecit, penitius fuit probata, et, parocho annuente et Episcopo Laudensi Dominico Gelmini adprobante, die 14 Septembris anno 1877 tria religiosa vota simplicia perpetua, quibus quartum addidit perfectionis, in manibus B. D. Antonii Serrati, Praepositi loci, Francisca emisit, et, missionario exardescens zelo, Xaveriae nomen assumpsit. Nonnullae autem sociae, quas ipsa ad pietatem informaverat, in eius manibus, ecclesiastica auctoritate mandante, eadem vota nuncuparunt.

Ast cum in praefata Domo religiosam vitam nonnullis de caussis servare impossibile esset, Laudensis Episcopus ei auctor fuit ut novum Missionalium Sororum Institutum fundaret. Dei Famula in Episcopi consilio divinam agnoscens voluntatem, parocho Serrati adiuvante, in eadem civitate « Codogno » die 14 Novembris anno 1880 cum nonnullis sociis Instituti *ßororum Missionariarum a Sacro Corde Iesu* fundamenta iecit. Sapientis-

simas leges et constitutiones, praecepta et consilia, superno ferme illustrata lumine, conseripsit. Institutum hoc, quod in multas Europae et Americae regiones brevi mirifice est propagatum, Apostolica Sedes die 12 Iulii anno 1907 definitive adprobavit. Ipsa Dei Famula perplurima maxime ardua, terra marique, perfecit itinera. Incredibile dictu est quot labores pertulerit, quot angustias fuerit perpessa, quot difficultates superaverit sive in religiosis vocationibus fovendis, sive in orphanis colligendis, in infirmis curandis et in aliis omne genus miseriis sublevandis, nec non in puellis christiane educandis et ad litteras instruendis. Unice in Deo confisa, Apostoli verba: *Omnia possum in eo qui me confortât* semper prae oculis habens, alacrique animo firmiter constanterque ad animarum, salutem adlaborans, sexaginta septem ipsa extruxit domus, quas egregie comparavit.

Mira fide praedita et amore in Deum proximumque flagrans per totam vitam precibus votisque Deum obsecra vit, ut fides ubique terrarimi diffunderetur, eiusque augeretur gloria.

Sacratissimum Cor Iesu, quasi fulgida fax, in eius animo eluxit, omnesque eius vitae direxit actiones: quasi fornax ardens, suae caritatis flammas in eius corde incendit, et vexillum fuit, quod ipsa in altum extulit, et novae Congregationi, quasi militiae ad animarum salutem comparatae, tradidit.

Eximiis virtutum meritis ornata, die 22 Decembris anno 1917, aetatis suae sexagesimo septimo, in urbe Chicagiensi piissime in Domino requievit. Exsequiis, magno populi concursu, sollemniter persolutis, exanime corpus Neo-Eboracum translatum est, et in loco vulgo dicto West-Park, in coemeteriali sui Instituti sacello, die 2 Ianuarii anno 1918 humatum fuit.

Sanctitatis fama, quam, dum viveret, Dei Famula sibi merito fuerat adepta apud eos omnes cuiuscumque gradus et conditionis qui eam noverant, immo et apud ipsos acatholicos, post eius obitum adeo in dies increvit, ut ad eius Beatificationem comparandam Informativi processus in ecclesiasticis curiis Chicagiensi et Laudensi sint instituti. Quibus absolutis et ad Sacram Rituum Congregationem transmissis, quum, servato iuris ordine, et scriptorum Servae Dei revisione rite peracta, nihil obstaret quominus ad ulteriora procedi posset, instante Revmo P. Augustino a Virgine, Ordinis Ssmae Trinitatis redemptionis captivorum, Causae huius Postulatore, attentis quoque postulatoriis litteris plurium Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium, Excmorum et Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum totius orbis, generalium Superiorum religiosorum Ordinum et Congregationum, nec non spectabilium cuiusque ordinis personarum, Emus ac Rmus Cardinalis Alexander Verde, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis subsi-

guata die ad Vaticanas Aedes coadunatis, sequens Dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio'introductionis Causae Servae Dei Franeiscae Xaveriae Cabrini, in casu, et ad effectum, de quo agitur.* Et Emi et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Salvatore Catucci, Fidei Promotore generali, omnibus sedulo perpensis, rescribere censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 24 Martii 1931.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI per R. P. D. Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem generalem, relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae beatificationis Servae Dei Franeiscae Xaveriae Cabrini, Fundatricis Instituti Sororum Missionariarum a Sacro Corde Iesu. Die 30 Martii anno 1931.

C. CARD. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

IV

ROMANA **SEU** MEDIOLANEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI GLYCERII LANDRIANI, CLERICI PROFESSI EX ORDINE CLERICORUM REGULARIUM PAUPERUM MATRIS DEI SCHOLARUM PIARUM.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum; necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in casu, et ad effectum de quo agitur.

« Exsultat gaudio Pater Iusti,... gaudeat Pater tuus et Mater tua et exsultet quae genuit te » *(Prov.,* 23, 24-25). Exsultat hodie sanctus legifer Iosephus a Matre Dei, exsultat Ven. magister Petrus a Nativitate B. M. V. Casani, exsultat et tota Calasanctiana familia, et gaudent quia tantum genuerunt Filium, sui Ordinis decus et ornamentum.

Mediolani die I[a] Martii anno 1588 ex Horatio et Anna Visconti, cuius frater, Iacobus, Isabellam, S. Caroli Borromaei sororem, in uxorem duxe-

rat, festinato uti in S. Aloysio Gonzaga propter vitae periculum baptismo, natus est Glycerius. Hoc autem nomen fuit ei impositum, quia dum pariens mater et filius in vitae discrimine essent, S. Glyeerii Landriani patrocinium fuerat invocatum. Sanctus hic Episcopus, sextus post beatum Ambrosium, Mediolanensem tenuit cathedram, de quo Ennodius:

Hunc habuit populus parvo vix tempore felix

{Mon. Germ, hist., **Ennod., op. CC.).**

Uterque parens, generis nobilitate et insigni pietate conspicuus, maximam in suorum octo filiorum educationem curam impendebat, quae eos non fefellit. Eorum enim primogenitus filiorum, Fabritius nomine, post plures adeptas dignitates, Episcopus Papiensis, optimi pastoris per vicennium partes implevit, ceteri autem, filii omnes christiana fuerunt vita commendabiles. Adhuc puerulus Glycerius, pietatis et caritatis in proximum insignia dedit specimina, patre ipso magno animi gaudio id secreto spectante. Optimus hic pater circa annum 1598 vita decessit. Glycerius sub viduae matris disciplina magis magisque in pietate et in litterarum studio profecit. Quatuordecim annorum adulesçens, coram Beatae Mariae Virginis simulacro castitatem Deo vovit, et aureum anulum caelesti Matri obtulit, quasi in suae deditioriis signum: exinde tantae Matris patrocinio nullum amplius, ipso testante, carnis stimulum est passus.

Mature a B. P. D. Marsilio Landriani, patruo suo, Episcopo Viglevanensi S. Antonii piacentini Abbas fuit renuntiatus: ac proinde minoribus Ordinibus insignitus. Bononiae philosophicis, iuridicis et ex parte quoque theologicis disciplinis sedulam et diligentem navavit operam. Paullo post vicennis Urbem petiit, fratrique Fabritio, tunc in Romana Curia Praelato, se adiunxit, et theologiae sub Patrum Praedicatorum magisterio incubuit. Mundanis vanitatibus aliquantisper quidem indulsit, sed Cardinalis Pio, viri religione et virtute insignis, exhortatione perculsus, errorem deplorava, et sub Francisci Mandes, sacerdotis hispani, disciplina vitam pietatis et caritatis operibus cumulatam, praesertim in perditarum mulierum redemptionem, toto animo est amplexus. Fratris consilio, immo et ipsius Pauli V iussu, Venerabilem P. Dominicum a Iesu Maria, ex Ordine Carmelitarum excalceatorum, confessarium sibi elegit. Vix ab Urbe sacerdos Mandes discesserat, anno 1612 S. Iosepho Calasanctio, Deo sic disponente, obviam, occurrit, et, eodem confessario approbante, cum aliis quinque iam sacerdotibus, quibuscum communem ducebat vitam, eidem Sancto hac ipsa recurrente die se adiunxit. Quinque post annos, die 2 Iulii anno 1617, Calasanctianae sodalitatis habitum accepit, suo nomini cognomen a

Christo addidit, et sub disciplina Ven. Petri a Nativitate B. M. V. Casani, religiosum tirocinium inivit.

Ab eius mira conversione, quae paucos post menses ab adventu in Urbem evenit, continua in eo fuit in omnigenas virtutes ascensio. Assiduum diu noctuque orandi studium: summa diligentia et pietate canonicas horas persolvebat; christianam catechesim pueros et adultos, S. Iosephi Calasanctii iudicio, « modo humanum transcendente » edocebat: ardentissima in sacram Eucharistiam, Beatam Mariam Virginem et Sanctos devotione flagrabat. Solitudinis et paenitentiae amore ab Urbe aufugit, ut in deserto et aspero loco prope Spoletum, se absconderet, sed Vicesgerentis Urbis auctoritate revocatus, ilfico obediens Urbem remeavit. *Mesciti et pro nihilo reputari* in deliciis habuit; paupertatem summe adamavit; linguam refrenans suam, aut de divinis loquebatur aut tacebat: quanto pro animarum salute zelo exardesceret manifeste apparet ex eo quod ad infirmos, carceribus detentos, pueros, puellas mulieresve periclitantes, pauperes quoscumque adiuvandos, nulli se subtraheret incommodo, nulfi. parceret industriae, et pingues patrimonii et beneficii reditus profunderet. Suo quoque Patri S. Iosepho Calasanctio in domo ad S. Pantaleonis comparanda munificam opem tulit. Unde nil mirum si, tot perspectis virtutibus, non solummodo a romanis civibus sed et ab omnibus de visu testibus qui in Ordinaria inquisitione fuerunt excussi, inter quos S. Iosephus Calasanctius et duo Venerabiles viri Dominicus^ Iesu Maria et Petrus Casani sub iuramenti sanctitate ut veri nominis sanctus praedicaretur.

Gravissimo correptus morbo, licet adhuc novitius, ex Apostolica dispensatione, sollemnia nuncupavit vota, sacramentisque Ecclesiae roboratus, meritis plenus, sanctissime in Domino obdormivit die 15 Februarii anno 1618, aetatis suae trigesimo.

Ordinaria super eius vitae sanctimonia ab anno 1620 ad annum 1631 inquisitio in Urbe est habita, curante in primis eodem S. Iosepho. Anno 1880 Tusculi Ordinarius processus super famae sanctitatis continuatione fuit adornatus. Die 16 Aprifis anno 1885 Leo XIII, fel. rec, Commissionem introductionis Causae propria manu signavit. Ab anno 1899 ad annum 1903 Apostolicus confectus est processus in Urbe et, servatis ceteris de iure servandis, sive quoad scripta, sive quoad paritionem Decretis Urbani Pp. VIII super non cultu, sive quoad sanctitatis famam, Antepraeparatoria super virtutibus apud Emum Cardinalem Antonium Vico, S. B. C. Pro-Praefectum, loco et vice Emi Cardinalis Hieronymi Gotti, Causae Ponentis seu Eelatoris, die 21 Decembris mensis anno 1915, comitia sunt habita. Praeparatoria vero in Vaticanis Aedibus die 24 Februarii 1931; generalis demum Congregatio coram Ssmo D. N. Pio Papa XI die 19 men-

sis Maii anni huius, fuit coacta. Tn qua a Emo Cardinali Alexandro Verde, loco et vice Cardinalis Scapinelli di Leguigno, Causae Ponentis seu Relatoris, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis servi Dei Glyeerii a Christo Landriani in gradu heroico, in casu, et ad effectum, de quo agitur.* Porro qui convenerant Rmi Cardinales, Officiales Praelati et Consultores suum quisque protulerunt suffragium. Verum Beatissimus Pater suum distulit proferre iudicium, ut Sibi aliisque divini luminis implorandi copia suppeteret.

Quum autem mentem Suam pandere statuisset, hodiernam selegit Dominicam, Ssmae Trinitatis et B. M. V. Scholarum Piarum Reginae sollemnitatibus sacram, qua divinae Providentiae dispositione natalis Sui anniversarium diem feliciter Sibi et nobis datum est cum gaudio celebrare. Quare, sacro Eucharistico sacrificio religiosissime litato, ad Vaticanas aedes Reverendissimis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto, et Raphaele Scapinelli di Leguigno, Causae Ponente, R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, meque infrascripto Secretario arcessitis, Sacrae Congregationis voto accedens, edixit: *Ita constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis Servi Dei Glyeerii a Christo Landriani in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur, ut ad ulteriora procedi possit, ad disceptationem nempe trium miraculorum.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit die 31 Maii an. Dom. 1931.

C. CAED. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

PINSCEN.

NULLITATIS MATRIMONII (SEJNO-DUBIGK[)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Francisci Dubicki, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 19 Octobris 1931, hora Ii, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Francisci Dubicki curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. Pg S. U, Mannucci, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 26 iunii 1931.

Adv. T. Tani, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr François Dubicki, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Via della Dataria, n. 94), 19 Octobre 1931, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr François Dubicki devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

NEO-EBORACEN.

NULLITATIS MATRIMONII (TRONCELLETTI-ALESCIO)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Viti Alescio, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 20 Octobris 1931, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Viti Alescio, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.

L. © S. H. Quattrocolo, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 1 Iulii 1931.

Adv. T. Tani, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Vitus Alescio, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Via della Dataria, n. 94), le 20 Octobre 1931, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Vitus Alescio, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, respori-deri mandarunt ut infra ad singula:

I. - DE ULTIMISfSACRAMENTIS MINISTRANDIS

D. An canon 514 § 1 ita intelligendus sit ut in religione clericali Superioribus ius et officium sit omnibus, de quibus in eodem canone, extra religiosam domum aegrotis Eucharisticum viaticum et Extremam Unctionem ministrandi.

R. *Affirmative,* si agatur de religiosis professis vel novitiis, firmo tamen praescripto canonis 848; secus negative.

H.-DE AETATE CONFIRMANDORUM

D. An canon 788 ita intelligendus sit ut Sacramentum confirmationis in Ecclesia latina ante septimum circiter aetatis annum conferri non possit nisi in casibus, de quibus in eodem canone.

R. *Affirmative.*

III. - DE CAUSIS MATRIMONIALIBUS

D. An vi canonis 1989 eadem causa matrimonialis, ab uno tribunali iudicata, ab alio tribunali eiusdem gradus iterum iudicari possit.

R. *Negative.*

IV. - DE DECLARATIONE NULLITATIS MATRIMONII

D. I. Utrum *par certitudo,* de qua in canone 1990, haberi possit tantum ex certo et authentico documento, an etiam ex alio legitimo modo,

II. Utrum *citatio partium,* de qua in canone 1990, facienda sit ante declarationem nullitatis matrimonii.

B. Ad I. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Ad II. *Affirmative.*

Datum Bomae, e Civitate Vaticana, die 16 mensis Iunii anno 1931.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses.*

I. Bruno, *Secretarius,*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Venerdì, °2 Giugno, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza S. E. **il Sig. Dottor** CARLO DE ESTRADA, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario dell'Argentina, per la presentazione delle Lettere Credenziali.**

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 2 Giugno 1931, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Giustino de Jacobis, Vescovo titolare di Nicopoli e Vicario apostolico in Abissinia, della Congregazione della Missione di S. Vincenzo de' Paoli, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria* su le virtù del suddetto Ven. Servo di Dio, con l'intervento e il voto dei Revmi Consultori teologi e dei Prelati Officiali componenti la stessa Sacra Congregazione.

Martedì, 16 Giugno 1931, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Eminentissimi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* su le virtù esercitate in grado eroico dalla Venerabile Serva di Dio Maria Margarita Dufrost De Lajemmerais, vedova D'Youville, fondatrice e prima Superiora generale delle Suore della Carità di Montréal.

Martedì, 30 Giugno 1931, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Granito Pignatelli di Belmonte, Relatore della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Placido Baccher, sacerdote secolare del Terz'Ordine di S. Domenico e Rettore della chiesa del Ssmo Nome di Gesù in Napoli, ha avuto luogo la Congregazione *Antipreparatoria* dei Sacri Riti, nella quale dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio sopra le virtù esercitate dallo stesso Servo di Dio.

Martedì, 7 Luglio 1931, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sulle virtù esercitate in grado eroico dalla Venerabile Serva di Dio Caterina Labouré, Suora delle Figlie della Carità.

Martedì, 21 Luglio 1931, presso l'Emo e Rmo Signor Cardinale Gennaro-Granito Pignatelli di Belmonte, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione dei Ven. Servo di Dio Guglielmo Giuseppe Chaminade, Sacerdote secolare, Fondatore della Società di Maria e dell'Istituto delle Figlie di Maria Immacolata, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria* nella quale dai Rmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dallo stesso Ven. Servo di Dio.

Martedì, 28 Luglio 1931, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Serva di Dio Maria Assunta Pallotta, Suora professa dell'Istituto delle Suore Francescane Missionarie di Maria.

Martedì, 4 Agosto 1931, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1. Conferimento del titolo di Dottore della Chiesa universale a S. Roberto Card. Bellarmino.

2. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Rafols, Fondatrice dell' Istituto delle Suore di Carità di S. Anna.

3. Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa in onore del Beato Giovanni Ogilvie, Sacerdote professo della Compagnia di Gesù, ucciso in Scozia in odio alla Fede.

4. Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa in onore dei Beati Benincasa, Pietro II, Falconio, Leonardo, Leone II, Simeone, Balsamo e Marino, Abati della Cava.

5. Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa in onore del Beato Corrado da Parzham Confessore, laico professo dell'Ordine dei Minori Cappuccini.

6. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Lodovico Francesco Mariano Lafosse, Sacerdote e Fondatore dell'Istituto delle Suore dell'educazione cristiana.

7. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Benigna Consolata Ferrerò, Religiosa professa nel Monastero della Visitazione della Beata Vergine Maria.

8. Finalmente, in via straordinaria, per speciale concessione, sulla validità del Processo Apostolico sui miracoli nella Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Serva di Dio Margherita Bourgeois, Fondatrice dell' Istituto di Nostra Signora.

SEGRETERIA DT STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare-

is *Aprile* *1931.* L'Eccmo e Revmo Monsig. Giuseppe Rossino, Arcivescovo titolare di Tessalouica, ***Visitatore Ordinario dei Seminari.***

» » » L'Illmo e Revmo Monsig. Francesco Roberti, ***Sottosegretario della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.***

26 *Maggio* » L'Emo e Revmo - Signor Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, ***Arciprete della Patriarcale Arcibasilica Lateranense.***

12 *Giugno* » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, ***Visitatore Apostolico dell'Ospizio dei Catecumeni e Neofiti in Boma.***

13 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, ***Membro della Sacra Congregazione del S. Offizio.***

2 *Luglio* » Monsig. Antonio Bacci, ***Segretario dei Brevi ai Principi.***

» » » Monsig. Angelo Perugini, ***Segretario delle Lettere Latine.***

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

28 *Aprile* *1931.* A S. E. Emilio de Palacios y.Fau (Spagna).

La Gran Croce delVOrdine di S. Gregorio Magno, classe civile:

28 *Aprile* *1931.* Al sig. conte Raniero Callori di Vignale, della diocesi di Casale.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

29 *Aprile* *1931.* Al sig. Leone Heibig de Balzac (Belgio).

La Commenda delV Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

27 *Febbraio* *1930.* Al sig. ing. Alessandro Docquier (Gina).
25 *Marzo* *1931.* Al sig. ing. Clemente Busiri Vici (Roma).
» » . » Al sig. arch. Giuseppe Mariani (Roma).
13 *Aprile* » Al sig. cav. Luigi Babina, dell'archidiocesi di Bologna.
21 » » Al sig. avv. Francesco Gargano, della diocesi di Amalfi.
,29 » » Al sig. Paolo Charles (Belgio).
8 *Maggio* » Al sig. Vincenzo Di Napoli-Rampòlla, principe di Resuttano, dell'archidiocesi di Palermo (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 Ottobre 1930. Al sig. ing. Gastone Jug, dell'archidiocesi di Parigi.
6 Febbraio 1931. Al sig. Edgardo A. Lenhardt, del vicariato apost di Rabat.
» Al sig. Adriano Laforgue, del medesimo vicariato.
» Al sig. Giorgio J. G. Gauthier, del medesimo vicariato.
» Al sig. Emiliano Fr. Picard, del medesimo vicariato.
» Al sig. Emilio Gros, del medesimo vicariato,
8 Marzo » Al sig. dott. Giuseppe Sbroiavacca, della diocesi di Ceneda.
13 » » Al sig. Pasquale Pagliaro, della diocesi di Patti.
21 Aprile » Ai sig. Baccio Garassino, del vicariato apostolico del Marocco.
4 Maggio » Al sig. dott. Ludovico D. Moorhead, dell'archidiocesi di Chicago.
Al sig. Federico W. Massman, della medesima archidiocesi.
Al sig. dott. Filippo Serafini (Roma).
9 Al sig. Giuseppe Clement-Cuzin, della diocesi di Grenoble.
» Al sig. Ernesto Van Malleghem (Belgio).
» Al sig. Paolo Jourdain (Belgio).
» Al sig. Renato Van Hazendonck (Belgio).
13 Al sig. conte Nicola Szèchen, dell'archidiocesi di Strigonia.
16 Al sig. Ludovico Isaac, della diocesi di Grenoble.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

6 Maggio 1931. AI sig. Francesco J. Lewis, dell'archidiocesi di Chicago.

La Commenda dell'Orarne di S. Silvestro Papa:

21 Marzo 1930. Al sig. conte Quirino Cattaneo, della diocesi di Ciudad Bolivar.
17 Marzo 1931. Al sig. dott. Ernesto Guerrieri (Italia).
24 Aprile » Al sig. prof. arch. Oreste Benedetti, dell'archidiocesi di Milano.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

21 Aprile 1931. Al sig. Francesco Pansa, dell'archidiocesi di Amalfi.
24 » » Al sig. Umberto Gilberti, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Leone Roncoroni, della medesima archidiocesi.
2 Maggio » Al sig. Giacomo Cinotti (Roma).
13 » » Al sig. barone Eriberto Thierry, dell'archid. di Stri'gonia.
19 » » Al sig. arch. Giulio Sebastiano Criqui, della diocesi di Nancy.
» » » Al sig. Maurizio De Domony, dell'archidiocesi di Strigonia.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

13	*Marzo*	*1930.*	Angelo Capannini, della diocesi di Jesi.
18	*Dicembre*	»	Umberto Rocchi, della diocesi di Scranton.
19	*Febbraio*	*1931.*	Paolo Rota, della diocesi di Cremona.
26	- »	»	Monsig. Baldassarre Botta, della diocesi di Ragusa.
	»	»	Monsig. Vladimiro Taljeran, della medesima diocesi.
	»	»	Monsig. Michele Fabris, della medesima diocesi.
»	»		Monsig. Giuseppe Bavcevié, della diocesi di Spalato.
»	»		Monsig. Antonio Koritnik, della diocesi di Lubiana.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Consiglio, dell'archidiocesi di Monreale.
28	*Marzo*		Monsig. Amerigo Giovanelli (Roma).
2	*Aprile*	»	Monsig. Francesco Setnicar, dell'archidiocesi di Gorizia.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Francesco Miliauskas, della diocesi di Scranton.
9	»	»	Monsig. Gerardo Susen, dell'archidiocesi di Colonia.
»	»	»	Monsig. Giulio Hering, dell'archidiocesi di Bucarest.
30	»	»	Monsig. Filippo Mahoney, dell'archidiocesi di Chicago.
»	»	»	Monsig. Bernardo Springmeier, della medesima archidiocesi.
		»	Monsig. Stanislao Bona, della medesima archidiocesi.
6	*Maggio*	»	Monsig. Francesco di Sales Matwijkiewicz, della diocesi di Premislia dei Latini.
»	»	»	Monsig. Casimiro Kotula, della medesima diocesi.
7	»	»	Monsig. Carlo Romanini, della diocesi di Nola.
»	»	»	Monsig. Carlo Rist, della diocesi di Jassi.
18	»	»	Monsig. Ottone Glaube, della diocesi di Brünn.
»	»	»	Monsig. Francesco Windisch, della medesima diocesi.
21		»	Monsig. Bernardo Liesen, della diocesi di Münster.
»	» -	»	Monsig. Giovanni Antonio Majólo, della diocesi di Alba.
»	»	»	Monsig. Carlo Brucherseifer, dell'archidiocesi di Colonia.
»	»	»	Monsig. Guglielmo Boehler, della medesima archidiocesi.
28	»	»	Monsig. Leone Lagoda, dell'archid. di Gnesna e Posnania.
»	»	»	Monsig. Nicodemo Mediewski, della medésima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Enrico Violi, dell'archidiocesi di Pisa.
6	*Giugno*	»	Monsig. Raffaele Campelli, dell'archidiocesi di Camerino.
25	»	»	Monsig. Giovanni Konecny, della diocesi di Hradec Králové.
2	*Luglio*	»	Monsig. Giuseppe Accardì, della diocesi di Mazzara del Vallo.
9	»		Monsig. Alfonso Pedreschi, della diocesi di Massa Carrara.

Camerieri Stegreti di Spada e Cappa Soprannumerarii di S. S.:

29	*Maggio*	*1930.*	
8	*Ottobre*	»	**11** Sig. marchese Antonio Mattei, della diocesi di Malta.
1	*Gennaio*	*1931.*	Il Sig. conte Luitpoldo Berghe de Trips, della diocesi di Münster.
12	*Marzo*	»	Il Sig. Alessandro Jordanow (Roma).
28	*Maggio*	»	Sig. conte Giorgio de Oppersdorf^ dell'archidiocesi di Gnesna e Posnania.
»	»	»	Sig. Gerardo Goemaere, della diocesi di Namur.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

2 Aprile 1931. Monsig. Giuseppe Lennartz, dell' archidiocesi di Colonia.
» » » Monsig. Giovanni Battista Beuter, della diocesi di Rottenhurg.
» » » Monsig. Luigi Jam marino, della diocesi di Boiano-Campobasso.
» » » Monsig. Vitantonio Sanzó, della medesima diocesi.
23 » » Monsig. Giuseppe Mühe, dell'archidiocesi di Colonia.
30 » » Monsig. Carlo Agostòn, dell'Amministrazione apostolica di Uzhorod.
» » » Monsig. Giovanni Calieri (Roma).
18 Giugno » Monsig. Stefano Cselenyi, della diocesi di Cassovia.

Camerieri d'Onore extra Urbem *di S. S.:*

6 Giugno 1931. Monsig. Bruno Palmowski, della diocesi di Plock.
5 » » Monsig. Ladislao Zielinski, dell'archidiocesi di Posnania.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerarii di S. S.:

30 Aprile 1931. Il Sig. Stephano Arntz, della diocesi di Bois-le-Duc.
» » » Il Sig. Manuel Perez Rosales, della diocesi di Barcellona.
23 Giugno » Il Sig. Teodoro Peek, della diocesi di Haarlem.
25 » » Il Sig. Giovanni Rutkowski, dell'archidiocesi di Gnesna e Posnania.

Cappellano d'Onore extra Urbem *di S. S.:*

2 Maggio 1931. Monsig. Alessandro Peski, della diocesi di Plock.

NECROLOGIO [1]

26 Aprile 1931, Monsig. Pietro Gebé, Vescovo di Mukacevo dei Ruteni.
1 Giugno » Monsig. Gianantonio Zucchetti, Arcivescovo tit. di Trebisonda.
8 » » Monsig. Giuseppe Rokossian, Arcivescovo di Costantinopoli degli Armeni.
19 » » Monsig. Giacomo Romano Bilsborrow, Arcivescovo titolare di Ciò.
» » » Monsig. Giovanni Volpi, Arcivescovo tit. di Antiochia di Pisidia.
31 Luglio » Monsig. Cristoforo Ludovico Legasse, Vescovo di Périgueux.

In Necrologio fase. 5 (p. 176) dies emortualis Episcopi Maitlandensis sic apponatur: *28 Morso 1931.*

Annus XXIII - Vol. XXIII 1 Septembris 1931 Kmm. Id

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP, XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE TARAPAOÄ **ET DE** AREQUIPA

DE VICARIATUS APOSTOLICI DE TARAPACA SUPPRESSIONE ET DE I QUI QUE DIOECESIS ERECTIONE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad gregem Dominicum facilius ac salubrius pascendum et gubernandum maxime iuvat recta Ecclesiarum circumscriptio ac supremae Nostrae auctoritatis est novas erigere dioeceses vel earum fines immutare, in illis praesertim Missionum territoriis adhuc sub Vicarii aut Praefecti Apostolici regimine exstantibus, in quibus ob auctum fidelium numerum et novatas rerum condiciones valde deceat ordinariam constituere hierarchiam. Cum itaque venerabilis frater Carolus Labbè Marquez, Episcopus titularis Bidensis et Vicarius Apostolicus de Tarapacà, supplices Apostolicae Sedi preces porrexerit ut in ecclesiastici regiminis et fidei christianae propagationis bonum vicariatus apostolicus de Tarapacà in dioecesim erigeretur: Nos, omnibus mature perpensis, ac praehabito venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi christiano nomini propagando praepositorum favorabili voto et suffragante venerabili fratre Hectore Felici, Archiepiscopo titulari Corinthiensi, apud Chilenam Rempublicam Nuntio Apostolico, libenter precibus illis annuendum censuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua

interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, vicariatum apostolicum de Tarapacà supprimimus; e dioecesi insuper de Arequipa in Peruviana Republica provinciam *de Arica* ad eam spectantem in perpetuum separamus et seiungimus, atque ex territorio tum praefati vicariatus de Tarapacà, tum dictae provinciae *de Arica* novam erigimus dioecesim ©rectamque per praesentes declaramus et ab urbe *I quique* eam *de Iquique* nuncupari volumus. Huius dioecesis fines erunt: ad septentrionem Respublica Peruviana, ad orientem Respublica Boliviana, ad occidentem Oceanum Pacificum, ad meridiem limites suppressi vicariatus apostolici *de Tarapacà.* Huius vero novae dioecesis sedem et cathedram episcopalem statuimus in quam supra diximus urbe *de Iquique,* quam propterea ad civitatis episcopalis gradum evehimus cum omnibus iuribus et privilegiis civitatibus episcopalibus pertinentibus. Item ecclesiam prince pem ibidem exstantem Deo in honorem Immaculatae Mariae Conceptionis dicatam ad ecclesiae cathedralis honorem et dignitatem extollimus, eidemque ipsiusque pro tempore Episcopo omnia concedimus iura, honores, insignia, favores ac privilegia quibus ceterae cathedrales ecclesiae earumque Antistites in America Latina ex iure communi vel legitima consuetudine fruuntur; itemque Episcopum ipsum eiusque Ecclesiam omnibus oneribus et obligationibus adstringimus eis ad iuris normam adnexis. Novam hanc dioecesim *de J quique* suffraganeam metropolitanae Ecclesiae S. Iacobi de Chile constituimus, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico iuri S. Iacobi de Chile Archiepiscopi subiicimus. Nobis tamen et Apostolicae Sedi facultatem reservamus novam decernendi eiusdem dioecesis dismembrationem, quoties id in Domino expedire visum fuerit. Cum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in nova hac dioecesi cathedrale canonicorum Capitulum instituatur, indulgemus ut interim et donec sacerdotum numerus, qui satis ad rem sit, non habeatur, pro canonicis dioecesani Consultores ad iuris normam eligantur. Mandamus insuper ut, quamprimum fieri poterit, Seminarium dioecesanum iuxta Codicis praescripta et normas a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus traditas in nova etiam hac dioecesi erigatur, atque, iuxta quae in Concilio Plenario Americae Latinae, Romae anno millesimo octingentesimo octuagesimo nono celebrato decreta sunt, ab ipsa dioecesi eiusque sumptibus alendi, duo delecti iuvenes, aut modo saltem unus, ad Collegium Pium- Latinum Americanum de Urbe non intermissa vice mittantur ut, sub oculis fere Romani Pontificis, in spem Ecclesiae instituantur. Quod autem attinet ad huius dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis, seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi,

servanda iubemus quae sacri canones decernunt et a memorato Concilio Plenario Americae Latinae statuta sunt. Quod vero ad clerum praecipue spectat, volumus ut clerici omnes in provincia *de Arica* legitime exstantes et dioecesi *de Arequipa* hucusque pertinentes eo ipso novae dioecesi *de Iquique* censeantur adscripti. Volumus quoque ut omnia documenta et acta, quae provinciam *de Arica* respiciunt, a cancellaria dioecesis *de Arequipa* quam primum fieri poterit novae dioecesis cancellariae tradantur. Episcopalem dotem et mensam noviter erectae dioecesis constituent curiae emolumenta et oblationes quae a fidelibus, in quorum bonum dioecesis ipsa erecta est, praeberi solent; praeter ea quae iam ad hoc sunt collecta et a civili auctoritate adsignari possunt. Per easdem insuper praesentes Litteras venerabilem fratrem Carolum Labbé Marquez, Episcopum titularem Bidensem, qui suppresso vicariatui *de Tarapacà* hucusque praefuit, Apostolicae potestatis plenitudine a vinculo Ecclesiae Bidensi absolvimus et ad novam cathedralem Ecclesiam *de Iquique* eligimus, eique in Episcopum praeficimus et Pastorem. Hisce itaque ut supra dispositis ad eadem omnia exsecutioni mandanda, quem supra diximus venerabilem fratrem in Chilena Republica Apostolicum Nuntium deputamus, eidem tribuimus necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, atque dirimendi controversias omnes in exsecutionis actu quomodolibet orituras, ac onus eidem imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem infra sex menses, ab hisce Litteris acceptis computandos, authenticum exemplar mittendi peractae exsecutionis actus.

Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur si exhibitae vel ostensae forent. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem quae a Nobis praesentibus Litteris decreta sunt infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius sè noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo nono, die vigesima mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno octavo.

FR. ANDREAS CARD. FRÛHWIRTH
S. B. E. Cancellarius.

CAROLUS CARD. PEROSI
S. C. Consistorialis a Secretis.

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*
Hector Castelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

***Reg. in Canc. Ap., vol. XLI, n. 44* - M. Biggi.**

II

SANCTAE CEUOIS DE SIEREA

DISMEMBRATIONIS DIOECESIS ET ERECTIONIS VICARIATUS APOSTOLICI DE CHIQUITOS.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolicae Sedi semper cura studiumque fuit, ut, ob mutatas in aliqua regione rerum condiciones aliasque iustas causas, nova perageretur dioecesium circumscriptio, eo consilio ut spirituale christifidelium bonum et religionis incrementum magis ac magis promoveatur. Cum itaque dioecesis S. Crucis de Sierra, in Republica Boliviana, territorium latissime pateat ac proinde nequeat Episcopus, absque gravi difficultate, eam regere et gubernare, Nos, omnibus mature perpensis, opportunum censuimus quamdam partem ab eadem dioecesi distrahere, illamque in vicariatum aposto-

licum erigere. Quamobrem certa scientia, suffragante Nuntio Apostolico penes Bolivianam Rempublicam, et audito etiam' Episcopo S. Crucis de Sierra, suppleto quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, a dioecesi S. Crucis de Sierra abstrahimus territorium comprehensum in provinciis civilibus *Nuflo de Chavez, V elasco et Chiquitos,* et illud de apostolicae potestatis plenitudine in vicariatum apostolicum erigimus, quem *de Chiquitos* nuncupari volumus ac decernimus. Novi vicariatus sedem constituimus in urbe *San Ignacio,* eiusque fines erunt: ad septentrionem vicariatus apostolicus *de Beni-,* ad orientem iidem fines, quibus Republica Boliviana separatur a Republica Brasiliana; ad meridiem vicariatus apostolicus *de Gran Chaco,* ad occidentem *Guapay* seu *Bio Grande* flumen. Vicariatui ita a Nobis circumscripto paroeciae et oppida quae sequuntur pertinebunt: I) In provincia civili *de Chiquitos:* a) paroeciae *S. José, S. Juan, Santiago, Santo Corazón, S. Mauas* et *Puerto Suor ez;* b) Oppida *Motacusito, Dolores, Santa Ana, Roboré* et *Puerto Gaiba.* II) In provincia *Velasco:* a) paroeciae *San Ignacio, San Miguel, Santa Ana, San Rafael;* b) oppida *Santa Rosa de Roca, El Paraiso, El Carmen, San Juan et San Jamerito.* III) In provincia *Nuflo de Chavez:* a) paroeciae *Concepción, San Javier, Santa Rosa de la Mina;* b) oppida *San Lorenzo* et *El Puente;* missiones *de Guarapos* cum respectivis oppidis *Ascención, Yotaú, Yaguarú, Urubichá* et *San Pablo.*

Novum hunc vicariatum apostolicum *de Chiquitos* Sacrae Congregationi de Propaganda Fide prout de iure subiicimus, illumque regendum atque administrandum Ordini Fratrum Minorum committimus et per ipsum religiosis Provinciae Tirolensis S. Leopoldi eiusdem Ordinis, reservata tamen Apostolicae Sedi facultate eumdem vicariatum in propriam ac distinctam dioecesim erigendi, quoties id in Domino expedire visum fuerit.

Ad haec omnia et singula exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Carolum Chiarlo, Archiepiscopum titularem Amidenum, in Boliviana Republica Nuntium Apostolicum, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, atque controversias dirimendi in exsecutionis actu quomodolibet orituras: onere insuper eidem imposito ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses ab his Litteris datis authenticum exemplar mittendi peractae exsecutionis actus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent.

Haec edicimus et mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere atque ab illis ad quos spectat inviolabiliter observari debere, sicque rite iudicandum esse et definiendum, irritumquè ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo, die vigesima septima mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno octavo.

Fr. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH
Cancellarius S. B. E.

CAROLUS CARD. PEROSI
S. Cong. Consist. Secretarius

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco *%4* Plumbi

***Beg. in Cane. Ap. vol. XL I,, n. 48.* - M. Riggi.**

III

LACUS SALSI ET SACRAMENTENSIS

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS NOVAE DIOECESIS SENENSIS

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pastoris aeterni vices, licet immerito, in terris gerentes, universo dominico gregi ea omnia subsidia comparare debemus quae ad ipsius spirituale bonum necessaria videntur. Ad hoc autem assequendum valde prodest recta Ecclesiarum circumscriptio, temporum et locorum adiunctis aptius respondens. Novae propterea sunt erigendae dioeceses, ubique id vel aucto fidelium numero, vel territorii vastitate, vel aliis iustis causis requiratur. Cum itaque regio seu status *Nevada* in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus, cuius pars ad dioecesim Lacus Salsi, pars ad dioecesim Sacramentensem hucusque pertinet, nimis pateat, novam ibi erigere dioecesim statuimus, ut eius ecclesiastico regimini melius consulatur. Quaprop-

ter, praehabito voto uniuscuiusque dioecesis Ordinarii atque venerabilis fratris Petri Fumasoni Biondi, Archiepiscopi titularis Docleaensis, Apostolici in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis Delegati, atque suppleto quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine a territorio praefatarum dioecesium Lacus Salsi et Sacramentensis quae sequuntur partes, universum Statum *Nevada* efformantes, avellimus et separamus, videlicet: e dioecesi Lacus Salsi partem quae comprehendit districtus seu comitatus *Clark, Mico, Eureka, Lander, Lincoln, Nye et White Pine;* et a dioecesi Sacramentensi partem quae continet districtus seu comitatus *Churchill, Douglas, Esmeralda, Humbodt, Lyon, Mineral, Ormsby, Story* et *Washoe.* Ex iis comitatibus novam ac distinctam dioecesim erigimus, *Renensem* a civitate « Eeno » nuncupandam, qua in urbe sedem episcopalem figimus, ac ei propterea -concedimus iura ac privilegia quibus ceterae episcopales civitates gaudent. Paroecialem vero ecclesiam Deo in honorem S. Thomae Aquinatis dicatam iu ipsa urbe « Reno » exstantem ad Ecclesiae cathedralis gradum et dignitatem sub eodem titulo evehimus, eique idcirco eiusque pro tempore Episcopis iura omnia,, privilegia, insignia, favores et gratias tribuimus, quibus ceterae cathedrales Ecclesiae earumque Praesules in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus ex iure communi vel legitima consuetudine pollent, eisque onera omnia et obligationes imponimus quibus cathedrales Ecclesiae earumque Antistites adstringuntur. Novam cathedralem Ecclesiam *Renensem* suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae S. Francisci in California, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico iuri eiusdem S. Francisci Ecclesiae Archiepiscopi subiicimus. Cum autem temporum adiuncta haud permittant quominus in nova hac dioecesi canonicorum Capitulum modo instituatur, indulgemus ut interim, loco canonicorum, ad tramitem iuris, dioecesani Consultores eligantur. Mandamus insuper ut quam primum fieri poterit, saltem parvum Seminarium dioecesanum, iuxta Codicis praescripta et normas a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus traditas, in dioecesi instituatur. Quod vero attinet ad huius dioecesis regimen et administrationem, ad Yicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones praescribunt. Quod autem ad clerum, praecipue pertinet, statuimus ut simul ac huius erectio dioecesis exsecutioni mandata fuerit, eo ipso clerici omnes censeantur adscripti dioecesi illi in cuius territorio legitime exstant. Episcopalem mensam novae dioecesis constituent curiae •emolumenta et ceterae oblationes quae a fidelibus, in quorum bonum ipsa «recta est, praeberi solent. Ordinariorum insuper dioecesium, a quibus

Benensis originem trahit, erit curare ut omnia documenta et acta, quae novam hanc dioecesim respiciunt, quam primum, fieri poterit a praefatarum. dioecesium cancellariis extrahantur et cancellariae novae dioecesis tradantur ut in eius archivo religiose serventur. Nobis denique et Sedi Apostolicae facultatem reservamus novam decernendi Eenensis dioecesis dismembrationem, quoties id in Domino expedire visum fuerit. Quibus omnibus ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus praefatum venerabilem fratrem Petrum Fumasoni-Biondi, Archiepiscopum, titularem Docleaensem, in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus Apostolicum Delegatum, eique propterea tribuimus necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum nec non definitive pronunciandi super quacumque oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura, iniuncto eidem exsecutori onere ad Sacram Congregationem Consistorialem infra sex menses ab his Litteris acceptis computandos authenticum exemplar mittendi peractae exsecutionis actus. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere ac fore, suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; Volumus quoque ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae ipsis hisce Litteris tribueretur si exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum. Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem quae hisce Litteris Nostris dismembrationis, assignationis, erectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae decreta sunt, infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indigna-

tionem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo primo, die vigesima septima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno decimo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH
Cancellarius S. B. E.

Fr. RAPHAEL C. CARD. ROSSI
S. Cong. Consist. Secretarius.

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Reg. in Cancellariae Apostolicae, Vol. XLIV, n. 7. **- M. Riggi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ABBATIA CASAMARIENSIS, ORDINIS CISTERCIENSIUM, CUM DOMIBUS SEU MONASTERIIS SUBIECTIS IN CONGREGATIONEM SUI IURIS ERIGITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Beati Petri Apostoli vices hic in terris, nullis quidem meritis Nostris, gerentibus nihil antiquius est Nobis quam ut, data opportunitate, regularium coetus domusque, quae in **a**,nimorum salute procuranda Ecclesiae militanti adiumenta afferunt, peculiaribus instruantur institutis, quibus aucta in Domino uberiora incrementa suscipere satagant. Hoc ducti consilio, cum a dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Congregationis de Religiosis Praefecto edoceamur ^quaedam esse statuenda ut in pervetusta atque inlustri abbatia Casamariensi Ordinis Cisterciensis spiritus religiosus ac regularis disciplina refiorescant, atque etiam in posterum augeantur, Nos, attento quoque voto Abbatis generalis Ordinis Cisterciensis communis Observantiae, qui Visitatoris Apostolici munere in eadem abbatia functus est, haec, quae infra scripta sunt, decernenda existimavimus. Nimirum certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium litterarum tenore abbatiam Casamariensem ex nunc et in posterum erigimus et constituimus in Congregationem sui iuris cum omnibus domibus seu monasteriis eidem abbatiae subiec-

tis, eandemque adgregamus praefato Ordini Cisterciensi communis Observantiae cum omnibus iuribus ac privilegiis, quibus aliae Congregationes ipsius Ordinis ad normam constitutionum fruuntur et gaudent. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec autem statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant vel in posterum spectare poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, atque irritum et inane fieri si quidquam secus, super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Decembris anno MDCCCCXXIX, Pontificatus Nostri octavo.

P. CAKD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

PERMUTANTUR FINES VICARIATUUM APOSTOLICORUM DE ZANZD3AR ET DE NYERI.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam.— In Evangelii propagationem provehendam tuendamque Nos, in suprema Sancti Petri Cathedra conlocati, iugiter intenti, data opportunitate, eorum, qui in missionarias res ex munere sibi a Nobis commisso incumbunt, votis concedere censemus. Quapropter cum tam Delegatus Apostolicus pro Missionibus Africae, quam Visitator Apostolicus Missionum, quae dominio anglico sunt in Africa subiectae, quam Moderator generalis Instituti Beatae Mariae Virginis a Consolata etiam Visitator Apostolicus, coloniae de Kenia missionibus visitatis, ad bonum religionis provehendum a Nobis expostulaverint, ut fines hodierni mutarentur tum vicariatus apostolici de Zanzibar, tum vicariatus de Nyeri; Nos, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide praepositi sunt, haec, quae sequuntur, decernenda statuimus. Nimirum motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore mandamus, ut religiosi Instituti Beatae Mariae Virginis a Consolata, quibus vicariatus de Nyeri commissus est, stationem de Limuru cum adnexa villa sexcentorum acrorum absque ulla compensatione cedant Patribus Congregationis a Spiritu Sancto, quibus vicariatus de Zanzibar

est creditus; itemque iidem Instituti a Spiritu Sancto Patres sponte relinquant Missionariis a Consolata memoratis districtum de Laikipia illudque omne territorium vicariatus de Zanzibar quo ad septentrionem, ad orientem atque ad occidentem vicariatus de Nyeri cingitur. Mutatis sic territoriis praefatis, volumus ut in posterum vicariatus apostolici de Nyeri limites sient: ad septentrionem, fines civiles Coloniae de Kenia; ad occidentem, linea quae a divortio aquarum lacus Rodulphi fluminis *Ghania* fontes attingit; ad orientem, fines civiles Somaliae Italicae; ad meridiem, primus latitudinis meridionalis gradus ad flumen *Thilca,* cursusque eiusdem usque ad flumen *Chania.*

Haec mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die m mensis Ianuarii MDOCOCXXXI, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

IMMUTANTUR FINES ARCHIDIOECESIS CALCUTTENSIS VERSUS DIOECESIM PATNENSEM.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Supremi Apostolatus officium, quo in terris fungimur, Nos continenter admonet, ut opportuna ea praestemus quae ad fidelium bonum religionisque incrementum intendant. Quapropter ultro libenterque annuendum censuimus votis Archiepiscopi Calcuttensium, qui, suffragante quoque Delegato Apostolico Nostro in Indiis Orientalibus a Nobis expostulat ut quaedam e sua dioecesi territoria, ad magis inibi religionem provehendam, dismembremus ac Patnensi dioecesi adnectamus. Conlatis itaque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide praepositi sunt, omnibusque rei momentis diligenter perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium

Litterarum tenore, territoria quae ad fines orientales archidioecesis Calcuttensis a *Seminalis* sunt inhabitata, videlicet divisionem civilem de Godda ac subdivisiones, valga *thanas,* de Deoghaz et Sarawan, quae pertinent ad civilem districtum quem inhabitant memorati Santhali Parganas, ab archidioecesi Calcuttensi distrahimus ac separamus, eademque territoria ex nunc et in posterum finitimae dioecesi Patnensi unimus, adnectimus atque incorporamus; ita ut ex nunc et in posterum eiusdem territorii incolae curis spiritualibus missionariorum dioecesis Patnensis commissi sint.

Haec edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras -firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent seu pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Ianuarii anno MDOCOCXXXI, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

IV

DISTR ACT O TERRITORIO E PRAEFECTURA APOSTOLICA DE SALISBURY ERIGITUR MISSIO INDEPENDENS DE BULAWAYO IN AFRICA MERIDIONALI.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Congregationis Missionariorum de Mariannhill moderator generalis Nos edocet Instituti sui alumnos iam nonnullis ab annis sacro missionario ministerio fungi in territorio Rhodesiae meridionalis, quod, sub iurisdictione Ordinarii de Salisbury, intra fines praefecturae apostolicae de Salisbury positum est; ideoque Nos rogat ut a praefectura ipsa eandem territorii partem distrahere et in Missionem sui iuris erigere velimus. Hisce vero votis, quae suis quoque auget suffragiis Praefectus Apostolicus de Salisbury, Nos, bono missionum provehendo iugiter intenti, ultro libenterque adnuendum censemus. Qua re, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Eidei praepositi sunt, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis pieni-

tudine, praesentium Litterarum tenore, a praefectura apostolica de Salisbury territorium ad occidentem et ad meridiem seiungimus seu dismembramus, quod constat octo sequentibus integris districtibus, videlicet Bubi, Bulalima-Mangwe, Bulawayo, Insiza, Matopo, Hyamandlovu, Unzinwane et Wankie, suis actualibus limitibus definitis, praeterea ea parte districtus Gwanda, quae ad fluminis *Unzingerane* occidentem exstat, nec non territorio de Tati, atque ea parte Protectoratus de Bechuanaland, quae inter lineam Capricorni ad meridiem et longitudinis 22 gradum ad occidentem sita est. Huic vero territorio omni, quod a praefectura apostolica de Salisbury separavimus, et in Missionem sui iuris ex nunc erigimus, nomen facimus *de Bulawayo-,* eandemque novam independentem Missionem de Bulawayo ad Nostrum et Sanctae Sedis beneplacitum religiosis Missionariis e Congregatione de Mariannhill in Domino concredimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectaut, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum ac decernendum esse, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Ianuarii anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri nono.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

V

TEMPLUM B. M. V. « CAUSAE NOSTRAE LAETITIAE » IN OPPIDO TONGRES DIOECESIS LEODIENSIS INTRA FINES, TITULO BASILICAE MINORIS HONESTATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Decessores Nostros vestigiis secuti templa historiae vel artis documentis conspicua, peculiaribus titulis honorificentissimo, data opportunitate, augemus. Quae inter, oppidi quoque Tungrensis, intra fines Leodiensis dioeceseos, templum Beatae Mariae Virginis sub titulo « Causae nostrae laetitiae » in honorem Deo dicatum, recenseri videtur. Nam sacra ipsa aedes est antiquissima inter sancta Leodiensis dioecesis aedificia, ibique primitus fuit cathedralis dioecesis olim Tungrensis, nunc Leodiensis; translata vero sede episcopali, eodem

in templo celeberrimo canonicorum conlegium constitutum est, quod saeculi decimi noni usque ad initia floruit. Nunc autem eidem templo presbyteri sufficienti numero addicti sunt, qui sacras functiones magna cum christmdelium frequentia, eaque, quae par est, sollemnitate ibidem peragunt. Quare cum modo clerus populusque Tungrensis oppidi, venerabili quoque fratre Leodensium Episcopo amplissime suffragante, enixas Nobis preces adhibuerint, ut ob memoriam veteris sedis episcopalis templum memoratum, quod praeterea amplitudine molis operibusque artis architecturae praestat, titulo honorificentiisque Basilicae minoris augere dignaremur: Nos, conlatis etiam consiliis cum dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, qui Sacrorum Rituum Congregationis praepositus est, votis supplicationibusque praefatis annuendum censuimus. Itaque omnibus rei momentis sedulo studio perpensis, hisce Litteris Apostolicis, Nos, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praelaudatum templum Tungrense Beatae Mariae Virginis «Causae nostrae laetitiae» in honorem Deo dicatum, intra fines dioecesis Leodiensis, titulo ac dignitate Basilicae minoris cum omnibus et singulis privilegiis atque honoribus adnexis perpetuum in modum condecoramus.

Haec volumus; edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Februarii anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

VI

FINES IMMUTANTUR INTER PRAEFECTURAS APOSTOLICAS DE COQUILHATVILLE ET DE BASANKUSU IN CONGO BELGICO.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Cum nihil antiquius Nobis sit quam ut ea decernamus quae rei christianae incrementa procurent, vota, suffragiis aucta Delegati Apostolici Congi Belgici, excipienda censuimus, quibus

tam Praefectus Apostolicus de Coquilhatville, quam Praefectus Apostolicus de Basankusu a Nobis expostulant ut inter Missiones, quas ipsimet moderantur, novos limites nunc statuamus. Conlatis itaque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus, qui rebus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide praepositi sunt, omnibusque rei momentis attento seduloque studio perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, regionem vulgo *de Ngoonbe* nuncupatam et iam ad praefecturam apostolicam de Coquilhatville pertinentem, ex nunc et in posterum ad praefecturam de Basankusu tribuimus; regionem vero *de Gkota-Bosaka* iam sub iurisdictione Ordinarii de Basankusu, ex nunc et in posterum praefecturae apostolicae de Coquilhatville adnectimus. Memoratas propterea inter apostolicas praefecturas novi limites sient: « Linea recta ab ostio fluminis *N giri,* influentis fluminis *TJbangi,* usque ad ostium fluminis *Tshuapa;* deinde cursu fluminis *Tshuapa* usque ad ostium influentis *Lukueji,* cursu fluminum, *Lukueji* et *Mompombo,* influentis fluminis *Ikelemba-,* deinde cursu *Ikelemba* usque ad originem eiusdem fluminis; exinde ab eius origine usque ad originem fluminis *BifeJce;* dein cursu fluminum *Bifeke* et *Luo* usque ad ostium influentis fluminis *Iesu;* dein cursu fluminum *Lesu* et *Bomangaka* usque ad huius originem; exinde linea recta ad originem fluminis *Yatakombe,* cursu fluminum *Yatakombe* et *Loile* usque ad originem; dein linea recta ad originem fluminis *Losaja* ».

Haec statuimus, mandamus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare "ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Martii anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

VII

ERIGITUR IN VICARIATUM APOSTOLICUM PRAEFECTURA APOSTOLICA DE SALISBURY.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Compertum habemus, in apostolica de Salisbury praefectura, quae in Africa meridionali Patribus e Societate Iesu commissa est, rem catholicam feliciter, Deo adiuvante, convaluisse sive numero christifidelium, sive multiplicitate religiosorum operum; propterea que praefecturam ipsam in vicariatum apostolicum nunc erigendam esse existimavimus. Conlatis igitur consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui rebus praesunt Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, omnibusque rei momentis sedulo studio perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, praefecturam apostolicam de Salisbury, in Africa meridionali, ad ampliorem dignitatem vicariatus apostolici, iisdem servatis finibus et titulo de Salisbury, evehimus. Porro statuimus, ut novus idem de Salisbury vicariatus apostolicus, proprio antistiti charactere episcopali ornato committendus, curis concreditus maneat, ad Nostrum et Sanctae Sedis beneplacitum, frugiferae Societatis Iesu.

Haec edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri obtinere, illisque ad quos spectat, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die in mensis Martii anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

VIII

TEMPLUM CATHEDRALE EBORENSE, B. M. V. SIDERIBUS RECEPTAE SACRUM, TITULO BASILICAE MINORIS CONDECORATTJR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis exstat Eborensis dioecesis templum cathedrale in Lusitana civitate Eborensi, idemque vetustate atque ornatu enitet. Saeculi xn ac XIII exstructum templum ipsum christifideles pietate sua ditarunt tum artis operibus, tum supellectilibus affabre factis, hodieque ipsi non modo divini cultus functiones frequentant, sed templi eiusdem necessitatibus et cultui oblationibus propriis abunde suppeditant. Haec animo repetentes, cum venerabilis frater Eborensium Archiepiscopus enixas Nobis humiliter adhibuerit preces, ut memoratum suum templum cathedrale ad minoris Basilicae titulum ac dignitatem evehere de Apostolica benignitate velimus; Nos optatis hisce annuendum ultro libenterque existimavimus. Conlatis igitur consiliis cum dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrorum Rituum Congregationis Praef ecto, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore templum cathedrale Eborense in honorem Beatae Mariae Virginis in caelum Assumptae Deo dicatum titulo ac dignitate Basilicae minoris in perpetuum cohonestamus, additis privilegiis honorificentiisque huic titulo iuxta Apostolicas dispositiones adnexis.

Haec statuimus, largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Martii anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

IX

BISTRACTO TERRITORIO E VICARIATU NORVEGIAE ERIGITUR MISSIO INDE?* PENDENS NORVEGIAE CENTRALIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Supremi Apostolatus officium, quo in terris fungimur, Nos instanter admonet, ut ea opportune praestemus, quae religionis incremento feliciter eveniant. Quapropter cum hodiernus vicariatus apostolicus Norvegiae amplitudine territorii ita conspicuus sit, ut valde opportunum videatur, ut, quadam ex ipso regione detracta, eadem in peculiarem independentem Missionem per Nos erigatur: conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei praesunt; omnibusque rei momentis attento seduloque studio perpensis, haec quae sequuntur decernenda censuimus. Itaque motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, territorium trium civilium provinciarum Norvegiae, quas nuncupant *Nord Tröndelag, Sör Tröndelag, More* a vicariatu apostolico Norvegiae seiungimus, sive dismembramus, illudque, sic per Nos separatum, in novam sui iuris Missionem, cui nomen ex nunc facimus Norvegiae centralis, erigimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die **VII** mensis Aprilis anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

B. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

X

DISTE-ACTO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO NORVEGIAE MISSIO INDEPENDENS NORVEGIAE SEPTENTRIONALIS CONDITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Paterna caritas, qua omnes christifideles complectimur, Nos admonet ut vigilanter in eorumdem bonum procurandum incumbamus, utque ea quae ad hunc finem obtinendum necessaria videantur tempestive statuamus. Quapropter cum hodiernus vicariatus apostolicus Norvegiae adeo late pateat, ut eiusdem territorium ab unico Vicario Apostolico religiose administrari nequeat: Nos, auditis quoque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui rebus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide praepositi sunt, omnibusque rei momentis sedulo studio perpensis, haec quae sequuntur decernere statuimus. Nimirum motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, territorium trium provinciarum civilium Norvegiae septentrionalis, quae *Finmark, Tromsö, Nordland* nuncupantur (inclusis quoque insulis Spitzbergensibus) a vicariatu apostolico de Norvegia seiungimus ac dismembramus, illudque, sic per Nos separatum, in novam Missionem sui iuris erigimus, cui nomen facimus Norvegiae septentrionalis.

Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Aprilis anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

28 Iulii 1931. — Metropolitanae Ecclesiae Aquensi in Gallia, praefecit R. P. D. Emmanuelem Coste, hactenus Episcopum Carcassonensem.

31 lufii. — Cathedrali Ecclesiae Iaboticaballensi, cum titulo Archiepiscopi ad personam, R. P. D. Augustinum De Assis, hactenus Archiepiscopum titularem Berythensem.

— Cathedrali Ecclesiae Sanctae Mariae, R. D. Antonium Reis, parochum in civitate Portalegrensi.

11 Augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Sancti Iacobi de Chile, R. D. Horatium Campillo.

— Cathedrali Ecclesiae Cratensi, R. D. Franciscum de Assis Pires, canonicum Capituli metropolitam Ssmi Salvatoris de Bahia.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

APPROBATIO

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia Pp. XI decreto Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum praepositae, dato die 16 Iulii 1931, Statuta pro Sororibus externis monasteriorum Monialium cuiuscumque Ordinis, approbavit.[1]

[1] *Statuta* haec, Typis Polyglottis Vaticanis nuper edita, apud ipsam Sacram Congregationis de Religiosis asservantur; ad quam proinde recurrere possunt antistitae illorum monasteriorum, in quibus ad servitium externum adhibentur Sorores a votis simplicibus, quae vulgo *Tourières* vel alio nomine vocantur.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

PARISIEN*.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI CATHARINAE LABOURÉ, E SOCIETATE PUELLARUM CARITATIS.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Fodi in te fundamentum, humilitatis, et pervenies ad fastigium caritatis. Aurea haec magni Augustini sententia *(In Ps. 130,* 12) Ven. Catharinae kabouré vitam apprime describit. Ipsa enim, Legiferi Vincentii a Paulo vestigia pone planeque sequuta, christianae perfectionis apicem per humilitatem est adepta, et, licet pluribus charismatibus fuisset donata, ad mortem usque occulta in Deo abscondita voluntarie permansit. Nonnulla de eius vita est delibare.

Honestis orta natalibus die 2 Maii anno 1806 in pago *Fain-les-Moutiers,* intra Divionensis dioecesis fines, in Gallia, nona inter undecim filios, quos Petrus et Magdalena Gaudard, morum integritate et religione praestantes, genuerunt, Catharinae nomen in sacro fonte accepit, passim tamen apud suos Zoe appellata. Novem vix expleverat annos, quum mater supremum obiit diem. Tunc, .uti ferunt, beatae Mariae Virginis simulacrum amplexata, uti filiam se ei commisit. Tantae autem Matris patrocinio dignam se praebebat. Quod enim a domesticis curis supererai temporis, ferventissimis precibus sive domi sive in ecclesia impendebat, ita ut veluti sancta iam tunc vulgo haberetur. Quum Maria Ludovica, eius soror maior natu, Puellarum a Caritate Societatem esset ingressa, tota rei domesticae gerendae cura in Catharinam incubuit; unde suum exsequi propositum eamdem Societatem ingrediendi differre est coacta. Annos tandem agens vigintiquatuor voti compos est facta, et canonicum postulatum in pago *Châtillon-sur-Seine* explevit; tirocinium vero Parisiis die 21 Aprilis anno 1830 in principe Societatis domo, *Eue du Bac,* incepit, tantoque animi fervore nitebat, ut omnium virtutum perfectum iam tum se exhiberet exemplar.

Tirocinio expleto, in altera Parisiensi domo, vulgo *oVEnghien,* mimillima officia fuerunt ei concredita, quibus postea senum in hospitio receptorum cura et vigilantia addita fuit. Die 1 Martii anno 1835 religiosa nuncupavit vota, quae quotannis de more renovavit.

Unanimis est omnium testium sententia Sororem Labouré toto vitae suae tempore virtutes omnes iugiter et heroice exercuisse. Tanta in Deum pietate ferebatur, ut, de eo sermonem habens, preces efïundens, sacra Communione se reficiens, seu tabernaculum seu beatae Mariae Virginis simulacrum aspiciens, veluti eustatica videretur. Fides eius adeo effulsit, ut omnia in Deum dirigeret et in Deo conspiceret. Unde totam suam spem in Deo, in Christi meritis, in Sanctorum intercessione ponebat. Catharina, quae tantam fidem et spem in animo fovebat, heroica in Deum caritate necessario enituit. Quod autem mira et heroica in proximum caritate folgeret, cura, quam erga pauperes senes sibi concreditos gerebat, evidenter probat. Per quadraginta enim annos mira dexteritate, imperturbabili patientia eos morosos, molestos, ásperos, difficiles, saepe et ingratos constantissime sustinuit, iisdemque, si infirmi, omni diligentia et amore veluti sollicita mater et consolationis angelus diu noctuque vigil adstabat, donec animam Deo redderent, et vita defunctos precibus sublevabat. Ceteras quoque exercuit virtutes, insignis autem fuit in humilitate et simplicitate, quas veluti suae Congregationis proprias S. Vincentius a Paulo verbo et exemplo suis filiis inculcaverat.

Unanimis est quoque omnium testium sententia eamdem non una vel altera die vel anno, sed toto vitae suae tempore semper et perfectissima omnes suae Societatis regulas servasse, quod heroicam sanctitatem portendit. Venerabilis itaque Catharina in virtutibus vere herois est habenda.

Porro Dominus, qui *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam; (I P et.,* 5, 5), *quique familiaris est simplicibus, quibus non dedignatur arcana sua revelare,* ut B. Albertus Magnus docet *(Paradisus animae, p. I de virL,* c. 30), iuxta illud *et cum simplicibus sermocinatio eius (Prov.,* 3, 32), humillimam, Catharinam per beatam Virginem elegit, ut novas in genus humanum misericordias effunderet, et in christiano populo devotionis sensum in Immaculatam Conceptionem magis excitaret. Sicut enim, post huius dogmatis definitionem Beatae Bernardae Soubirous, simplici et humili rusticanae puellae, beata Virgo Immaculata apparuit, eamque est alloquuta, ita, ante definitionem, quasi in eius praeparationem, Catharinae Labouré, eiusdem socialis conditionis et iisdem ornatae virtutibus, apparuit. "Re quidem vera nondum tertius ab eius ingressu in Puellarum Seminarium mensis decurrerat, quando in Sancti Vincentii a Paulo pervigilio beatae Virginis priore apparitione est dignata. Altera apparitio et maioris

momenti, saltem ad externos effectus quod attinet, die 27 Novembris anno eodem contigit. In qua Virgo Immaculata puellae iniunxit ut numisma iuxta formam ei ostensam cuderetur, insculptis verbis *O Maria sine peccato concepta, ora pro nobis, qui ad te confugimus.* Dignum sane Vincentianae familiae praemium, quia eius Legifer suis filiis *ïïlàbem Mariae originem profiteri et colere* mandaverat (lect. VI Off. Manifestationis B. M. V. Imm. a sacro numismate).

Quam quidem apparitionem accuratissime in Parisiensi curia investigatam, Archiepiscopus de Quelen probavit, quin immo summo studio numisma iuxta praeceptam formam ad plura millia mülium cudi et large distribui curavit. Inde divinae largitatis copiosissime effluere beneficia coeperunt, praecipue in peccatoribus ad Deum re vocandis.

Prior fuit conversio Archiepiscopi de Pradt, qui impium constitutionale, quod dicebant, iuramentum ediderat, et, licet gravi morbo tentatus, retractare recusaverat. Verum, vix Parisiensis idem Antistes, manu numisma tenens, invocationem in eo inscriptam recitavit, infirmus eumdem ad se accivit et, mutata voluntate, cum Deo et Ecclesia rite reconciliatus, postea in pace animam Deo reddidit. Speciali quoque, inter innumeras, mentione est digna Alfonsi Patisbonne, iudaei argentinensis, conversio, quae in alma hac Urbe anno 1842 evenit.

Venerabilis autem Catharina, quae ab Immaculata Virgine ad tantum opus electa fuerat instrumentum, ignota omnino per sex et quadraginta annos remansit. Vere *vita* eius fuit *abscondita cum Christo in Deo (Col.,* 3, 3). Tantum et tale silentium et ipsum mirabilis fidelitatis atque humilitatis testimonium est. Quod tamen secretum sex ante mortem mensibus aperire fuit ei necesse. Etenim quum nondum fuisset in apparitionum loco erectum simulacrum iuxta mandatum a beata Virgine pariter acceptum, quumque suae mortis diem appropinquantem praesentiret, Venerabilis Catharina superiorissae suae secretum revelavit. Unde simulacrum fuit erectum.

Septuagenaria, die 31 Decembris mensis, anno 1876, morientium Sacramentis refecta, quasi candida columba sancte ad caelestem Sponsum evolavit.

Sanctitatis fama, qua vivens apud Sorores et Superiores fruebatur, ea mortua, in dies est aucta. Quapropter in Parisiensi curia, Ordinaria auctoritate, super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, processus fuit constructus, nec non super scriptis et super liturgico cultu eidem non exhibito. Anno 1907 Pius X, fel. rec, Commissionem introductionis Causae sua manu signare dignatus est. Approbata quoque fuerunt scripta et decretum editum super *non cultu.* Apostolica auctoritate €onfecti sunt processus, quibus rite probatis die 2 Augusti anno 1927 Ante-

praeparatoria sunt habita comitia apud Revmum Cardinalem Vincentium Vannutelli, fel. rec, Causae Relatorem, Praeparatoria die 5 Iunii insequentis anni et Nova praeparatoria die 17 Martii anni huius. Die demum 7 Iulii universus disceptantium coetus coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI est coactus; in quo Revmus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Qui aderant omnes tum Reverendissimi Cardinales, tum Praelati et Patres Consultores sua edidere suffragia, quae Beatissimus Pater intento prosequutus est animo: suum tamen pronunciare iudicium distulit, donec maius divinum impetraret lumen. Veluti autem in festivitatum centenarii cycli ab apparitionibus a Ven. Catharina habitis complementum,, Sanctitas Sua, ut Suam proferret sententiam, hodiernam diem, undevigesimam Iulii, Dominicam octavam post Pentecosten, et quasi-natalitio S. Vincentii a Paulo sacram, selegit. Quare ad Vaticanas aedes Reverendissimos Cardinales Camillum Laurenti, S. R. C. Praefectum, et Alexandrum Verde, Causae Ponentem seu Relatorem, nec non R. P. Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem generalem, meque infrascriptum Secretarium arcessivit, et Sacro Eucharistico pientissime litato, edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis Ven. Servae Dei Catharinae Labouré in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit die .19 Iulii anno 1931.

C. CAED. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © **S.**

A. Carinci, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO CAEREMONIALIS

SUPER CONTROVERSIA INTER ORDINES MELITENSEM ET SANCTI SEPULCRI

DECRETUM

Emi Patres Cardinales de gremio Sacrae Congregationis Caeremonialis in peculiarem Coetum a Ssmo D. N. Pio Papa XI delecti ut de ipsorum voto controversia dirimeretur Supremum Ordinem Militarem Hierosolymitanum Melitensem inter et Ordinem Equestrem S. Sepulcri exorta, ex eo quod huic Ordini a S. O. M. Hier. Melitensi publica actio, quod sane dolendum fuit, denunciata est:

inspectis diligenterque perpensis libellis instrumentisque utrimque productis iisque omnibus, quae, post deductionum et documentorum inter Partes commutationem, ab altera Parte contra alterius argumenta opposita sunt,

excussis novissimis de hac re pontificiis documentis, videlicet Litteris Apostolicis datis: a Pio IX, d. 24 Ian. 1868 *Cum multa;* a Leone XIII, d. 3 Aug. .1888 *Venerabilis Frater Vincentius;* a Pio X, d. 3 Maii 1907 *Quam multa;* a Pio XI, d. 6 Ian. 1928 *Decessores Nostri;*

illud pro certo habentes, quod huiusmodi documenta, in universum sumpta, tamquam novum Eques tris Ordinis S. Sepulcri fundamentum hodie haberi debent,

innixi potissimum memoratis Ssmi D. N. Pii Papae XI fel. regni Litteris Apostolicis, vi quarum:

a) Magnum Magisterium Ordinis Equestris S. Sepulcri, a Pio X constitutum atque « uni Pontificis Summi Personae » reservatum, edicitur « extinctum seu penitus abolitum »;

b) idem Ordo Equester S. Sepulcri « sub benigna protectione Apostolicae Sedis » ponitur;

c) Excmus Patriarcha Hierosolymitanus Latinus pro tempore constituitur *Ordinis Equestris S. Sepulcri Rector atque Administrator perpetuus* eidemque instituendi novos Equités fit potestas, non quasi a Summo Pontifice delegata, sed vi muneris et auctoritatis quibus ipse ad rem fungitur;

d) aperte declarantur nullius roboris et vi omni destituta quaecumque pontificia documenta praeteritis temporibus, ante Pium IX, Equestris Ordinis S. Sepulcri favore data sint;

unanimes in hanc sententiam convenerunt: «Equestrem Ordinem « S. Sepulcri, iuxta memoratas Litteras Apostolicas d. 6 Ian. 1928 datas, « a Pio Papa IX *ex novo* constitutum censeri per Litteras Apostolicas datas <{d. 24 Ian. 1868; ac proinde:

aa) quidquid est de historica Ordinis originum quaestione, nullo «modo ad documenta posse provocari ante diem 24 Ian. 1868 edita;

« b) quapropter Ordinis denominationem eam esse retinendam quae «in memoratis Litteris constitutivis statuta est, videlicet: *Ordo Equester « S. Sepulcri* appellationibus *Sacro, Militari, Hierosolymitano* expunctis;

ne) Excmo Patriarchae Hierosolymitano Latino — cum illi in eisdem « Pii XI Litteris haec una denominatio data sit: *Rector atque Administrator « Ordinis perpetuus* — perperam attributum esse titulum *Magni Magistri,* « itemque privato tantum arbitrio Ordinis Equestris S. Sepulcri personam « gerentes appellatus esse *Bajulivos* seu vulgo *Ball* ».

Ssmus autem D. N. Pius Papa XI, in audientia infrascripto Secretario d. 27 Iulii a. 1931 impertita, audito eorundem Emorum Patrum, in peculiarem Coetum ad hanc quaestionem componendam delectorum, voto: ne quae contra ius hisce postremis temporibus inducta sunt inolescant penitus, utque duo hi Ordines, tam bene de Ecclesia|meriti, suis quisque in finibus, egregiis maiorum vestigiis insistentes, illustria facinora pro Ecclesia cumulare pergant, ipsorum Emorum Patrum sententiam approbare dignatus est atque haec quae sequuntur observanda suprema Sua auctoritate decrevit:

1. Ad publicam Ordinis Equestris S. Sepulcri denominationem adiiciatur *ultimo loco,* ex gratiosa Ssmi D. N. Pii Papae XI concessione, appellatio: « Hierosolymitani » atque ideo legitima Ordinis appellatio exinde haec esto: *Ordo Equester S. Sepulcri Hierosolymitani.*

2. Excmi Patriarchae Hierosolymitani Latini appellatio eadem esto quae in memoratis Pii XI Litteris statuta est, videlicet: *Rector atque Administrator Ordinis perpetuus.*

3. Quapropter omnino vetatur ne in posterum Ordo Equester S. Sepulcri Hierosolymitani titulum usurpet *Sacri Militaris Ordinis Hierosolymitani* itemque ne Excmo Patriarchae Hierosolymitano Latino titulus *Magni Magistri* aut Ordinis Delegatis titulus *Bajulivi* tribuatur.

4. Spectatis Ordinis Equestris S. Sepulcri Hierosolymitani in Sedem Apostolicam promeritis, quo tutius, ad maius eiusdem Ordinis Equitum decus, provideatur ut equestria insignia ab iis Civitatibus publice agnoscantur, quae cum Sede Apostolica coniunctionem amice fovent, edicitur ut quotiens Excmus Patriarcha Hierosolymitanus Latinus novos Equités

mstituerit, eorum nomina cum Apostolica a Brevibus Cancellaria communicet; quae, ubi nihil contra excipiendum censuerit, designationes huiusmodi in acta referat ac diplomata suo sigillo formulaque « visa » obsignet, cum haec omnia ad huiusmodi publicam tituli agnitionem sint necessaria.

5. Excrhi Patriarchae Hierosolymitani Latini, Ordinis Rectoris atque Administratoris perpetui, personam gerentibus ex suprema Summi Pontificis potestate *Locum Tenentium* appellatio tribuitur, iisque solis *Excellentiae* titulus conceditur.

6. Ordinis Equestris S. Sepulcri Hierosolymitani statuta, ad huius decreti normam conscribenda, Sacrae Congregationis Caeremonialis adprobationi, antequam publici iuris fiant, erunt subiicienda.

In contrarium non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Caeremonialis, die 5 Augusti anno 1931.

£8 I. Card. GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE
Ep. Ostiensis et Albanensis, *Praefectus.*

L. œ s.

B. Nardone, *Secretarius.*

ACTA OFFICIORUM
OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I. - DE CELEBRATIONE MATRIMONII

D. An *ad physicam parochi vel Ordinarii absentiam,* de qua in interpretatione diei 10 Martii 1928 ad canonem 1098, referendus sit etiam casus, quo parochus vel Ordinarius, licet materialiter praesens in loco, ob grave tamen incommodum celebrationi matrimonii assistere nequeat requirens et excipiens contrahentium consensum.

R. *Affirmative.*

II. — DE MATRIMONIIS ACATHOLICORUM

D. Utrum interpretatio diei 20 Iulii 1929 ad canonem 1099 § 2 sit declarativa an extensiva.

R. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

III. - DE PROCESSU INFORMATIVO IN CAUSIS SERVORUM DEI

D. An canon 2039 § 1 sit ita intelligendus ut competens sit ad processum informativum in causis Servorum Dei instruendum etiam Ordinarius loci, in quo testes utiliter examinandi sunt.

R. Standum praescripto eiusdem canonis 2039 § 1, seu *negative.*

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 25 mensis Iulii anno 1931.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses.*

L. ✠ S.

I. Bruno, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

TRIBUNALE DELLA S. R. ROTA

AVVISO

Si rende noto che le domande per l'ammissione allo *Studio* debbono essere presentate alla Cancelleria del Tribunale dal 21 Settembre al 20 Novembre.

13 Agosto 1931.

M. Massimi, ***Decano.***

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

27 Luglio 1931. L'Emo Sig. Cardinale Luigi Capotosti, ***Suo Pro-Datario.***

31 » » I Revmi Padri D. Pio D'Alfonso, dei Benedettini Cassinesi della Primitiva Osservanza; P. Massimiliano Brandys, O. F. M.;, P. Francesco Monay, O. M . C ; D. Luigi Paladini, dei Signori della Missione, ***Consultori delia Sacra Congregazione dei Piti*** (sezione liturgica).

17 Agosto » L'Emo Sig. Cardinale Patrizio Hayes, ***Membro della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.***

Con Bre\i apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

22 Febbraio 1930. L'Emo Sig. Cardinale Luigi Capotosti, ***Protettore della Congregazione delle Figlie povere di S. Giuseppe Calasanzio*** (Firenze).

30 Marzo 1931. Monsig. Eduardo Mooney, Arcivescovo tit. di Irenopoli, ***Delegato Apostolico nel Giappone.***

23 Aprile » L'Emo Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, ***Protettore dell'Istituto delle Figlie della Carità e Serve dei Poveri*** (Suore della Provvidenza: Montréal).

3 Giugno 1931. S. A. Em. il Principe Ludovico Chigi-Albani, ***Gran Maestro del Sovrano Militare Ordine di Malta*** (conferma all'elezione).

10 Giugno » L'Emo Sig. Cardinale Luigi Sincero, ***Protettore della Confraternita di S. Giov. Battista dei Genovesi in Boma.***

13 *Giugno* **1931.** L' Efiio Sig. Cardinale Alessandro Verde, *Protettore della Congregazione di Toscana degli Eremiti Camaldolesi.*

16 * - » L'Efiio Sig. Gardinale Giulio Serafini, *Protettore dell'Istituto delle Suore Povere « Bonaerensi » di S. Giuseppe* (La Piata).

11 » » L'Eolo Sig. Cardinale Bonaventura-Cerretti, *Protettore delle Suore della Carità* (Cincinnati).

18 » » L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore della Pontificia Opera della Santa Infanzia.*

30 » » ***V*** Emo Sig. Cardinale Giulio Serafini, *Protettore della Compagnia del Patrocinio della B. V. del Pilastrello in Lendinara* (Rovigo).

4 *Luglio* » L'Efiio Sig. Cardinale Giulio Serafini, *Protettore dell'Istituto delle Figlie di Nostra Signora al Monte Calvario.*

9 » » L'Eöio Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore dell'Istituto delle Figlie di Gesù* (Salamanca).

» » » L'Efiio Sig. Cardinale Tommaso Pio Boggiani, *Protettore dell'Istituto delle Suore dell'Immacolata* (Genova).

11 » » L'Efiio Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore dell'Istituto delle Suore Serve di Maria Ripara* trice* (Adria-Rovigo).

14 » » L'Efiio Sig. Cardinale Giulio Serafini, *Protettore dell'Istituto delle Suore Pie Operaie Concezioniste* (Ascoli Piceno).

» » » L'Efiio Sig. Cardinale Giulio Serafini, *Protettore delV Istituto delle Suore di S. Anna e della Divina Provvidenza* (Torino).

» » » L'Efiio Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore dell'Istituto delle Suore Salesiane dei Sacri Cuori* (Lecce).

29 » » L'Efiio Sig. Cardinale Luigi Capotosti, *Pro-Datario di S. S.*

3 *Agosto* » *U* Eolo Sig. Cardinale Giulio Serafini, *Protettore delle Suore di S. Giuseppe* (Chambery).

8 » » L' Eolo Sig. Cardinale Giulio Serafini, *Protettore della Conr gregazione dei Benedettini Silvestrini.*

» » » L'Efiio Sig. Cardinale Luigi Capotosti, *Protettore dell'Isti" tuto delle Figlie di S. Francesco di Sales* (Lugo : Imola).

16 » » L'Efiio Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Nostra Signora della Compassione* (Marsiglia).

17 » » L'Efiio Sig. Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Carità di S. Luigi* (Vannes).

» » » L'Efiio Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore delle Suore del S. Cuore del Verbo Incarnato.*

» »" » L'Efiio Sig. Cardinale Achille Locatelli, *Protettore dette Suore della Carità della B. Capitanio* (Milano).

Vescovi Assistenti al Soglio Pontificio:

17 Aprile 1931. Monsig. Celestino Annibale Cattaneo, Vescovo tit. di Busiri.
25 Maggio » Monsig. Giovanni Ireneo Joffily, Arcivescovo tit. di Anasarta.
30 » » Monsig. Giuseppe Enrico Conroy, Vescovo di Ogdensburg,
» » » Monsig. Emanuele B. Ledvina, Vescovo di Corpus Christi.
12 Giugno » Monsig. Antonio Laubitz, Vescovo tit. di laso.
» » » Monsig. Guglielmo Berning, Vescovo di Osnabrück.
25 Agosto » Monsig. Ernesto Pio velia, Arcivescovo di Cagliari.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

25 Febbraio 1931. Monsig. Maria Pacis, della diocesi di Nuova Segovia.
25 Marzo » Monsig. Francesco Sander, della diocesi di Warmia.
27 » » Monsig. Davide J. Hickey, della diocesi di Brooklin.
5 Maggio » Monsig. Marcello Slepicki, dell'archidiocesi di Cracovia.
23 » » Monsig. Gaetano Malchiodi, della diocesi di Piacenza (res. Roma).
28 » Monsig. Guglielmo Enrico Brown, della diocesi di Hexham.
29 » Monsig. Edoardo A. Kelly, della diocesi di Galvestoñ.
6 Giugno Monsig. Tommaso Ruzicka, della diocesi di Nitria.
10 » Monsig. Ludovico Borei, della diocesi di Marsiglia.
15 » Monsig. Ernesto Ruffini (Roma).
11 Luglio Monsig. Adolfo Tenora dell'amministrazione apostolica di Brünn.
11 Agosto » Monsig. Lorenzo Vincenz, della diocesi di Coirà.

Prelati Domestici di S. S.:

7 ***Febbraio 1930.*** Monsig. Carlo de Sà Fragoso, della diocesi di Oporto.
26 Marzo » Monsig. Antonio Bravi, della diocesi di Iesi.
» » » Monsig. Francesco Gambelli, della medesima diocesi.
27 Ottobre » Monsig. Cristoforo Jiménez, della diocesi di Cochabamba.
2 Dicembre > Monsig. Adelino Marega, della diocesi di Adria.
20 Febbraio 1931. Monsig. Antonio Roussos, dell'archidiocesi di Atene.
25 . » » Monsig. Melanio Lazo, della diocesi di Nova Segovia.
26 Marzo » Monsig. Giovanni W. Hauptman, della diocesi di Brooklyn.
» » » Monsig. Andrea F. Klarman, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Oppel, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni B. Gorman, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe V. S. Me Clancy, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Siegelack, della medesima diocesi.
» » Monsig. Giovanni R. Me Coy, della medesima diocesi.
8 Aprile » Monsig. Bernardo J. Me Kerman, della diocesi di Wichita.
» » » Monsig. Giuseppe A. Pompeney, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Goffredo Birrenbach, della medesima diocesi.
5 Maggio » Monsig. Giovanni Korzonkiewicz, dell'archidiocesi di Cracovia.
11 » » Monsig. Michele Wittman, della diocesi di Eichstaett.
» » » Monsig. Federico Mader, delia medesima diocesi.

20	***Maggio***	***1931.***	Monsig. Giovanni M. Smoulter, della diocesi di Scranton.
21	»	»	Monsig. Pietro Feige, della diocesi di Meaux.
26	»	»	Monsig. Luigi Ercoli, della diocesi di Molfetta.
27	»	»	Monsig. Angelo Facchi, della diocesi di Crema.
»	»	»	Monsig. Francesco Bossi, della medesima diocesi.
29	»	»	Monsig. Giovanni Andrea Gleissmer, della diocesi di Galveston.
»	»	»	Monsig. Giacomo Schnetzer, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Peinar, della medesima diocesi.
5	***Giugno***	»	Monsig. Giovanni Waters, della diocesi di Dublino.
»	»	»	Monsig. Michele Cronin, della medesima diocesi.
20	»	»	Monsig. Francesco Stadler, della diocesi di Luiz.
26	»	»	Monsig. Taddeo Zakrzewski, dell'archidiocesi di Gnesna.
30	»	»	Monsig. Ferdinando Ferrari, della diocesi di Piacenza.
2	***Luglio***	»	Monsig. Francesco Cuneo, della diocesi di Chiavari.
8	»	»	Monsig. Umberto Rocchi, della diocesi di Scranton.
»	»	»	Monsig. Giovan Battista Montini, della diocesi di Brescia (res. Roma).
9	»	»	Monsig. Gregorio Bazzani, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Defendente Salvetti, della medesima diocesi.
10	»	»	Monsig. Francesco Kutoar, della diocesi di Hradec Králové.
11	»	»	Monsig. Angelo Martinelli, della diocesi di Adria.
21	»	»	Monsig. Agostino Hoeller, dell'archidiocesi di Colonia.
»	»	»	Monsig. Giov. Battista Geronimi, della diocesi di Aiaccio.
31	»	»	Monsig. Antonio Forns, della diocesi di Barcellona.
»	»	»	Monsig. Carmelo Scalia, della diocesi di Catania.
»	»	»-	Monsig. Pietro Ossola, della diocesi di Ivrea.
».	»	»	Monsig. Silvio Boni, della diocesi dt Foligno.
1	***Agosto***	»	Monsig. Angelo Perugini (Roma).
»	»	»	Monsig. Antonio Bacci, della diocesi di Firenze (res. Roma).
12	»	»	Monsig. Pietro Aragnetti, della diocesi di Vercelli.

NECROLOGIO

11	***Aprile***	***1931.***	Monsig. Nematallah Carame, Vescovo tit. di Mindo dei Maroniti.
2	***Agosto***	»	Monsig. Giuseppe Clos y Pages, Vescovo di Zamboanga.
6	»	»	Monsig. Giorgio Alberto Guertin, Vescovo di Manchester (U. S. A.)
25	»	»	Monsig. Sebastiano Herscher, Arcivescovo tit. di Laodicea di Frigia.

Annus XXIII - Vol. XXIII 3 Octobris 1931 Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE ASPERRIMO REI OECONOMICAE DISCRIMINE, DE LAMENTABILI APUD MULTOS OPERUM VACATIONE DEQUE IN CRESCENTI APPARATUS MILITARIS STUDIO.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Nova impendet in concreditum Nobis gregem iamque premit calamitas, acrius quidem tenuiorem partem angens, quam Nos peculiari caritate complectimur, pueritiam nempe, proletariam plebem, opifices eosque omnes, qui rei familiaris copia non affluunt. De gravissimis loquimur angustiis reique oeconomicae discrimine, quae populos afficiunt quaeque in regionibus omnibus ad formidolosam compellunt multos atque increbrescentem ab operibus vacationem. Etenim videre est ad inertiam coactum atque adeo ad extremam usque indigentiam, una cum subole cuiusque sua, paene infinitum honestorum artificum numerum, qui nihil magis discupiunt quam ut honorate sibi panem comparare queant, quem cotidie a caelesti Patre, ex divino mandato, comprecantur.

Tangunt equidem animum Nostrum eorum gemitus, Nosque eadem miseratione commotos illum iubent iterare questum, ex amantissimo Divini Magistri Corde coram hominum concursu fame languentium prolatum: « Misereor super turbam ».[1]

At vehementior cOmmiseratio Nostra illam spectat puerorum multitudinem, qui panem complorantes « dum non erat qui frangeret eis »[2] tristissimarum rerum condicionum onus innocenter ferunt, ac miseria squalentes, suae insitam aetati deflorescere iucunditatem conspiciunt ac nativum sentiunt in tenellis labiis risum languescere atque emori, quibus inscius ipsorum animus circumfundi exoptat.

Cum vero hiems iam appetat, eius procul dubio consecuturae sunt comites, molestiae scilicet, aerumnae, inopia, quas tenuioribus ac miseris frigida ferunt tempora: ac timendum praeterea est ne, quod supra deprecati sumus ab operibus vacationis ulcus usque adhuc ingravescat, ut non provisa inopum familiarum penuria, eas — quod Deus avertat — ad irritationem adducat. Haec omnia trepidans perpendit communis Patris animus; ideoque, quemadmodum Decessores Nostri, ac praesertim proximus Decessor Noster p. r. Benedictus XV, vocem attollentes Nostram, eos omnes enixe adhortamur, quos penes fides viget ac christiana caritas; quae nimirum invitatio Nostra eo intendit ut omnes ad piam quamdam moveat amoris ferendaeque opis contentionem. Sacra eiusmodi contentio et corporis necessitatibus prospiciet et animos profecto eriget, fidem eorum excitans ac roborans eaque depellens e mentibus funestissima consilia, quae male suadens egestas ingerere solet. Invidiarum simultatumque igniculos, quae seiungunt inter se cives, valide compescet, easque vigere iubebit concordiae caritatisque flammas, quae nobile aiunt ac promovent pacis prosperitatisque vinculum, quibus quidem singuli Civitatesque fruantur.

Ad hanc igitur pietatis caritatisque contentionem, quae pro certo se devovendi studium in pauperum commodum prae se

[1] MARC, VIII, 2.

[2] IER., *Thren*, IV, 4.

fert, omnes advocamus caelestis nnins Patris filios, innumeros eiusdem familiae socios ideoque omnes in Christo fratres, cum prosperitatis ac solacii, tum aerumnae ac doloris itidem participes. Ad hanc dicimus pientissimam contentionem adhortamur omnes tamquam ad sacrum officium quod peculiari illa innititur evangelicae doctrinae norma, praecepto scilicet caritatis, quod Christus Dominus suum praedicavit primum et maximum mandatum ac ceterorum praescriptorum omnium quasi summam atque compendiariam legem. Quod quidem mandatum proximus Decessor Noster desideratissimus, saeviente tunc temporis fere ubique bello grassantibusque simultatibus, iterum atque iterum tantopere commendavit, suumque veluti insigne fecit totius pontificatus.

Nos itaque ad suavissimum istiusmodi praeceptum, non modo tamquam ad supremum officium, in quo universa continetur christiana lex, sed ad nobilissimum etiam propositum atque institutum commonemus omnes, eosque potissimum, qui humanitatis ardore fervent et evangelicae perfectionis. At multis instare verbis idque impensius urgere supervacaneum putamus, cum omnibus exploratum sit hanc tantummodo animorum liberalitatem atque magnitudinem, hoc solummodo christianae virtutis studium aemulationemque — eorum videlicet cjui, pro facultate cuiusque sua, fratrum saluti actuosissime se dedant, imprimisque tenuium infantium ac pauperiorum necessitatibus — gravissima aliquando posse nostrae huius aetatis incommoda instanter concorditerque evincere.

Iamvero, cum asperrimum, quod lamentamur, maiorum discrimen hinc acriorem consequatur populorum rivalitatem, illinc vero ingentia gignat publici aerarli dispendia; atque adeo cum non postrema sit duplicis huius perniciei caussa nimium illud in apparatu militari ac bellicis instrumentis praemoliendis acrius in dies certamen, Nos quidem temperare Nobis non possumus quin providam hac de re Nostram[1] eiusdemque Decessoris Nostri[2] admonitionem iteremus dolentes admodum quod usque adhuc non

[1] **Alloc, die 24 dec. 1930 habita; Litt. Aut. «Con vivo piacere», 7 apr. 1922.**

[2] **Adhortatio « Dès le début », 1 aug. 1917.**

in usum eadem feliciter deducta sit; vosque item, venerabiles fratres, vehementer adhortemur ut aptiore, quo poteritis, modo, sacris nimirum concionibus habendis edendisque vulgo scriptis mentes collustretis omnium eorumque animos ad tutiores humanae rationis christianaeque legis normas conformetis.

Atque iam Nobis spes bona arridet fore ut apud unumquemque vestrum et corrogata confluat a fidelibus stips in indigentium auxilium, et a vobis itidem iisdem relevandis impendatur. Quodsi in nonnullis dioecesibus opportunius videatur id munus vel Metropolitae concredere vel quibusdam caritatis Institutis, vestrae profecto dignis fidei probataeque efficacitatis, liberum vobis esto, pro prudenti consilio, id exsequi.

Cum vero usque adhuc vos adhortati simus ut mentem hanc Nostram idoneis scriptionibus concionibusque aperiendo, rem pro viribus provehatis, placet praeterea fideles vestros Nos primum in visceribus Christi commonefacere ut invitationi huic vestrae ac Nostrae largiter generoseque respondentes, id, quod vos, Encyclicas has Litteras interpretantes, ipsorum animis suasuri eritis, ad usum continenter deducant.

Attamen, quandoquidem omnes, vel nobilissimi, hominum nisus non opitulante Deo impares evadunt, ad bonorum omnium Largitorem instantes admoveamus preces ut, pro summa miseratione sua, quam primum feliciora iubeat emergere tempora; ab eoque, esurientium quoque nomine, divina illa a Iesu Christo data prece efflagitemus: « Panem nostrum quotidianum da nobis hodie». Reminiscantur omnes quod humani generis Eedemptor ad incitamentum ac solacium nostrum pollicitus est, se scilicet quod fecerimus « uni ex his fratribus minimis » sibi factum autumaturum [1] neque divinam illam obliviscatur repromissionem, qua ipse asseveravit curam se eam, quam parvulis suo amore ducti impensuri fuerimus, sibimet ipsi praestitam existimaturum.[2]

Festum denique, quod hodie Ecclesia concelebrat, dulcissima illa Iesu Christi verba in memoriam redigit Nostram, quibus Ency-

[1] MATTH., XXV, 40.

[2] MATTH., XVIII, 5.

dicas has Litteras hortationesque Nostras eoncludimus; postquam videlicet Servator noster, secundum illud S. Ioannis Chrysostomi, in puerilium animorum tutelam veluti inexpugnabilia extulit propugnacela, hanc nobis edidit sententiam: « Videte ne contemnatis unum ex his pusilli»: dico enim vobis, quia Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei, qui in caelis est ».[1] Hi profecto Angeli quae in puerorum et indigentium adiumentum volenti generosoque animo feceritis, haec terrarum caelorumque Domino Offerent, ab eoque uberrima iis omnibus impetrabunt munera, quibus sanctissima huiusmodi caussa cordi erit. Adventantibus praeterea Iesu Christi Regis sollemnibus, cuius regnum et pacem iam ab inito Pontificatu ominati ac comprecati sumus, omnino Nobis opportunum videtur ut in sacris aedibus per id tempus publicae habeantur in triduum supplicationes, per quas quidem a misericordiarum Domino consilia implorentur ac munera pacis. Quorum in auspicium munerum vobis, venerabiles fratres, iisque singulis universis, qui paternae respondebunt admonitioni Nostrae, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die II mensis Octobris, in festo Sanctorum Angelorum Custodum, anno MDCCOCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PTUS PP. XI

[7] MATTH., XVIII, 10,

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TEMPLUM S. PATRICII AD LACUM D ERG INTRA FINES DIOECESIS CLOGHERIENSIS HONORIBUS MINORIS BASILICAE DECORATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Clogheriensis dioecesis intra fines ad *Zong-Derg* exstat templum Deo in honorem Sancti Patritii Hiberniae Apostoli dicatum, quod iure meritoque tum architectura, tum picturis atque operibus sculptis, quibus ornatur, tanquam perinlustre monumentum religionis artisque habetur. Idem ad templum quotannis christifideles, peregrinorum more, ingeniique numero confluunt, ut ipso in sacro loco lucrari queant indulgentias, quibus Decessores Nostri templum atque cryptam templo propinquam exornarunt. Fertur enim eandem cryptam, quae « vorago seu Purgatorium S. Patritii » vulgo nuncupatur, iam visitasse Sanctum Episcopum Hiberniae Apostolum, qui tunc Deum enixis precibus rogavit, ut crypta eadem quibusdam privilegiis spiritualibus ditaretur. Ex hoc factum est ut ex antiquis temporibus ad nostros usque dies christifideles pie devoteque locum celebrarent, ibique vigilias ieiuniaque expièrent ad veniam et remissionem suorum peccatorum obtinendam. Haec animo repetentes, cum venerabilis frater Ologheriensium Episcopus, cleri populique hibernensis fervida vota depromens, Nos suppliciter flagitaverit, ut memoratum, templum Sancti Patritii, ad lacum « Derg», titulo ac dignitate Basilicae minoris exornare velimus, Nos votis hisce concedendum ultro libenterque existimavimus. Quare, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus, qui Congregationi praepositi sunt a Sacris Ritibus tuendis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, templum Sancti Patritii ad lacum. « Derg » intra fines situm Clogheriensis dioecesis, titulo ac dignitate Basilicae minoris condecoramus cum adiectis privilegiis atque honorificentiis, quae minoribus Basilicis de iure competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec statuimus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragare; sicque rite iudi-

candum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Iunii, anno MDCCCCXXXI Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

DISTRACTO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE CHEFOO ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE IDUSHIEN IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Nobis commissum a Deo pastorale munus Nos instanter sollicitat, ut rebus Fidei propagandae providendis in regionibus praesertim habitantium, multitudine refertis atque ab hoc catholicae religionis centro valde dissitis, omni opportunoque studio prospiciamus. Qua re cum, suffragante quoque Delegato Apostolico Nostro in Sinis, Minister generalis Ordinis Fratrum Minorum Nos rogaverit, ut e vicariatus de Chefoo, curis Fratrum Minorum huc usque commissi, territorio, satis superque amplo atque incolentibus referto, partes quaedam separarentur, quae sui iuris factae, propriis Evangelii praeconibus committerentur, huiusmodi votis annuendum censuimus. Conlatis itaque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore decem civiles subpraefecturas de Kaoyuan, Poshing, Kwangyo, Lintze, Poshan, Idushien, Linkiu, Showkwang, Changlo, Ankiu e vicariatu apostolico de Chefoo separamus sive dismembramus. Territorium vero ipsum sic separatum sive dismembratum a praedicto vicariatu apostolico de Chefoo, in novam praefecturam apostolicam erigimus et constituimus, cui nomen facimus *de Idushien,* et quam ad Nostrum et Sanctae huius Sedis beneplacitum curis tradimus Ordinis Fratrum Minorum, qui iam territorium ipsum spiritualiter moderabantur. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent, seu pertinere pote-

runt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritum que et nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI mensis Iunii anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

MISSIO SUI IURIS DE SIKKIM IN PRAEFECTURAM APOSTOLICAM ERIGITUR

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Litteris Apostolicis Nostris die XV mensis Februarii anno MDCCCCXXIX Piscatoris anulo obsignatas, distracto territorio ex vicariatu apostolico de Tatsienlou atque ex archidioecesi Calcuttensi, Missionem independentem de Sikkim ereximus. Nunc autem, attenta rerum opportunitate, ad catholicam Fidem validius in Statu sui iuris de Sikkim promovendam, censuimus Missionem, quam iam tunc temporis Calcuttensi provinciae ecclesiasticae adiunximus et Sodalibus Seminarii Parisiensis pro Missionibus exteris ad Nostrum et Sanctae Sedis beneplacitum commisimus, praefecturae apostolicae gradu et dignitate exornare. Conlatis igitur consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus qui Propagandae Fidei negotiis praepositi sunt, ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque Nostrae apostolicae auctoritatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, Missionem praefatam de Sikkim, suis limitibus prout nunc est constituta, ad ampliorem praefecturae apostolicae dignitatem evehimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI mensis Iunii anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

IV

SEPARATO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE CHEFOO ERIGITUR MISSIO INDEPENDENS DE WEIHAIWEI IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Litteris Apostolicis Nostris sub anulo Piscatoris die xvi mensis Iunii, hoc anno, datis, ex amplissimo vicariatus apostolici de Chefoo territorio, quandam partem distraximus, ex qua praefecturam apostolicam de Idushien constituimus. Sed cum vicariatus eiusdem de Chefoo territorium sit nimis adhuc amplitudine patens, ex eodem aliam quoque partem separandam censuimus, quae a proprio moderatore in Domino regatur. Nos igitur, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum venerabüibus fratribus Nostris Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus qui negotiis explendis Sacrae Congregationis Propagandae Fidei praepositi sunt, haec decernenda existimavimus. Nimirum certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi, quinque subpraefecturas civiles de Haiyang, Muping, Weihaiwei, Wendeng, Yungcheng a vicariatu apostolico de Chefoo separamus, earumdemque territorium ex nunc in Missionem sui iuris erigimus et constituimus *de Weihaiwei* nuncupandam. Hanc autem novam Missionem independentem de Weihaiwei ad Nostrum et Sanctae huius Sedis beneplacitum Patribus Ordinis Fratrum Minorum concredimus. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec statuimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere ac fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtineri; illisque ad quos pertinent, seu spectare poterunt, plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvin mensis Iunii anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

V

MISSIO TRAPEZUNTINA A VICARIATU APOSTOLICO CONSTANTINOPOLITANO SEPARATUR ET SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE IURISDICTIONI SUBIICITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quae ad christiani gregis bonum utilitatesque spirituales provehendas conducant, ea maxime curanda Nobis "munus Apostolicum suadet, quod, licet immeritis, a divina Providentia Nobis commissum est. Quapropter cum intra fines vicariatus apostolici Constantinopolitani atque in regione Missionis Trapezuntinae a Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali dependentia bono ac regimini christifidelium ritus latini sit tempestive consulendum, ea quae sequuntur decernenda existimavimus. Nimirum cum ob temporum vicissitudines in territorio memoratae Missionis Trapezuntinae ita fidelium ritus orientalis numerus imminutus sit ut tantum ibidem fideles latini ritus habeantur, conlatis consiliis cum, venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Eidei praepositi sunt, omnibus rei momentis religiose perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore Missionem eandem Trapezuntinam ex nunc Sacrae Congregationis de Propaganda Fide iurisdictioni subiicimus; ideoque Missionem ipsam, a vicariatu apostolico Constantinopolitano canonice distractam seu separatam, in Missionem sui iuris, retento nomine quo iam nuncupabatur, erigimus efc constituimus. Huiusmodi autem independentis Missionis Trapezuntinae fines sient: ad septentrionem Mare Nigrum; ad occidentem et meridiem linea ab ostio fluminis Sakarga ad montem Ala Dagh recto tramite ducto; linea pariter a monte Ala Dagh ad montem Ijldiz Dagh, inde vero ad montem Kaçgar Dagh, ac dein ad flumen Ciorak, recto tramite; ad orientem denique fines inter Rempublicam Turcicam usque ad Mare Nigrum.

-Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus

super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Iunii anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status;*

VI

SEIUNCTO TERRITORIO A VICARIATU APOSTOLICO DE NANKING NOVA CONDITUR APOSTOLICA PRAEFECTURA DE SUCHOW.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ad rei christianae incrementum procurandum, data occasione, consulimus ut, in nimium amplis terrae plagis, aucto operariorum moderatorumque numero, aptae iurisdictiones ecclesiasticae constituantur. Qua propter cum Vicarius Apostolicus de Nanking, suffragante quoque Delegato Apostolico Nostro in Sinis, Nos edocuerit territorium suae iurisdictioni subiectum late extensum atque incolarum multitudine ita conspicuum esse, ut vicariatus apostolicus suus ab unico Vicario, qui in urbe Shanghai residet, summa cum difficultate administrari possit; ideoque cum Nos Praesul ipse rogaverit, ut suus de Nanking vicariatus, ad validius inibi provehendam catholicam Eidem, in duas partes divideretur; Nos huiusmodi votis concedendum ultro libenterque existimavimus. Quare, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui Sacrae Congregationi Propagandae Fidei negotiis sunt praepositi, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, mandamus et nunc et in posterum territorium, quod civiles octo subpraefecturas de Tangshan, Fengshien, Peihsien, Tongshan, Siaohsien, Suining, Sutsien, Pihsien complectitur, a vicariatu apostolico de Nanking seiungatur; atque idem territorium sic separatum in novam praefecturam apostolicam erigimus, cui nomen facimus de *Suckow.* Ipsam vero novam praefecturam apostolicam de Suchow ad Nostrum et Sanctae huius Sedis beneplacitum Patrum e Societate Iesu, qui reliquum vicariatum de Nanking moderantur, curis tradimus. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare et fore, suosque plenos atque integros effectus

sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat, sive spectare poterit, in omnibus plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i menais Iulii anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

VII

SEPARATO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE NINGPO IN SINIS, ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE CHUCHOW.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ut ea praestemus quae prospero christifidelium regimini prospiciant, Nos instanter admonet pastorale munus quo in terris fungimur. Idcirco cum vicariatus apostolicus de Ningpo in Sinis ab unico Apostolico Vicario qui in urbe « Ningpo » residet, haud facile administrari queat, plurimuin expedire novimus ad magis magisque catholicam religionem ibidem stabiliendam, ut quaedam eiusdem vicariatus pars in distinctam Missionem erigatur. Quare, omnibus rei momentis attento seduloque studio perpensis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt, haec quae infrascripta sunt decernenda existimavimus. Nimirum apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi, a vicariatu apostolico de Ningpo territorium quod decem subpraefecturas civiles complectitur, de Chuchow, Sungyang, Lungchuan, Tsingtien, Yünhwo, Kingning, Suanping, Suichong, Kingyuan, Tsinyun separamus sive distrahimus, atque in eodem territorio independentem erigimus praefecturam apostolicam, quam de *Chuchow* appellari volumus. Eandem vero novam praefecturam apostolicam de Chuchow Missionariis e Seminario pro missionibus Sinensibus in *Scarboro Bluffs* (Ontario, Canada) ad Nostrum Sanctaeque Sedis beneplacitum committimus, cum Missionarii iidem iam huc usque fructuose sollertesque in catholicam religionem propagandam in districtu de Chuchow operam suam insumpserint.

Haec praecipimus ac statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent, sive

pertinere poterunt, nunc et in posterum pienissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **II** mensis Iulii anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. AEGISTUM MELCHIORI, EPISCOPUM NOLANUM, QUINTO DECIMO EXEUNTE SAECULO AB OBITU S. PAULINI.

PIUS PP. XI

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — « Sanctos inter antistites et confessores — ita decessor Noster f. r. Pius X — quorum gloriosis fastis Nolana dioecesis et felix Campania nobilitatur, conspicuum procul dubio locum obtinet Sanctus Paulinus Episcopus, cuius laus est in universa Ecclesia ».[1] Quinto igitur ac decimo exeunte saeculo a piissimo obitu praeclari huius sanctitatis christianaeque sapientiae luminis, placet sane Nobis quae apud vos apparantur sollemnia ita per has litteras quodammodo participare, ut et vobis de huiusmodi faustitate deque publice edendis pietatis testimoniis gratulemur vehementer, et ad eximias eius virtutum laudes intenta mente recolendas studioseque imitandas paterne vos adhortentur. At nosti, venerabilis frater, quae praecipua fuerint eius animi ornamenta; nosti egregia illa gesta, quibus omnis renidet suae vitae cursus. Quapropter rem brevissime attingimus; tuumque erit clerique tui haec, quae Nos adumbraturi sumus, fusius enucleare opportuneque christifidelibus in exemplum proponere.

Iamvero, cum noster maxima afflueret rerum familiarium copia, divitias grandi animo sprevit, easdemque in pauperum usum impendit religionisque opera; cum inter primos auctoritate honoribusque polieret, omnia libenter posthabuit, consulari nempe ac senatoria dignitate abdi-

[1] **Litt. Apost.** XVIII **Sept.** MDCCCCVIII.

cata, ut expeditius caelestium rerum commentationi vacare Deoque impensius famulari posset. Itaque monasticum institutum ingressus, —- quod quidem perfectioris vitae genus etiam Therasia eius uxor, viri sui exemplum sequuta, libentissime complexa est — tam alacriter in virtutum omnium adeptione profecit, ut sodalibus suis admirationi esset, eiusque sanctimoniae fama longius cotidie latiusque increbresceret. Incensissimo amore ita in Deum ferebatur, ut nihil magis cuperet, nihil quaereret aliud, nisi ut, procul ab hominum frequentia terrenarumque rerum strepitu, eidem totus adhaererët. Nec minore caritatis aestu in proximos flagravit; cuius quidem caritatis tum praesertim singulare specimen dedit, cum, barbaris in Italiae regionibus fere ubique saevientibus, mulier quaedam, ut affertur, enixe ab eo efflagitavit ut filium sibi redimeret ab hostibus captum. Siquidem, bonis omnibus, ut diximus, in christianae pietatis opera iam impensis, ne relictis quidem sibi opibus ad victum necessariis, semet ipse ultro libenterque in servitutem redegit, ut satis perdolentis huius matris petitioni faciens, eius filium in libertatem vindicaret.

Quam ob rem minime miramur si in episcopali obeundo munere, ad quod licet invitus evectus fuera c, optimi pastoris partes peragens, ita doctrina gubernandaeque dioecesis usu atque prudentia praestitit, ut non modo a suis, verum etiam a praeclarioribus illius temporis Antistitibus atque Doctoribus, ut Augustino, Ambrosio, Martino, Hieronymo, in exemplum suspiceretur.

Tantus igitur vir, Nolanae dioecesis decus totiusque Ecclesiae ornamentum, celebrationibus adsit de caelo vestris; adsit praesertim spiritualibus exercitiis, quae in singulis paroeciis, laudabili quidem consilio, statis diebus agentur; adsit Conventui de re catechetica, quo proxime saecularia sollemnia auspicaturi estis; ac denique Eucharistico Coetui adsit, quo eiusmodi Patroni vestri commemoratio feliciter explebitur. Ita enim omnes ad catholicam fidem alacriore studio adamandam, ad christianis praeceptis diligentius obsequendum, et ad sacram Synaxim crebrius incensioreque animo participandam, per proposita eius exempla perque caelestia ab eo impetrata munera excitabuntur.

Quod ut auspicato eveniat praestet apostolica benedictio, quam, divi* nae conciliatricem opus paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, clero populo que tuo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x v mensis Aprilis, anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. EMMANUELEM S. R. E. PRESB. CARD. GONÇALVES CEREJEIRA PATRIARCHAM ULYSSIPONENSEM, DE ANTONIANIS SOLLEMNIIS.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Merito sane ista, quam tu sollerter moderaris, cum Patavina dioecesi fraterna quadam aemulatione contendit in deferendis Antonio honoribus per saecularia, quae aguntur, sollemnia; Antonio dicimus, qui cum prope Patavium post tot egregia facinora atque adeptas virtutum omnium laudes, septem abhinc saeculis, piissime obiit, tum ex Ulyssipone ortum duxit ibique prima edidit sanctitatis suae testimonia.

Quae quidem sollemnia ita vos celebraturos esse non dubitamus ut clare inde pateat qua vos studiosa veneratione, quo cultu hoc Lusitaniae decus totiusque Ecclesiae ornamentum prosequamini. At spem praeterea fovemus bonam, Nobisque in votis est fore ut ex hac faustitate et auspicium et animum sumatis omnes ad privatos publicosque mores catholica religione satius impensiusque conformandos, et ad christianam perfectionem actuose adamandam persequendamque, quae in beatissimo hoc praestite vestro tam eximie enituit. Ita enim haud parum utilitatis e celebrationibus vestris eveniet non modo singulis Patavini Thaumaturgi cultoribus, sed universae etiam Civitati vestrae, quam quidem eâ, quam religio continet roboratque, concordia cotidie auctiore, et eâ, quae veri sit nominis, uberiore in dies prosperitate florere percupimus. Optime siquidem decessor Noster f. r. Leo XIII: « Lusitanis... populis, quod apertissime testatur historia, nil grande, nil illustre sine religione actum; eodemque gressu civilia semper crevere commoda, quo avitae religionis splendor et observantia ».[1]

Ut vero peculiaris erga vos Nostrae voluntatis testimonium ne desit, volumus huiusmodi celebritatis eventum, prout res postulat, quodammodo participare. Te igitur Legatum Nostrum per has litteras deligimus, qui caerimoniis istic habendis nomine Nostro praesideas, easdemque facias romanae purpurae maiestate angustiores. Ac felicissimi interea exitus auspicem, divinarumque gratiarum pignus, cum tibi, dilecte fili Noster, tuisque omnibus, tum iis, qui Ulyssiponem hac de caussa convenient, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die v mensis Maii, anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI

[1] Epist, ad Card. Neto, Patr. Ulyss., II Maii MDCCCXCV.

III

AD EMUM P. D. ACHTLLEUM S. R. E. PRESB. CARD. LIÉNARTj EPISCOPUM INSULENSEM, QUINQUAGESIMO EXEUNTE ANNO A PRIMO UNIVERSALI CONGRESSU EUCHARISTICO QUI INSULIS CELEBRATUS FUIT.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quinquagesimo propediem exeunte anno, postquam primum in urbem istam, honoris tui sedem, laudabilis inductus est mos, celebrandi nempe statis temporibus Conventus ex omnibus nationibus Eucharisticos, nullo profecto digniore modo, nulloque salubriore id faustitatis eventum commemorari poterit, quam si frequentissimi ex universae Galliae dioecesibus istuc christifideles conveniant Augustum altaris Sacramentum sollemni ritu veneraturi. Quod quidem factum iri non sine magno animi Nostri gaudio comperimus; ideoque et tuum pastorale studium dilaudamus et actuosam eorum omnium sollertiam, qui in incepto eiusmodi provehendo iuvandoque suam tibi sunt operam impense libenterque navaturi. Ex hac autem bonorum omnium contentione id profecturum pro certo confidimus ut proximi coetus vestri non modo avitam vividamqne testentur dilectissimae Gallorum gentis fidem, sed non parum etiam iidem conferant ad pietatem in populo refovendam et ad christianos mores, qui effectrice Eucharistiae vi innituntur, ab eaque reiiciuntur quam maxime, alacrius in dies privatim publice restaurandos.

Iamvero, ad assequendum hoc, quod peculiare est id genus Congressionum propositum, magnopere ea procul dubio conducent, quae vobis potissimum proponenda inlustrandaque constituistis: videlicet nulla re magis posse, quam per Eucharistiae cultum ac per studiosiorem eiusdem frequentioremque usum, optatissimum Iesu Christi regnum florere et ubique gentium constabiliri. Siquidem, ut Hipponensis Episcopus praeclare admonet, ideo rex noster Christus non « ad exigendum tributum, vel exercitum ferro arman dum, hostesque visibiliter debellandos; sed rex Israel, quod mentes regat, quod in aeternum consulat, quod in Regnum caelorum credentes, sperantes, amantesque perducat ». [1]

De hoc igitur opportuno coepto vobis omnibus gratulamur vehementer, ac tibi imprimis, dilecte fili Noster, itemque venerabili fratri Georgio Audollent Episcopo Blesensi, qui naviter apud vos Eucharisticorum Con-

[1] S. AUGUST., *Tract. LI in Ioann.,* 12-13.

.-venturam Consilium moderatur. Ut vero peculiare vobis ne desit hac etiam in re benevolentiae Nostrae signum, te, dilecte fili Noster, Legatum Nostrum per has Litteras deligimus, qui coetibus nomme Nostro praesis faciasque eos et angustiores Eomanae purpurae maiestate, et alloquio exemploque tuo fructuosiores. Quod praestet itidem apostolica benedictio, quam caelestium munerum auspicem paternaeque voluntatis Nostrae testem, cum tibi tuisque, tum iis omnibus, qui sollemni huiusmodi Iesu Christi triumpho intererunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x mensis Iunii anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI

IV"

AD EMUM P. D. ADOLFUM S. R. E. PEE SB. CAED. BEETRAM, ARCHIEPISCOPUM WRATISLAVIENSIEM, QUINQUAGESIMO APPETENTE NATALI SACEEDOTII EODEMQUE QUINTO AC VIGESIMO EPISCOPATUS EIUS.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. Ea verba menti obversantur Nostrae,' quibus, ante annos quinquaginta, te ceterosque sodales tuos sacerdotio initiandos sacrorum Antistes paterno animo adhortabatur: « Sit odor vitae vestrae delectamentum Ecclesiae Christi, ut praedicatione atque exemplo aedificetis domum, id est familiam Dei ». Gravissimam enim huiusmodi commonitionem semper te prae oculis habuisse ea testantur non defessa studia, ea profitentur praeclara facta, quibus sacerdotalis ac deinceps episcopalis tuae vitae cursum, contentiore cotidie gradu ad maiora pergens, nobilitare enisus es. Quae omnia libet "in praesens recolere atque in tui laudem per has litteras breviter commemorare. Scilicet, vix sacerdotali dignitate insignitus, cum, ob eximia ingenii animique tui ornamenta, magna fruereris omnium existimatione, gravissima tibi munia demandata fuere, ut ea quibus apud Hildeshiensem curiam egregia cum laude functus es. Ac propter increbrescentem tuae virtutis famam, patriae tuae fines praetergressa»!, quinque ac viginti abhinc annis, episcopali es ordine auctus ipsique ortus tui dioecesi praepositus, suo id temporis viduatae Pastore; atque deinceps ad ampliorem sedem, Wratislaviensem nempe, evectus es. Hisce vero in obeundis muneribus quo tu studio enitueris, qua praestiteris navitate, eae profecto lau-

des ostendunt pietatisque significationes, quibus tui omnes, faustitatem istiusmodi celebraturi, te prosequi apparant. Neque minus id proximus Decessor Noster testatus est, cum te, anno iam MDCCOCXVI Cardinalem delectum et in pectore reservatum, vixdum fere omnium digladiantium populorum aestus con quievit, publice etiam Purpuratorum Patrum insignibus ac dignitate libentissime adornavit. Cur igitur Nosmet ipsi in tuae laetitiae partes non veniamus, cur gratulantium tibi choro vota etiam atque omina non adiciamus Nostra*? Nosmet ipsi inquimus, quorum ut ad officium quodammodo attinet totius orbis Antistitum participare aerumnas, ita profecto solacium est eorum perfrui gaudiis. Novimus sollertiam tuam, flagrantem novimus animi tui ardorem, quo et alloquio et opera et prelo editis scriptionibus bene multis, fidem pietatem que in populo alere, catholicae religionis doctrinam inlustrare, Ecclesiae praecepta ac iura tueri nullo non tempore sollemne sanctumque habuisti. Neque id silentio praetermittendum putamus, quod Actionem Catholicam ad Apostolicae Sedis normam ignorantibus explanare, dubiis incertisque suadere, omnibus denique enixe commendare maximae tibi semper curae fuit. Quem profecto laicorum hominum apostolatum non modo esse nostra hac aetate opportunum, sed omnino necessarium ex eo etiam evincitur, quod malevolorum criminationibus atque calumniis, vel tecte, vel aperte prorsus ac palam, detrectatur atque oppugnatur.

Perge igitur, dilecte fili Noster, qua soles alacritate, sanctissima eiusmodi incepta insistere pro viribusque promovere; ac pro certo habeas non tibi bonorum omnium operam, non uberem pastorum Principis opem esse unquam defuturam. Quam quidem caelestem opem instanter Nos tibi adprecati, id praeterea tibi libenter damus ut, quo die malueris per proxima sacerdotalis et episcopalis tui muneris sollemnia, eo die, sacris operatus, adstantibus nomine Nostro benedicas, plenam iisdem proponens admissorum veniam, usitatis condicionibus lucrandam.

Divinarum autem gratiarum auspicem paternaeque benevolentiae testem, tibi, dilecte fili Noster, tuisque omnibus apostolicam benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die **III** mensis Iulii, anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

ANGELORUM-PAPANTLENSIS

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM ET DE TRANSLATIONE SEDIS EPISCOPALIS ET ECCLESIAE CATHEDRALIS DIOECESIS PAPANTLENSIS.

DECRETUM

Excmus D. Nicolaus Corona, Episcopus Papantlensis in Mexicana Republica, humiles preces porrexit ut duae paroeciae, sub nomine Teziutlan et Huetemalco ab archidioecesi Angelorum dismembraren tur et ad dioecesim Papantlensem aggregarentur, simulque ut sedes episcopalis una cum ecclesia cathedrali a civitate Papantla in civitatem Teziutlan transferretur.

Porro Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI, omnibus perpensis, de consilio Emorum Patrum Sacrae Congregationis Consistorialis, praehabito voto Excmi D. Leopoldi Ruiz et Plores, Archiepiscopi Moreliensis et Delegati Apostolici in Mexicana Republica, atque audita Excmo D. Petro Vera et Zuria, Archiepiscopo Angelorum, oblatis precibus annuendum esse censuit.

Quapropter, suppleto quorum interest vel illorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, vi praesentis Decreti Consistorialis statuit ut territorium praefatarum paroeciarum, una cum suis incolis, ab archidioecesi Angelorum separetur et dioecesi Papantlensi perpetuo adiungatur, mutatis hac ratione utriusque dioecesis finibus, itemque decrevit ut sedes episcopalis a civitate Papantla in civitatem Teziutlan transferatur, cum omnibus iuribus, honoribus et praerogativis, quibus ceterae episcopales sedes iure gaudent.

Ecclesiam vero Assumptioni B. M. V. dicatam, in eadem civitate Teziutlan exsistentem, in cathedralem dioecesis Papantlensis erigere Sanctitas Sua dignata est, cum omnibus iuribus ac privilegiis ad tramitem iuris communis spectantibus; suppressa idcirco cathedralitate ecclesiae sub titulo eiusdem Assumptionis B. M. V. in civitate Papantla exstantis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Ssmus Dominus Noster deputare dignatus est eundem Excmum Delegatum Apostolicum in Mexicana

Republica, eidem tribuens omnes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi — intra sex menses — ad banc Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Praesentibus valituris perinde ac si desuper Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae fuissent; et contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 19 Iunii 1931.

FR. R. C. CARD. ROSSI, *a Secretis.*

D. ŒÎ **S.**

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas, quae sequuntur, Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

22 Decembris 1930. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Brysiensi praefecit R. P. D. Carolum M. Alfridum de Cormont, hactenus Episcopum Aturensem.

24 Aprilis 1931. — Cathedrali Ecclesiae Renensi nuper erectae in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, R. D. Thomam Gorman e dioecesi Angelorum S. Didaci.

24 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Traianopolitanae in Phrygia, R. P. D. Augustinum Laera, hactenus Episcopum Castellanetensem.

1 Septembris. — Cathedralibus invicem unitis Ecclesiis Asculanae et Ceriniolensi, R. P. Victorium a Sestri Ponente, Ordinis FF. Minorum Capuccinorum (in saeculo Victorium Consigliere), Praedicatorem Apostolicum.

— Cathedrali Ecclesiae Castellanetensi, R. D. Franciscum Potenza, archipresbyterum parochum cathedralis Neritonensis.

12 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Baiocensi, R. P. D. Franciscum Picaud, hactenus Episcopum titularem Erythraeum.

— Cathedrali Ecclesiae Aturensi, R. D. Clementem Mathieu, Vicarium generalem dioecesis Baionensis.

23 Septembris. —- Cathedrali Ecclesiae Forosemproniensi, R. D. Amedaeum Polidori, archipresbyterum-parochum cathedralis Privernensis.

25 Septembris. — Metropolitanae Ecclesiae Turonensi, R. P. D. Ludovicum Gaillard, hactenus Episcopum Meldensem.

III

DESIGNATIO ORDINARII PRO APPELLATIONE

Iuxta can. 1594 § 2 Codicis iuris canonici, Archiepiscopus Milwaukiensis designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Sinus Viridis.

Quam designationem Sacra Congregatio Consistorialis die 22 Septembris anni 1931 adprobavit.

SACRA CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

INSTRUCTIO

AD EXCELLENTISSIMUS EPISCOPOS, QUOAD DISPENSATIONES SUPER IMPEDIMENTO CONSANGUINITATIS IN PRIMO LINEAE COLLATERALIS GRADU MIXTO CUM SECUNDO IMPETRANDAS.

Sat frequentes ad hanc Sacram Congregationem de Sacramentis perveniunt pluribus ex dioecesibus supplices libelli, ad impetrandas matrimoniales dispensationes super impedimento consanguinitatis in primo gradu lineae collateralis, mixto cum secundo.

Haud semel eadem Sacra Congregatio, arrepta occasione, de hac tam lamentabili re Revmos Ordinarios singillatim commonefacere non praetermisit: at, spectata eiusdem rei frequentia, quae magis in dies de loco in locum, contagli instar, diffundi conspicitur, opportunum ducit nonnullas statuere normas, quibus Exmi Praesules innixi, pro sua pastorali sollicitudine, idoneis utantur modis, ad cohibenda efficaciter atque refraenanda eiusmodi suorum subditorum postulata, quae leviter nimis saepe exhi* bentur.

Ad eiusmodi coercendam frequentiam, optimam queunt eamque utilissimam conferre opem Rmi Parochi, rite ac tempestive christifideles sibi subditos edocendo, praesertim in explananda catechesi et in concionibus habendis, Ecclesiam nempe matrimonialia statuisse impedimenta, ut familiarum rectae constitutioni et ordinationi, sobolisque procréation! et institutioni aptius foret consultum. Quapropter eosdem fideles avertere conentur a dispensationibus matrimonialibus nimis facile postulandis, praecipue si impedimenta maioris gradus respiciant, nisi vere graves

urgentesque causae id suadeant: hisque exstantibus valde prudens erit si ecclesiasticae auctoritati, per parentes praesertim aut per parochum, prius ipsae patefiant, quam matrimoniales intercedant promissiones, atque in vulgus diffundantur.

Hac eadem super re Sedes Apostolica non destitit, prouti temporum necessitas postulabat, canonicas praescriptiones iam editas, et in primis Concilii Tridentini statuta, ad observantiam revocare, uti contigit saeculo elapso per Chirographum f. r. Gregorii XVI Summi Pontificis, diei 22 Novembris 1836, cuius praescripta, quoad impedimentum de quo agitur, adhuc in suo robore permanere procul dubio dicenda sunt, sive quia Codex iuris canonici eadem nullatenus immutavit, sive quia haec Sacra Congregatio integre atque assidue huiusmodi servavit praxim, sibi ab Apostolica Dataria transmissam.

Quamobrem Exmos Praesules in Domino monemus, ne faciles se praebeant in excipiendis et commendandis precibus nupturientium, qui tales dispensationes impetrare intendunt. In primis enim animadvertenda et cavenda sunt pericula diversaque incommoda, quibus obnoxii reperiuntur oratores tam arcto necessitudinis vinculo detenti, atque saepe notabili inter se aetate dissimiles. Equidem hisce in casibus coniugalis conversatio perraro pacifica atque constanter stabilis perseverat: unde consequitur, familiae compaginem haud firmam permanere, graviaque damna etiam physica in filios ac nepotes redundare, in quos, praeter cetera, uti tradunt viri sapientes atque ipsi egregii physiologiae artis vere periti, hereditaria parentum vitia dimanant tum physica tum moralia, ac ut plurimum etiam in filiis ingravescentia.

Meminisse praeterea iuvabit, nimiam adhibere indulgentiam in talibus dispensationibus concedendis — uti iam probe cavit praefatus S. P. Gregorii XVI Chirographus — idem esse ac occasionem praebere, imo fovere, qua debita minuatur observantia et morum castimonia, quae intercedant oportet cum personis tam arcto sanguinis vinculo adstrictis, in familiari conversatione vitaeque intima consuetudine. Nullus igitur est qui non perspiciat quantum intersit ne impedimentorum matrimonialium disciplina, quae coniugii dignitatem ac sanctitatem tuetur, crebris eiusmodi dispensationibus labefactetur, cum potius tectam sarctamqne servare plurimum oporteat ad probos tuendos mores, ad pacem familiarum fovendam, atque ad bonum rei publicae quoque civilis provehendum.

Eas proinde solummodo iustas et congruenter graves habeant causas Exmi Praesules in memoratis dispensationibus efflagitandis, quae ob canonicas praescriptiones, aut ob diuturnum usum iugiter a S. Sede servatum, uti legitimae aestimantur, prout sunt v. g. remotio notabilis scan-

dali, compositio gravium quaestionum in successione bonorum, aut resolutio implexarum vel valde miserarum conditionum familiarum. Ideoque ad rem haud sufficere censeant suetas, quae pro ceteris impedimentis etiam maioris gradus adducuntur, causas: nempe angustiane loci, aetatem mulieris superadultam, carentiam dotis et similia, excepto casu quo eaedem, non singillatim sed cumulative sumptae, tam grave pondus efforment, ut dispensationem suadeant, iuxta regulam iuris «singula quae non prosunt, simul collecta iuvant ».

In posterum itaque Exmi ac Revmi dioecesium Pastores atque Rectores eos tantummodo excipiant et commendent supplices libellos pro dispensationibus super memorato impedimento impetrandis, qui causis vere canonicis, sensu iam explicato, roborentur, eosdemque ipsi Exmi Episcopi ne graventur *litteris ad rem suis manibus confectis commendare,* quoties id sine gravi incommodo fieri contingat; quibus pro suis quisque subditis referre debet, una cum ipsorum aetate, canonicas causas in unoquoque casu concurrentes, ceteraque adiuncta, queis spectatis gratiam dispensationis opportunam in casu fore censeat. Id autem probe animadvertant Exmi Episcopi, *huiusmodi preces semper esse saltem sua manu subscribendas et speciali modo commendandas,* quotiescumque nempe litteras commendatitias suis manibus exarare non valeant.

Romae, ex aedibus eiusdem Sacrae Congregationis de Disciplina Sacra» mentorum, die 1 Augusti 1931.

£g M. C**AED.** L**EGA**, Episc. Tusculanus, *Praefectus.*

L. © S.

D. Jorio, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

CAESARAUGUSTANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MAEIAE EAFOLS VIRGINIS FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM CARITATIS A S. ANNA.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae, in casu, et ad effectum de quo agitur.

Nobilissima Hispanica gens, tot praeclare gestis et bonarum artium cultu illustris, innumerorum virorum, qui in. litteris scientiisque sive sacris sive profanis eminuerunt, foecunda mater, erga catholicam Ecclesiam summis cumulatur meritis.

Fidei propagandae studio plures apostolici viri ad novas a Christophoro Columbo detectas regiones advolarunt Christi evangelium praedicaturi, et innumeras barbarorum gentes Christo adiunxerun t. Plurimorum quoque fuit, et est, altrix sanctorum, qui miranda in aevum ediderant heroicarum virtutum exempla, et grandia sunt operati. Quos inter Ioannes^ de Deo, Teresia a Iesu, Ignatius de Loyola, Franciscus Xaverius digni qui commemorentur.

Inter eos qui christianis virtutibus praestiterunt, Maria Rafols accensenda videtur.

Christophorus et Margarita Bruna, piissimi coniuges, Mariae parentes fuerunt. Orta est die 5 Novembris anno .1781 in oppido *Villafranca del Panades* dieque 7 eiusdem mensis baptismo abluta, eique nomina Mariae, Iosephae et Rosae imposita fuerunt. Pietatem cum laete hausit, et a teneris unguiculis, religionis actibus, orationi praecipue, et caritatis in proximum exercitio, addictissimum se exhibuit prae ceteris aequalibus suis. Religiosi viri ex Ordinibus Praedicatorum, Minorum et **S.** Ioannis Hierosolymitani virtutum germina, in eius anima parentum cura iam insita, magna diligentia excoluere, ita ut ipsa, perfectionis itinere animose arrepto, de religiosa vita capessenda mature coeperit cogitare. Tredecim annos nata monasterium Barcinonense S. Valentini, hierosolymitani hospitalarii Ordinis S. Ioannis, est ingressa. Decem annos, virtutibus fulgens, ibi permansit.

Anno 1803 dira Barcinone grassabatur pestis, et hospitalariae S. Ioannis sorores miram in infirmis curandis sub piissimi sacerdotis Ioannis Bonal regimine operam praestitere, inter quas Maria Rafols emicuit. Unde cum moderatores Caesaraugustani nosocomii Bonalium rogassent ut sodales adscisceret qui infirmorum curam assumerent, Bonalius duos manipulos, virorum alterum, alterum autem mulierum elegit. Maria Rafols et undecim sodales, una cum eodem Bonalio anno 1804 Caesaraugustana, se transtulerunt et die Ss. Innocentium Mm., postquam coram celeberrimo B. Mariae V. simulacro, *del Pilar* nuncupato, effusis precibus arduum opus assumendum eius patrocinio commendavissent, nosocomium Dominae Nostrae *de gratia* sunt ingressae. Nosocomium hoc moderàbantur nonnulli optimates ex clero et ex laicatu ab Hispaniae Rege selecti. Hi Mariae et suis sodalibus omni faverunt modo, eiusque in antistitam «lectionem plene probarunt.

Quatuor post annos urbs a gallicis copiis teterrima obsidione est praecincta, quae dirissimae famis causa fuit; unde infirmi, prae ceteris, omnium rerum inopiam sunt passi. Maria, ut tanto occurreret malo, cum suis sororibus per vias et compita, vitae pericula spernens, eleemosynam omne genus pro suis infirmis quaeritabat, et, si quid esculentorum superesset,

potius quam sibi, monialibus monasterii ab Incarnatione largiebatur, ut eorum inopiam sublevaret. Ees autem cum in peius ruèrent et aegroti inedia fere périrent, heroicum, Beo inspirante et adiuvante, consilium arripuit. Album vexillum gestans una cum duabus sororibus ab urbe egreditur et ad hostium castra pergit. Genibus coram copiarum duce flexis, eum humillime et multis cum lacrimis rogat ut snorum aegrotorum misereatur. Dux pietate commotus veniam ei dedit ad se redeundi quoties voluisset, pro cibis colligendis ad aegrotos sustentandos, quod pluries iteravit. Similiter ab alio Gallorum duce scripto obtinuit ut aqua pro eisdem infirmis sibi daretur.

Ob eamdem obsidionem accidit ut vehemens incendium in nosocomio excitaretur: Maria, eadem ac S. Ioannes de Deo caritate permota, inter flammas incedens, omnes infirmos a flammis liberavit.

Publicis rebus in pace compositis, sodales viri e nosocomio discesserunt; Maria Rafols, vero, cum suis, fidelis in suscepto pio munere permansit. Anno 1825 coram Episcopi delegato religiosa vota omnes nuncupaverunt, anno vero insequenti Dei famula novi Instituti antistita fuit electa, et Institutum ipsum nomen accepit: *Sororum Caritatis a S. Anna.*

Quoniam autem, sic disponente Deo, tribulationis igne, veluti aurum, animae ab Eo dilectae sunt probandae, iuxta illud: *Ut quia acceptus eras Deo, necesse Hit ut tentatio probaret te* (Tob., 12,13), anno 1834 gravissima calumnia Mariae est impacta, quasi insidias et seditiones contra Reges ipsa struxisset. Iuridica inquisitione peracta, innocens quidem renuntiatur, sed e nosocomio abscedere iubetur. Oscam in exsulum anno 1835 fuit dimissa, ubi intra illius nosocomii septa, quasi carcere detenta, summa in egestate usque ad annum 1841 remansit, quando in Caesaraugustana m nosocomium redire ei fuit concessum.

Apopleptico morbo tentata, incommoda exinde exorta patientissimo tulit animo, et ab operibus caritatis numquam, prout ei sinebant vires, se abstinuit.

Sacramentis refecta ad divini Sponsi amplexum die 30 Augusti anno 1853 evolavit.

Per 48 annos Barcinone prius, Caesaraugustae postea, omnium virtutum se exemplar exhibuit. Fide adeo enituit, ut omnia ad Deum dirigeret, et in Eo omnia conspiceret. Soli Deo confisa adversa omnia fortissimo ac sereno tulit animo. Quanta autem caritate sive in Deum sive in proximum cor eius exaestuaret, tota eius vita evidenter demonstrat. Intima cum Deo fruebatur unione vel in ipsis externis actionibus. Integras aliquando noctes ante Ssmae Eucharistiae sacramentum insomnes ducebat.

Aspero usque ad mortem cilicio, flagris, ieiunio fere continuo, quod aspere rimum obsidione durante fuit, corpus in servitutem redegit.

Summa caritate, nil sibi parcens, infirmis succurrebat, hac illae pervolans, eosque omni qua poterat diligentia diu noctuque sublevabat. Nec solum corporis curam habebat, sed et spiritualem, et hanc praecipue, ita ut nullus ex infirmis sibi concreditis, ut ferunt, sine morientium sacramentis obierit.

Sanctitatis fama post eius mortem magis magisque excrevit. Verum plures ob causas, praesertim ob politicas perturbationes, quibus hispanicum regnum fuit commotum, iuridicae super sanctitatis fama Ordinaria auctoritate inquisitiones nonnisi anno 1926-27 fuerunt confectae et ad hanc Sacram Congregationem transmissae. Die 30 Martii vertentis anni Sacra haec Congregatio scripta Servae Dei approbanda decrevit. Quum itaque omnia parata essent ut ad ulteriora posset procedi, instante Emo D. Carmelo Blay, Causae huius Postulatore, attentis quoque Postulatoriis litteris Alfonsi XIII catholici Regis, plurium S. R. E. Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, Capitulorum cathedralium, generalis superiorissae ac Sororum Caritatis a S. Anna, Provincialium et Municipalium Curiahum, aliorumque cuiusque ordinis spectabilium virorum et mulierum, Emus ac Revmus Dominus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Os tien, et Albanen., Causae Ponens seu Relator, in Ordinario S. R. C. coetu, die 4 huius mensis ad Vaticanas Aedes coacto, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio Introductionis causae Servae Dei Mariae Rafols in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi et Rmi Patres, sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, omnibus sedulo perpensis, rescribere censuerunt: *Affirmative, seu signandum esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI per R. P. D. Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem generalem, relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Servae Dei Mariae Rafols, Virginis, Fundatricis Instituti Sororum Caritatis a S. Anna. Die 6 Augusti anni 1931.

C. CARD. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S -

A. Carinci, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO

Si rende noto che le domande di ammissione degli ecclesiastici allo *Studio* della Sacra Congregazione del Concilio, per la pratica giuridica amministrativa, e catechistica, si ricevono nella Segreteria della stessa Sacra Congregazione del Concilio dal 20 Ottobre al 20 Novembre.

Roma, 1 Ottobre 1931.

G. Bruno, *Segretario.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

16 Luglio 1931. LT Emo Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Membro della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

U Agosto » L' Emo Sig. Cardinale Patrizio Giuseppe Hay es, Arcivescovo di New York, *Membro della Sacra Congregazione « Pro Ecclesia Orientali ».*

4 Settembre » Il Revino P. Vigilio da Valstagna, dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini, *Predicatore Apostolico.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

28 Agosto 1931. L' Em.o Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore dell'Istituto delle Figlie della Divina Provvidenza* (Roma).

4 Settembre » L' Em.o Sig. Cardinale Raffaele Carlo Rossi, *Protettore dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi.*

» » » L' Em.o Sig. Cardinale Giulio Serafini, *Protettore delV Istituto delle Suore dell'Assunzione* (Parigi).

23 » » *V* Em.o Sig. Cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore dell'Istituto delle Figlie della Misericordia e della Croce.*

Assistente al Soglio Pontificio:

28 Agosto 1931. Monsig. Matteo Angelo Filipello, Vescovo di Ivrea.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

29 Agosto 1931. Monsig. Onilo Milot, della diocesi di Nicolet.

4 Settembre » Monsig. Bartolomeo Campana, della diocesi di Cuneo.

Prelati Domestici di S. S.:

11 Marzo 1931. Monsig. Filippo Anfossi, delia diocesi di Ventimiglia.

18 Agosto » Monsig. Giuseppe Kielnhofer, della diocesi di Segovia.

29 Monsig. Antonio Camirand, della diocesi di Nicolet.

4 Settembre » Monsig. Enrico Andrea Poels, della diocesi di Ruremonda.

9 » » Monsig. Luciano Schmidt, della diocesi di Strasburgo.

12 » » Monsig. Geraldo T. Bergan, della diocesi di Peoria.

Monsig. Ladislao Bohkiewicz, della medesima diocesi.

Monsig. Patrizio H. Durkin, della medesima diocesi.

Monsig. Federico Gahlman, della medesima diocesi.

19 Monsig. Giovanni B. Culemans, della medesima diocesi.

» Monsig. Guglielmo E. Frawley, della medesima diocesi.

» Monsig. Giovanni J. Burke, della medesima diocesi.

» Monsig. Luigi Selva, della medesima diocesi.

23 Monsig. Guido Rossi, della diocesi di San Miniato.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

30 Maggio 1931. A S. E. il visconte Luigi Gabriele Antonio Giuseppe De Fontenay, Ambasciatore di Francia presso la S. Sede.

19 Ghigno » A S. E. il sig. Max Van Ypersele de Strihou, Ambasciatore del Belgio presso la S. Sede.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano :

26 Febbraio 1931. Al sig. Caracciolo Parra, dell'archidiocesi di Caracas.

22 Luglio » Al sig. Marcello Trelat, dell'archidiocesi di Cartagine.

» » » Al sig. Leone Boulle, della medesima archidiocesi.

» » » Al sig. Jussef Guez (Tunisia).

» » » Al sig. Iacob Boceara (Tunisia).

» » » Al sig. Chaldy el Okby (Tunisia).

» » » Al sig. Salah Eddine Baccouche (Tunisia).

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

7 Maggio 1931. Al sig. Francesco Giuseppe di Auersperg, della diocesi di Hradec Kralové.

23 Giugno » Al sig. Enrico Cognard d'Agoret, dell'archidiocesi di Parigi.

8 Agosto » Al sig. Carlo Uribe Cordovez (Colombia).

17 » » Al sig. Leone Bérard (Francia).

La Placca dell"Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

8 Marzo 1931. Al sig. Carlo de Parish-Sènftenberg, della diocesi di Hradec Kralové.
18 Giugno » Al sig. Enrico Marsili Libelli, dell'archidiocesi di Firenze.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

28 Maggio 1931. Al sig. dott. Paolo Grassi (Italia).
11 Giugno Al sig. Andrea Racloz, della diocesi di Losanna e Ginevra.
23 Luglio Al sig. Luciano Baizeau, dell'archidiocesi di Cartagine.
» Al sig. Antonio Rey, della medesima archidiocesi.
» Al sig. Paolo Mourgnot, della medesima archidiocesi.
17 Agosto Al sig. Giuseppe Desmars (Francia).

La Commenda dell''Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

4 Febbraio 1931. Al sig. principe Federico Schwarzenberg, della diocesi di Budejovice.
11 Marzo » Al sig. Luigi Mazzini, dell'archidiocesi di Milano.
22 Maggio » Al sig. Agostino Cullila y Gil, della diocesi di Barcellona.
26 » » Al sig. Eugenio Engels, della diocesi di Münster.
6 Giugno » Al sig. Taddeo Prandota Trzeiñski, dell'archidiocesi di Gnesna.
9 » Al sig. cav. Pietro Scalbert, della diocesi di Lilla.
10 **Giugno** Al sig. Antonio de Navarro, dell'archid. di Birmingham.
13 » Al sig. Alberto Pesenti, dell'archidiocesi di Milano,
14 » Al sig. conte Emilio Blumenstihl (Roma).
15 » Al sig. Corrado Rotandone (Rep. Argentina),
16 » Al sig. not. Vittore Mathieu, dell'archidiocesi di Quebec.
» » Al sig. Alberto Chrétien, della medesima archidiocesi.
Al sig, Alfonso-Nelson Blanchet, della medesima archidiocesi.
23 » Al sig. cav. Antonio Kreymborg, della diocesi di Utrecht.
1 Luglio Al sig. Umberto Piombino, dell'archidiocesi di Genova,
4 » Al sig. cav. Sesostri Sidarous, del Patriarcato copto-cattolico di Alessandria.
Al sig. Giovanni Filippo Micara, della diocesi di Frascati.
13 Agosto Al sig. Enrico W. D. Hellebrekers, della diocesi di Harlem.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

11 Marzo 1931. Al sig. Francesco Griffini, dell'archidiocesi di Milano.
26 » » Al sig. Giuseppe Murray, della diocesi di Brooklyn.
» » » Al sig. Tommaso Meehan, della medesima diocesi.

21	***Aprile***	***1931.***	Al sig. Giovanni Tracey, della diocesi di Brooklyn.
28	***Maggio***	»	Al sig. Attilio Motti (Italia).
29	»	»	Al sig. Giuseppe Lussigny, dell'archidiocesi di Gambrai.
»	»	»	Al sig. Andrea Voituriez, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Eugenio De Prat, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Emmanuele Choque-Bonnel, della medesima diocesi.
30	»	»	Al sig. Vilfredo Turnbull, della diocesi di Middlesborough.
2	***Giugno***	»	Al sig. Augusto Delbaere, della diocesi di Bruges.
3	»	»	Al sig. Alberto Dupré, dell'archidiocesi di Rouen.
9	»	*	Al sig. Gastone Dufour, della diocesi di Lilla.
»	»	>>	Al sig. Garlomagno Broutin, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Edoardo Leriche, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Giovanni Arreckx, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Edoardo Six-Corman, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Giuseppe van den Ameele de Hucorne, dell'archidiocesi di Malines.
11	»	»	Al sig. Paolo Dinh Doan Sác, del vicariato apost, de Huè.
17	»	»	Al sig. Antonio Teodoro van Rijen, della diocesi di Bois-le-Duc.
24	»	»	Al sig. Ferdinando Golenvaux, della diocesi di Namur.
27	»	»	Al sig. Francesco Giuseppe Burkley, della diocesi di Omaha.
»	»	»	Al sig. Edoardo Francesco Leary, della medesima diocesi.
30	»	»	Al sig. dott. Ermanno Sacher, dell'archidiocesi di Friburgo in Brisgovia.
4	***Luglio***	»	Al sig. avv. Marcello Adrien, della diocesi di Nancy.
7	»	»	Al sig. dott. Antonio Giuliani, dell'archidiocesi di Lione.
»	»	»	Al sig. Giuseppe Meyerie, della medesima diocesi.
14	»	»	Al sig. Emilio Dehaye, della diocesi di Nancy.
25	»	»	Al sig. Ludovico Hennebicque, della diocesi di Arras.
»	»	>>	Al sig. Ludovico Château, della medesima diocesi.
29	»	»	Al sig. Giovanni Enrico H. Josten, della diocesi di Ruremonda.
8	***Agosto***	»	Al sig. Edmondo de Holte-Castello (Colombia).

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

27	***Maggio***	***1931.***	Al sig. gen. Dedjaz Moulac Guieta (Etiopia).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

23	***Giugno***	***1931.***	Al sig. Augusto Guglielmo Tuccimei (Roma).

La Commenda dell'Ordirne di S. Silvestro Papa:

24	***Febbraio***	***1931.***	Al sig. avv. Alberto Di Marzo, della diocesi di Avellino.
25	***Maggio***	»	Al sig. Eduardo Trouillet (Etiopia).

25 Maggio 1931. Al sig. Massimo Getten (Etiopia).
» » » Al sig. Balombaras Petro Bayané Marcha (Etiopia).
» » » Al sig. Atò Berehane Markos (Etiopia).
» » » Al sig. Atò Francesco Guebra-Egzier (Etiopia).
» » » Al sig. Keñázmachte Haue (Etiopia).
28 » » Al sig. Ernesto Rizzo (Italia).
2 Giugno » Al sig. dott. Agostino Betti, dell'archidiocesi di Firenze.
10 » » Al sig. dott. avv. Mario Floridi, della diocesi di Alatri.
» » » Al sig. cav. Giuseppe Luccioli, della diocesi di Civita Castellana.
13 » » Al sig. Luigi Ameglio, della diocesi di Casale.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

6 Febbraio 1931. Al sig. Giuseppe Garcia, della diocesi di Cébù.
23 » » Al sig. Luigi Assumma, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.
22 » » Al sig. dott. Gregorio Astardjan, della diocesi di Mossoul.
19 Maggio » Al sig. architetto Giulio Sebastiano Criqui, della diocesi di Nancy.
23 » » Al sig. Costantino Carli (Roma).
26 » » Al sig. Fitaorari Mezelekia (Etiopia).
» » » Al sig. Atò Echétié (Etiopia).
» » » Al sig. Fitaorari Guehra Mariani (Etiopia).
27 » » Al sig. Michele Cotte (Etiopia).
» » » Al sig. Edmondo Doizelet (Etiopia).
» » » Al sig. Giorgio Camut (Etiopia).
» » » Al sig. Adolfo Gerbal (Etiopia).
» *> »• Al sig. Atò Alemon Tchekol (Etiopia).
» » » Al sig. Bezzon Gochié (Etiopia).
1 Giugno » Al sig. Enrico Bameule, della diocesi di Quimper.
4 Luglio » Al sig. Le-Van-Nuoi, del vicariato apostolico di Saigon.
31 » » Al sig. dott. Ottone Croce, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Al sig. Giovanni Geusgen, della medesima archidiocesi.

Con biglietti della Segreteria di Stato^ il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

18 Marzo 1931. Monsig. Bernardo J. Quinn, della diocesi di Brooklyn.
» » » Monsig. Edoardo Hoar, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Tommaso Sharkey, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Daniele McCarthy, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Patrizio Rogers, della medesima diocesi.

18 ***Marzo*** **1931.** Monsig. Guglielmo J. McKerma, della diocesi di Brooklyn,
» » » Monsig. Guglielmo F. Conklin, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giorgio A. Metzger, della medesh*^ diocesi.
28 ***Maggio*** » Monsig. Casimiro Litwin, della diocesi di Tarnovia.
25 ***Giugno*** » Monsig. Rodolfo Schneiderdella diocesi di Leitmeritz.
» » » Monsig. Giovanni Bonae, dell'archidiocesi di Praga.
13 ***Luglio*** » Monsig. Ugo Rossi (Roma).
16 » » Monsig. Sante Milano, dell'archidiocesi di Bari.
» » » Monsig. Cesare Rossi, della diocesi di Crema.
» » » Monsig. Gennaro Minervini, della diocesi di Molfetta.
» » » Monsig. Ezio Barzellotti, della diocesi di Montalcino.
» » » Monsig. Stanislao Halatek, dell'archidiocesi di Cracovia.
» » » Monsig. Giovanni Masny, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Alessandro Obrubanski, della medesima archidiocesi.
30 » » Monsig. Pasquale Ardito, della diocesi di Lucera.
6 ***Agosto*** » Monsig. Leandro Maria Roth, dell'archidiocesi di Nuova Orleans.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

23 ***Aprile*** **1931.** Monsig. Giuseppe Scherrer, della diocesi di Linz.
» » » Monsig. Giovanni Ohrballinger, della medesima diocesi.
2 ***Luglio*** » Monsig. Giovanni Battista Lucarini, della diocesi di Cortona.
6 ***Agosto*** » Monsig. Pietro Michetti (Roma).
19 » » Monsig. Vittore Capocaccia (Roma).

Cappellano d'onore extra Urbem ***di S. S.:***

16 ***Luglio*** **1931.** Andrea Marsina, della diocesi di Nitria.

NECROLOGIO

7 Settembre 1931. Monsig. Vittorio Arrieu, Arcivescovo tit. di Ossirinco.
14 » » L'Emo Sig. Cardinale FRANCESCO RAGONESI, del titolo di S. Marcello, Prefetto del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.
21 » » Monsig. Tommaso Dunn, Vescovo di Nottingham.
» » » Monsig. Carlo Giuseppe Fischer, Vescovo tit. di Mallo.
28 » » Monsig. Giuseppe Lanyi, Vescovo tit. di Tino.
» » » Monsig. Giovanni Hillebrand, Vescovo tit. di Ceramo.

Annus XXIII - Vol. XXIII 9 Novembris 1931 Num. IS

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CHIROGRAPHUS

AD EMUM P. D. PETRUM TITULI S. MARIAE TRANSTYBERIM S. R. PRESBYTERUM CARD. SEGURA Y SAENZ, ARCHIEPISCOPUM TOLETANUM.

Signor Cardinale,

Ci è pervenuta la lettera dell'Eminenza Vostra Revma in data del 26 Settembre u. s. colla quale Ella poneva nelle Nostre mani la sua libera rinunzia alla sede arcivescovile di Toledo.

I sentimenti di filiale pietà e devozione da Lei espressi Ci hanno veramente commosso e Ci affrettiamo ad assicurarla dell'altissimo Nostro apprezzamento per il nobile gesto che Ella compiva con tanta generosità, ed animata da così pure e soprannaturali intenzioni. In tale atto dell'Eminenza Vostra Noi abbiamo ravvisato una nuova e luminosa prova del suo ardente zelo per le anime, giacché' è nella speranza di contribuire al loro maggior bene od anche solo di sottrarre pretesti di maggiori mali che Ella, imitando l'esempio di San Gregorio Nazianzeno, non ha dubitato di sacrificare se stesso.

Nell'accettare la sua rinunzia, vogliamo che le giunga la Nostra parola di compiacimento per tutto il bene dall'Eminenza Vostra operato a vantaggio della Chiesa e di paterno conforto nel dolore che Ella prova separandosi dai suoi cari figli del clero e del laicato, cui la uniscono tanti e così soavi vincoli di pastorale affetto.

E pregandole da Dio l'abbondanza dei celesti carismi, le inviamo con tutta l'effusione dell'animo e come pegno della Nostra particolare benevolenza l'Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, 1 Ottobre 1931.

PIUS PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

EOMANA

ECCLESIA TITULI S. PANCRATII M. DE URBE, IN PAROECIAM ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pastorale munus humilitati Nostrae divinitus commissum iugiter postulat ut dum aeternae universi dominici gregis saluti consulimus, potiore quadam sollicitudine spirituali bono intendamus electae gregis illius portionis hac in alma Urbe degentis, quae, cum Nostra sit propria dioecesis, praecipuas a Nobis curas exposcere videtur. Eecta autem paroeciarum circumscriptio salubri fidelium regimini non parum proficit, ac proinde novae sunt paroeciae constituendae, si tempora et locorum adiuncta id exigant. Cum itaque ea Ianiculensis collis regio S. Martyris Pancratii Basilicae proxima, infra trium paroeciarum limites, videlicet S. Mariae Transtiberim, S. Mariae a Monte Carmelo ac S. Ioseph, S. Mariae vulgo «r alle Fornaci » hactenus contenta, ab istis ecclesiis valde distet, atque ob auctum ibidem incolarum numerum spiritualis eorum cura maiora ad religionem colendam adiumenta requirat: Nos, cum venerabili fratri Nostro Basilio Episcopo Veliterno S. B. E. Cardinali Pompilj, Nostro in Urbe generali in spiritualibus Vicario, consiliis collatis, novam in eadem regione paroeciam erigere valde opportunum duximus. Quare, omnibus mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum, qui sua interesse praesumant consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, a tribus illis quas memoravimus paroeciis eas territorii partes seiungimus prope S. Pancratii Basilicam sitas, quarum limites ab eodem venerabili fratre Nostro Basilio Cardinale Pompilj definiendos volumus, atque in novam ac distinctam paroeciam, erigimus erectamque per praesentes declaramus.

In paroecialem ecclesiam, huius noviter erectae paroeciae, praefatam S. Pancratii Basilicam, super vetustum christianum coemeterium exstructam, praeclarissima gloriosi illius Martyris memoria insignem, honore ac dignitate tituli presbyteralis fulgentem, de dilecti filii Nostri Laurentii S. E. E. Presbyteri Cardinalis Lauri, hodierni eiusdem Basilicae titularis, consensu, constituimus ac ipsi propterea eiusque pro tempore parochis iura omnia et privilegia tribuimus, quibus aliae huius Almae Urbis paroeciales ecclesiae earumque parochi ex iure communi vel legitima consuetudine fruuntur, eisdemque onera et obligationes imponimus quibus aliae Urbis paroeciae earumque parochi adstringuntur. Attenta vero novae paroeciae latitudine, eius pro tempore parochis onus praecipue imponimus duos saltem coadiutores habendi, qui in pastorali ministerio exercendo illos adiuvent. Pro S. Pancratii paroeciae dotatione ac honesta parochi eiusque coadiutorum sustentatione congruam dotem Nos ipsi assignabimus. Hanc denique novam paroeciam pleno iure tribuimus inclito Carmelitarum Excalceatorum Ordini, tot tantisque in Ecclesiam promeritis clarissimo, qui in S. Pancratii Basilica iam dudum sacra laudabiliter peragit, ac firmam concipimus spem fore ut in regione illa, nova paroecia ibidem constituta, religio et pietas magis magisque in dies augeatur. Rebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda praefatum deputamus venerabilem fratrem Nostrum Basilium Episcopum Veli termini S. R. E. Cardinalem Pompilj, Nostrum in Urbe generalem in spiritualibus Vicarium, cui propterea necessarias et opportunas concedimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum in officio vel ecclesiastica dignitate contitutum; atque omnes dirimendi controversias in exsecutionis actu quomodolibet orituras, facto insuper eidem onere fidem peractae exsecutionis authentica forma redigendi illamque in tabulario Vicariatus Urbis religiose asservandi. Volumus quoque ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce litteris Nostris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibus que Conciliis editis, aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, consuetudinibus caeterisque contrariis quibuslibet,, etiam specialissima mentione dignis, quibus omnibus per praesentes auctoritate Apostolica derogamus. Nemini autem has litteras Nostras dismembrationis, erectionis, concessionis, statuti, mandati, derogationis, et voluntatis Nostrae infringere, vel eis contraire liceat. Si quis autem

ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem, omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo primo, die duodecima Aprilis mensis, Dominica in Albis, Pontificatus Nostri anno decimo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH ffi B. CARD. POMPILJ
Cancellarius S. R. E. *Ssmi D. N. Vicarius generalis.*

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Vincentius Bianchi-Gagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

***Reg. in Cancellariae Apostolicae, Vol. XLIII, n. 64.* - M. Riggi.**

II

CSANADIENSIS

ERECTIONIS NOVAE SEDIS ET ECCLESIAE CATHEDRALIS

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Per Apostolicas sub plumbo Litteras *Solemni conventione,* die quinta mensis Iunii superiore anno datas, dioecesis Csanadiensis territorium in duas partes divisum fuit, in quarum una ipsa dioecesis Csanadiensis coarctata est, ex altera vero nova dioecesis Timisoarensis efformata. Cum vero pars haec episcopalem sedem et cathedralem ecclesiam antiquae Csanadiensis dioecesis contineret, haec dioecesis, territorio ut supra diximus imminuta, sua exinde episcopali sede et cathedrali ecclesia privata mansit. Quapropter venerabilis frater Iulius Glattfelder, Episcopus Csanadiensis, ab Apostolica Sede merito expostulavit ut in sua dioecesi episcopalis sedes et cathedralis ecclesia noviter erigerentur. Nos autem, re mature considerata et insuper venerabilis fratris Angeli Rotta, Archiepiscopi titularis Thebani et Nuntii Apostolici in Hungaria praehabito favorabili voto, oblatis precibus praefatis annuendum censuimus. Per praesentes igitur, •suppleto quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, novam sedem dioecesis Csanadiensis in

urbe *Szeged* constituimus, quam proinde ad civitatis episcopalis fastigium extollimus, eidemque iura omnia ac privilegia tribuimus quibus ceterae civitates episcopales iure communi fruuntur. Ecclesiam vero in praedicta urbe exstantem, Deo in honorem B. Mariae Virginis Magnae Hungarorum Dominae dicatam, ad gradum et dignitatem cathedralis Ecclesiae evehimus, cum omnibus iuribus et privilegiis, oneribus et obligationibus cathedralibus Ecclesiis ad iuris tramitem spectantibus. Mandamus insuper ut quousque canonicorum Capitulum in Ecclesia hac cathedrali erigi poterit, dioecesani Consultores iuxta can. 423 et seqq. Codicis iuris canonici interea instituantur. Omnibus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus praefatum venerabilem fratrem Angelum Eotta in Hungaria Apostolicum Nuntium, eidemque tribuimus necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum atque omnes dirimendi controversias in exsecutionis actu quomodolibet orituras, eidem onus imponentes ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar intra sex menses mittendi peractae exsecutionis actus. Volumus quoque ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici signatis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce ipsis Litteris tribueretur si exhibitae vel ostensae forent. Quae denique hisce Litteris statuimus et decrevimus, ea rata omnia firmaque permanere auctoritate Nostra volumus, iubemus, constitutionibus et ordinationibus Apo>-stolicis ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, minime obstan*tibus. Nemini autem quae hisce Litteris statuta, sunt nullo unquam tempore infringere, aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo primo, die decima nona mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno decimo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH
Cancellarius S. R. E.

FR. RAPHAEL C. CARD. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot, Apostolicorum.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco j$t Plumbi

***Reg. in Cane. Ap., vol. XLIV, n. 28.* - M. Riggi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SEPARATO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO NORVEGIAE, ERIGITUR ECCLESIASTICUS DISTRICTUS NORVEGIAE CENTRALIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram, rei memoriam. — Supremi Apostolatus officium, quo in terris fungimur, Nos instanter admonet, ut ea opportune praestemus, quae religionis incremento feliciter eveniant. Quapropter cum hodiernus vicariatus apostolicus Norvegiae amplitudine territorii ita conspicuus sit ut valde opportunum videatur, ut, quadam ex ipso regione detracta, eadem in peculiarem independentem Districtum per Nos erigatur; conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei praesunt; omnibusque rei momentis attento seduloque studio perpensis, haec quae sequuntur decernenda censuimus. Itaque motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, territorium trium civilium provinciarum Norvegiae, quas nuncupant *Nord Tröndelag, Sor Tröndelag, More,* a vicariatu apostolico Norvegiae seiungimus, sive dismembramus, illudque, sic per Nos separatum, in novum sui iuris Districtum ecclesiasticum, cui nomen ex nunc facimus Norvegiae centralis, erigimus. Moderator vero huius novi ecclesiastici Districtus Norvegiae centralis in civitate quam *Trondheim* nuncupant sedem suam principem habeat.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtineri; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **VII** mensis Aprilis anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

DISTRACTO TERRITORIO E VICARIATU NORVEGIAE DISTRICTUS ECCLESIASTICUS NORVEGIAE SEPTENTRIONALIS CONDITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Paterna caritas, qua omnes christifideles complectimur, Nos admonet ut vigilanter in eorumdem bonum procurandum incumbamus, utque ea quae ad hunc finem obtinendum necessaria videantur tempestive statuamus. Quapropter cum hodiernus vicariatus apostolicus Norvegiae adeo late pateat, ut eiusdem territorium ab unico Vicario Apostolico religiose administrari nequeat, Nos, auditis quoque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus qui rebus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide praepositi sunt, omnibusque rei momentis sedulo studio perpensis, haec quae sequuntur decernere statuimus.

Nimirum motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, territorium trium provinciarum civilium Norvegiae septentrionalis, quae *Finmark, Tromsö, Nordland* nuncupantur {inclusis quoque insulis Spitzbergensibus) a vicariatu apostolico de Norvegia seiungimus ac dismembramus, illudque, sic per Nos separatum, in novum Districtumc eclesiasticum sui iuris erigimus, cui nomen facimus Norvegiae septentrionalis. Decernimus autem ut sedes seu residentia Moderatoris huius novi Districtus ecclesiastici Norvegiae septentrionalis in urbe *Tromsö* nuncupata siet.

Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Aprilis anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

VICARIATUI APOSTOLICO OLIM NORVEGIAE NOMEN FIT DE OSLO

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Litteris Apostolicis Nostris die VIII mensis Aprilis huius anni sub anulo Piscatoris datis, ut sacrum animorum ministerium in quibusdam vicariatus apostolici Norvegiae territoriis aptius promoveretur, quibusdam ex eodem vicariatu regionibus detractis, duos novos ecclesiasticos districtus constituimus, quorum alterum nuncupavimus Norvegiam septentrionalem, alterum vero Norvegiam centralem. Peropportunum nunc exinde videtur ut hodiernum nomen etiam immutetur apostolico Norvegiae vicariatui qui regiones tantum ad meridiem Norvegiae complectitur, eidemque nomen tribuatur a civitate in qua Vicarius Apostolicus suam residentiam habet. Itaque, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, edicimus ac mandamus ut deinceps, loco de Norvegia, vicariatus apostolicus supra memoratus a civitate in qua Vicarius Apostolicus sedem obtinet, appelletur vicariatus apostolicus de Oslo.

Haec praecipimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate quolibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Aprilis anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

IV

SANCTUS ROBERTUS BELLARMINO, ROMANAE ECCLESIAE CARDINALIS E SOCIETATE IESU, UNIVERSALIS ECCLESIAE DOCTOR RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Providentissimus Deus ab initiis Ecclesiae Christi ad recentiora usque tempora doctrina et sanctitate perinlustres continenter viros suscitavit, qui catholicae Fidei veritates tuerentur atque inlustrarent illataque christianis eisdem veritatibus ab haereticis damna opportune reficerent.

Quos inter omni procul dubio Sanctus Robertus Bellarminus, Romanae Ecclesiae Cardinalis, e Societate Iesu, recensendus est, qui iam ab ipsis suae sanctissimae mortis diebus « vir eximius, theologus insignis, strenuus Fidei catholicae defensor, haereticorum malleus » nuncupabatur, idemque « tam pius, prudens et humilis quam erga pauperes überaus » renuntiatus est. Nil mirum quidem si, processibus canonicis tandem expletis, hisce Nostris temporibus, nec sine peculiari divinae Providentiae consilio, vir ipse ad altarium honores evectus sit. Litteris enim Nostris apostolicis sub anulo Piscatoris die xnimensis Maii anno MDCCCCXXITI datis, Robertum Bellarminum *Beati* nomine exornavimus. Postea vero, annum quinquagesimum ab inito Nostro sacerdotio celebrantes, una cum Beatis Martyribus e Societate Iesu in borealis Americae regionibus pro Fide interiectis, et Beato Theophilo a Curte ex Ordine Minorum, in sacrosancta patriarchali Basilica Vaticana anno superiore, die Sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli sollemnitati sacro, Beatum eundem Robertum in Sanctorum albo adscripsimus; idque iure meritoque, cum fulgidissima sane sit gloria ipse Sanctus tum catholici episcopatus, tum purpuratorum Patrum Senatus, tum denique inditae Societatis Iesu, quae tantum virum genuit Ecclesiae atque alumnum diligentissime excoluit. Nam frugiferam eandem Societatem Sanctus Robertus ingressus, ita virtutibus veri socii Iesu propriis exornatus est, ut sodalium suorum-ornamentum et decus, incitamentum quoque atque exemplar plane videretur. Eodem in Ordine omnes quidem fere gradus ascendit tenuitque: in Politiano conlegio alumnus exstitit, dein in Societate novitius, scholasticus, religiosus, magister, sacer concionator, professor, moderator spiritualis, rector, praepositus provincialis: hisce omnibus muneribus functus iugiter in exemplum adducendus; eodemque pariter modo ecclesiastica sibi credita munera gessit, adeo ut in omnibus se praeberet praestantissimum: qua vir studiis deditus, qua scriptor,.

qua theologus et Consultor apud romanas Congregationes, qua pontificiis Legationibus addictus, qua Episcopus, qua denique Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis animi ingeniique integritate ac vi, morum sanctitate, summa officii sui cognitione se se ostendit ornatum. Adhuc vivus a Decessore Clemente Pp. VIII, qui eum « invitum et frustra reluctantem » inter Romanae Ecclesiae Cardinales adscribere voluit, vehementer laudatur, quoniam tunc temporis « quoad doctrinam Ecclesia Dei parem non habebat ». Uberes vero huius singularis doctrinae fructus per totam vitam Sanctus Robertus usque ad senectutem rettulit. Licet iuvenis *Institutiones linguae hebraicae* paravit atque etiam librum *De scriptoribus ecclesiasticis,* quamvis tardius editum, valde erudite conscripsit. Postea ac per totum vitae curriculum in Sacris Scripturis excolendis impensissime laboravit, ita ut tum editioni L X X interpretum tum editioni *Vulgatae latinae* parandis, & Pontificibus ad id vocatus, cultiorem sedulioremque operam navaverit. Omnes sacri magisterii partes constantissime usque ad mortem exequutus est; quas etiam in familiarium, quae in totum fere orbem missae adhuc ingenti numero supersunt, epistularum commercio cumulatissime adimplevit. Impenso autem studio apostolicis Congregationibus auxilium suum praestitit, atque in gravissimis negotiis, etiam Ecclesiae Orientalis, pertractandis luculenta doctrinae prudentiamque exhibuit testimonia. Quod uberius eadem documenta confirmant, quorum pleraque etsi inedita archivorum Congregationum plateis delitescunt. Eadem *vota* — uti vocant — « ad quaestiones pertinent de Fide, de ritibus sacris, de intellegentia Scripturarum et de aliis id genus controversiis», in quibus continuo S. Robertus versatus est. « Nobilissimum autem plane opus » atque arduum constituunt *Disputationes de controversiis christianae Fidei* adversus haereticos, tribus primum, quattuor dein tomis comprehensae, quas iussu generalis Praepositi Societatis Iesu Sanctus Robertus ab anno **MDLXXXVI** ad annum **MDXCIII** primum edidit. Diuturno quidem studiorum ac magisterii curriculo easdem Sanctus Bellarminus quodammodo paraverat cum antea Lovaniensi in Conlegio Societatis Iesu, audientibus quoque multis Universitatis alumnis, ab anno **MDLXX** praelectiones in *Summam* S. Thomae per sexennium habuisset, easque post annum **MDLXXVI** proxime elabora vera t cum, « Cathedra controversiarum » in Conlegio Romano denuo constituta, magisterium theologicum sibi a moderatoribus suis impositum hac Alma in Urbe gessisset, ad catholica dogmata propugnando adversus errores, qui in pluribus Europae nationibus grassabantur. Hoc uutem maximum Bellarminianum opus novas quidem aggressiones egregie refutavit, quas paulo ante iuduxerant Magdeburgenses suis, uti aiunt, *€enturiis,* quibus, praesertim, historicis argumentis, patrumque et vete-

rum, scriptorum testimoniis speciose usi, Ecclesiam Eomanam evertere tentaverant. Itaque Sanctus Robertus de suorum necessitate temporum provide conscius, toto animo Ignatianam regulam sibi servare proposuit: « doctrinam sacram plurimi faciendi tum eam, quae positiva dici solet, tum quae scholastica». Hanc vero legiferi patris sui Ignatii normam reapse Bellarminus continenter secutus est, ac praesertim de controversiis Fidei adversus omnes haereticos disputans; adeo ut non immerito, in hac maxime controversiarum materia, ipsemet utriusque coniungendae felici connubio theologiae positivae, quam vocant, et scholasticae veluti dux habendus et in clarissimum exemplum adducendus sit. At in hoc sibi proposito attìngendo aptae animi ingeniique dotes eidem non defuerunt. Iam inde enim a iuvenili aetate videbatur ingenio praeditus acerrimo, animi alacritate ad studia singulari tantaque celeritate mentis ac vi memoriae ad prodigium ornatus, ut quae semel vel perlegisset vel audisset ea omnia et promptissime arriperet et firmissime retineret. Huc accedit quod Sanctus ipse facili eloquio ac nitido natura loquebatur scribebatque libros suos, ab inutilibus vero rerum adiunctis alienus et a floribus litterarum sui temporis propriis — quamvis egregie litteris politioribus iam excultus et musice, poesi omnique humanitate in adulescentia sua imbutus — perlucido stylo ac simplici, utebatur; « ingenio denique versatilis ad sublimem erat scholasticam speculationem aeque aptus atque ad historicam et philologicam indagationem, quae tantopere erat necessaria ea ipsa aetate, qua se e positivae theologiae dominio principalia sua argumenta desumere reformatores audacius affirmabant ». Nil mirum igitur si Bellarminianae «Disputationes de controversiis Christianae Fidei», statim «ac Alma in Urbe, Gregoriana in studiorum Universitate, lectae fuere, maximam sui exspectationem, quam fecerant, abunde superarunt: prelo autem impressae etiam atque etiam editae in publicum fuerunt, ab omnibus continenter desideratam ac valde expetitae; si earundem auctor tanquam *Magister controversiarum* non modo temporibus suis sed ad nostra usque tempora a plurimis catholicis theologis habitus est. At praeter celebérrimas «Disputationes » easdem, quae tamen fere totam rem theologicam ingenti mole complectuntur, eandemque ad defensionem et demonstrationem noni et decimi articuli e Symbolo *unam sanctam Ecclesiam, Sanctorum Communionem, remissionem peccatomm* eximie revocant; multa alia, mole tamen prout res postulabunt dissimili, scripsit, laboresque sane multos pro Fide provehenda ac iuribus Ecclesiae tuendis sustinuit. Eximia autem laus est Sancti Roberti, quod iura privilegiaque Summo Pontifici divinitus conlata, atque ea etiam quae nondum ab omnibus Ecclesiae filiis tunc temporis erant agnita, uti infallibile Pontificis e cathedra loquentis magiste-

rium, et invicte probavit et eruditissime contra adversarios tuitus est. Talis propterea ad nostra usque tempora apparuit Romani Pontificis auctoritatis defensor, ut scriptis eiusdem sententiisque Patres etiam Concilii Vaticani quam maxime uterentur. Nec silentio praetereunda sunt eius sacrae conciones atque opera catechetica vel praesertim *Catechismus* ille, « quem saeculorum usus et plurimorum Episcoporum doctorumque Ecclesiae iudicium comprobavit ». Eodem profecto Catechismo, Clementis Pp. VIII iussu composito, insignis sanctus theologus ad christianae plebis ac praesertim parvulorum usum catholicam veritatem plano stylo, ita nitide, exacte atque ex ordine exposuit, ut tria fere per saecula in multis Europae et orbis regionibus christianae doctrinae pabulum fideli populo fructuosissime ipse praebuerit. In *Psalmorum* vero libro explicando scientiam cum pietate coniunxit. Scriptis denique suis asceticis ubique celebratis Sanctum Robertum securissimum plurimorum ducem ad culmen perfectionis christianae factum esse satis constat. Sive enim *ad Episcopum Theanensem nepotem suum admonitione,* quae ad apostolicam atque ecclesiasticam vitam, pertinent docuisse, sive *Exhortationibus domesticis* sodales suos ad virtutes omnes infiammasse, sive *boni regiminis* praecepta tradidisse principibus christianis et quae eorumdem officii propria sunt, sive denique christifidelium pietatem excitasse et devotionem brevibus illis at sucosis opusculis e Sacris Scripturis, e Sanctorum Patrum theologorum doctrinis et ex annalibus Ecclesiae gestisque Sanctorum depromptis, Sanctum Robertum conspicimus asceticum magisterium sollerti studio atque efficaciter factitasse. Praeclara igitur, quae reliquit, ingenii sui monumenta facile ostendunt nullum fere fuisse ecclesiasticarum disciplinarum genus, quod Sanctus ipse fructuose non excoluerit. Sicut *lucerna super candelabrum* posita *ut luceat omnibus qui in domo sunt,* catholicos atque ab unitate Ecclesiae aberrantes verbo et opere illuminavit; sicut stella in firmamento caeli « magnificis radiis scientiae suae tam latae quam excelsae, praestantisque ingenii sui ac perlucidi splendore » veritatem quam super omnia coluit, omnibus bonae voluntatis hominibus patefecit; primus non modo sui sed posteri etiam temporis apologeta strenua dogmatum cathohcorum defensione, quam suscepit, ad memoriam atque admirationem se se commendavit eorum omnium, qui Ecclesiam Christi veraci amore prosequuntur. Tali propterea Bellarminus ad hanc usque aetatem apud clarissimos quotquot floruere viros et ecclesiasticos praesertim scriptores auctoritate valuit, ut iam ab eis tanquam Ecclesiae doctor habitus sit ac reverenter invocatus. Hac de re heic Nobis sufficiat Sanctos viros memorare qui ob eminentem doctrinam cum sanctitate heroica coniunctam Doctores Ecclesiae universalis iam declarati sunt; loquimur praesertim de Sancto Petro Canisio,

de Sancto Francisco Salesio, de Sancto Alfonso Maria de Ligorio. Sed alii quoque Sancti, Beati, Venerabiles, Dei Servi exstiterunt, quorum peculiaris erga Bellarminianam doctrinam ac scientiam existimatio certis documentis constat. Nil mirum itaque si flagrantissimo complures teneantur desiderio sanctum Robertum universalis Ecclesiae Doctorem revera salutano!; idque non ii solum, qui eandem cum ipso communem habent vivendi rationem illa in ipsa Iesu Societate, quae iugiter de re catholica provehenda tuendaque est ubique optime merita, sed ex omnibus ecclesiasticae hierarchiae gradibus clarissimi viri exoptant atque expetunt. Nam huiusmodi votis tum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales tum Archiepiscopi atque Episcopi ex universo orbe fere omnes, nec non sive e religiosorum coetibus Praelati, sive e catholicis studiorum Universitatibus moderatores, sive denique quam plurimi alii conspicui viri suffragantur. Quare Nobis peropportunum visum est tam magni momenti rem pro voto ac sedulo studio Sacrae pro Ritibus tuendis Romanae Congregationi committere; quae speciali mandato Nostro eminentissimos ac reverendissimus viros Alexium Henricum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Lépicier, titulo Sanctae Susannae, ac Franciscum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Ehrle, Diaconum Sancti Caesarei in Palatio, ad rem examinandam deputavit. Exquisitis itaque atque obtentis eorundem Cardinalium separatis suffragiis atque etiam praelo impressis, illud tantum supererai ut Sacrorum Rituum Congregationi praepositi rogarentur an, consideratis omnibus, quae in Ecclesiae universalis Doctore requiri solent, procedi posse censerent ad Sanctum Robertum Bellarminum Ecclesiae universalis Doctorem declarandum. In conventu vero ordinario die iv mensis Augusti proxime elapsi, in aedibus Vaticanis habito, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales Sacrorum Rituum Congregationi praepositi, a dilecto filio Nostro, Causae relatore, Caietano S. R. E. Cardinali Bisleti, titulo Sanctae Agathae Gothorum, debita rerum relatione facta, sententiam affirmativam unanimi consensu dixerunt. Quae cum ita sint, audito quoque de hisce omnibus die vi mensis Augusti huius anni dilecto filio Sanctae Fidei Promotore generali, Nos, tot ac tantorum suffragatorum votis undique allatis ad Nos ultro libenterque concedentes, praesentium Litterarum tenore, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, Sanctum Robertum Bellarminum Episcopum Confessorem *Ecclesiae Universalis Doctorem* constituimus, declaramus; statuimusque propterea ut Missa atque Ofiicium sub ritu duplici minori, quae eiusdem Sancti festivitati die xm Maii quotannis assignata sunt, ex nunc ad universam Ecclesiam auctoritate Nostra extendantur. Non obstantibus constitutionibus atque ordinationibus Apostolicis cete-

risque in contrarium' facientibus quibuslibet. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces semper exstare ac permanere: suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super bis a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVII mensis Septembris, an. MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status-*

EPISTOLAE

I

AD EGREGTUM VIRUM MATTHAEUM HAHN, PRAESIDEM CONSILII NÖRIMBERGENSIS CONVENTUI LXX CATHOLICORUM E GERMANIA APPARANDO.

PIUS PP. XI

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Praeclarum illud studium, quo catholici e Germania universa in unum quotannis conveniunt, ut coram de religiosae ac civilis rei incremento inter sese conferant consilia, et huic Sanctae Sedi semper fuit gratissimum et nationi isti nobilissimae quam maxime salubre atque frugiferum. Quare nova Nos iucunditate et gaudio perfusi sumus, quum proxime didicimus septuagesimum eiusmodi congressum, mense Augusto exeunte, sollemni apparatu Norimbergae celebratum iri. Plura quidem sunt nec minoris momenti, quae Nobis conventui bene feliciterque augurantibus afferunt laetitiam. In primisque peropportuna Nobis ipsa sedes videtur, quam coetibus celebrandis seligere voluistis. Ista enim antiqua Baväriae urbs si commerciis artibusque adeo exstitit illustris, ut Sacri, quod vocant, Romani Imperii tempore, Germanicae nationis ornamentum atque thesaurus merito fuerit appellata, non minorem laudem est consecuta ob fortem egregiamque catholicae Fidei professionem. Nam inde ab suis exordiis vita moribusque sancti Sebaldi anachoretae resplendere coepit, deinde postea, sancti Ioannis a Capistrano salutari eloquentia roborata, eximiam pietatem ac religionem prae se tulit. Hoc sane ii testantur eiusdem urbis cives, qui, multis circa e gremio Ecclesiae Catholicae discedentibus, non modo genuinam fidem a maioribus acceptam invicto animo retinuerunt, sed eam quoque in exemplum coluerunt, ut fortissima virgo Charitas Pirckheimer, ad S. Claram sororum antistita. Hoc etiam confirmant publica civitatis ipsius monumenta, plures

nempe sacrae aedes divino cultui exhibendo et pia caritatis instituta populo iuvando auxiliandoque iam pridem condita utiliusque provecta.

Sed alia quoque exstat caussa, cur Nobis peculiari sit laude honestanda congressio vestra. In animis enim habetis cura studioque perpendere atque in usum vitae apte eonvenienterque deducere documenta illa gravissima, quae paterno Nos animo in cunctum Orbem catholicum proxime edidimus, quaeque ipsa spectant domesticae et civilis societatis fundamenta. Quid enim utilius videri potest in tantis de re morali, publica, oeconomica difficultatibus, quid opportunius ad mores populi corrigendos atque emendandos, quam ut animadvertatur sine cupiditatum aestu ac superno lumine inspiciatur quomodo ungendi sint adulescentium animi, qua lege castum servandum connubium, quibus normis ac praescriptis omnes socialis vitae rationes finiendae sint atque moderandae?

Quapropter vehementer Nos confidimus istum catholicorum e Germania conventum ditissimos salutis fructus gentibus vestris per totam nationem disiectis esse allaturum. E quibus hunc unum veluti digito praemonstrare volumus: ut nimirum ex congressione ista vestra tantus in christifidelium mentes catholicae veritatis ardor studiumque promanet, talisque virium omnium conspiratio, ut contra pervagantes errores rerumque eversiones firmum iidem munimentum evadant. Cuius quidem assequendi consilii ut praecipuam vobis viam atque rationem ostendamus, Actionem Catholicam iterum iterumque vobis suademus, quippe quae religionis augendae civilisque consortionis tutandae spem optimam faciat.

Quorum beneficiorum assequendorum denique Nobis eandem erigit spem novissima caussa, memoria scilicet septies centenaria, quam in ipso congressu, optimo sane consilio, evocare censuistis, Sanctae Elisabeth Thuringiensis Viduae. Quae, gentis vestrae decus atque praesidium, tantum domestici foederis honestatis, tantum erga pauperes largissimae charitatis ac erga Christum pientissimae fidelitatis exstat exemplum, ut, caelesti eiusdem favente tutela, omnium vestrum animi ad optima quaeque opera aggredienda roborentur atque plurimorum e laboribus vestris exorientium fructuum pignus firmissimum praebeatur.

Horum praeterea laetissimorum fructuum auspicium, Nostraeque singularis in vos benevolentiae testis, apostolica esto benedictio, quam tibi, dilecte fili, iis qui tecum congressui curando praesunt atque universis, qui propediem Norimbergam convenient, libenti effusoque animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvni mensis Augusti anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. SEBASTIANUM CARDINALEM LEME DA SILVEIRA CINTRA, ARCHIEPISCOPUM S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII, QUEM LEGATUM DEPUTAT AD MONUMENTUM, NATIONIS BRASILIANAE OBSEQUIUM, SANCTISSIMO REDEMPTORI DEDICANDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Monumentum insigne, Eedemptori nostro opportunissime dicandum, propediem istic inauguratimi iri nuntius ad Nos laetissimum pervenit. In summo enim fastigio montis, quem *Corcovado* appellatis, quique isti urbi Brasiliae capiti imminet, ingens posuistis e marmore signum, humanas referens formas divini Servatoris. Cuius quidem regiam dignitatem optime repraesentant et simulacri moles, ceteras huiusmodi statuas amplitudine excedens, et basis altitudo seu ipse mons, verticem extollens super reliquos colles, qui celebris sinus vestri coronant litora, et sublime aulaeum, fulgentia scilicet caeli convexa. Ita summi Begis in vos imperium publice magnificeque profiteri voluistis; ita simul perpetuam tradidistis posteris memoriam pergrati animi in ipsum, qui gentem vestram per Evangelii praecones ad fidem primitus vocavit et, duce ecclesiastica hierarchia, in humanum cultum civilemque deduxit. Plurimum igitur delectati sumus de mirifica animorum consensione, qua sacrorum Antistites, Eei publicae magistratus, clerus populosque universus ad praeclarum opus perficiendum convenerunt, et sumptus necessarios iamdiu suppeditando, et sollemnia sacra hodie studiosissime apparando. Quibus sollemnibus, quum profecto totiens Nos indicavimus, praesertim in Encyclicis Litteris *Quam primum*, magno Nos esse in desiderio regiam potestatem Christi Dei et Hominis acriter vindicandi atque debitis honoribus ubique extollendi, hisce, **inquimuSj** sollemnibus Nosmet ipsi veluti praesentes interesse exoptamus. Quapropter tibi, dilecte fili Noster, qui concordi civium voluntati plurimum contulisti, quique istius archidioecesis regimen tam honorifice tenes, libentissime committimus ut Nostram, tam fausta occasione, geras sustineasque personam. Aderunt quidem tibi, quum sacra perages sollemnia, ex omni Brasiliae parte, uti affertur, permulti venerandi Praesules; ipsi Bei publicae gubernatores praeclara venerationis erga Christum Regem testimonia, praesentia sua et peregrinos adiuvando, edituri sunt; supplicationes fient peculiares coram Augusto Sacramento cum maxima hominum frequentia ad sacrosancta mysteria percipienda;

agmina praeterea catholicorum magnifico pomparum apparatu ducentur super litore « Botafogo » ad radices montis ipsius, quem solium Redemptoris fecistis; denique sacra eiusdem Domini imago, electrica luce per novam artem e longinquo mirabiliter excitata, tamquam caelestis visio inter noctis umbras splendidissimo candore apparebit. Tunc vere divini Regis verba rursus aethera personabunt: « Ego, quum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum». Et reapse trahere ad se videntur manus illae expansae, quibus ipse aspicietur, omnes filios suaviter amplectentes. Itaque fidenter tu eris, dilecte fili Noster, perhonorifica legatione perfuncturus, et boni, quotquot in istam urbem convenerint filii abs te comperiant, se Nobis, iam admodum caros eo fore cotidie cariores, quo acrius caelestem Regem venerari eique diligenter parere contendant. Imaginem illius diu noctuque omnes intuentur, tum cives qui subiecta in urbe inter multiplices curas sollicitudinesque versantur, tum peregrini qui, oceani fluctibus agitati, ad portum feliciter pervenire contendunt; omnes profecto iuxta Dei promissa recreabuntur « Venite ad me omnes... et ego reficiam vos». Cuius quidem consolationis et pacis, quam mundus dare non potest, pignus esto apostolica benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, singulis in episcopatu conlegis, Rei publicae magistratibus, clero populoque Brasiliae universo effusa caritate impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xiv mensis Septembris, in festo Exaltationis S. Crucis Domini Nostri Iesu Christi, anno MDCOCOXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI

III

AD EMUM P. D. RAPHAELEM TIT. S. HIERONYMI ILLYRICORUM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM SCAPINELLI DI LEGUIGNO, SANCTITATIS SUAE DATARIUM, APPETENTE NATALI QUINQUAGESIMO SACERDOTII EIUS.

PIUS PP. XI

'Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Memoriam suavissimam illius diei, quo ante annos quinquaginta primum religiosissime perlitasti, te proxime renovaturum iucundo animo percepimus. Quamquam enim faustum huiusmodi eventum, pro singulari tua modestia ac pietate, in secreta quiete et intima animi conscientia recolere peroptas, tamen facere non possumus, quin eiusdem simus et Nos publica voluntatis Nostrae testificatione participes. Cur equidem cum fratribus Sacri Nostri Consilii, quae-

cumque iis laeta contingunt, non habeamus communia? Eo vel magis quod tu, tam diuturno temporis spatio, peculiares pro hac Sede Apostolica studioso animo pertulisti labores, sive eius Legationibus, antea in Lusitania, deinde in Batavia, operam navando, sive munera in ipsis aedibus Vaticanis suscipiendo, praesertim quum, pro tua iuris doctrina et scientia diplomatica, Secretarii munia a negotiis ecclesiasticis extraordinariis sedulo obiisti; sive ipsam Legati Apostolici personam Vindobonae gerendo inter turbines memorandi belli; sive denique, postquam amplissimo Patrum purpuratorum ordini cooptatus fuisti, negotia Nostra pluribus in sacris Congregationibus pertractando. Quapropter, quum gratiam tibi in sacra ordinatione infusam non in vacuum recepisti, sed ex ea plurimos, tua voluntate dociliter cooperante, uberesque fructus hausisti, tibi Nos vehementer gratulamur, simulque a Christo Iesu, cuius vicaria fungimur potestate, exposcimus, ut multiplicibus solaciis, quibus te ad altare accedentem tot annorum decursu laetificavit, per proximam eventi faustitatem gratiarum gaudiorumque cumulum benignus adiiciat. Quorum quidem caelestium donorum auspicem et peculiaris gratulationis Nostrae testem, accipe apostolicam benedictionem, quam tibi, dilecte fili Noster, carissimis tuis, omnibusque laborum tuorum sociis, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xix mensis Septembris anno MDCCCCXXXI:, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI

IV

AD RR. PP. DD. LEOPOLD UM PREÇAN ARCHIEPISCOPUM OLOMUCENSEM CETEROSQUE CECHOSLOVACHIAE LOCORUM ORDINARIOS, OFFICIOSIS LITTERIS RESPONDET EX COMMUNI CONVENTU DATIS.

PIUS PP. XI

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Libenti sane animo communem vestram epistolam, officiorum plenam, accepimus, eaque attente perlegimus, quae in conventu vestro proxime egistis atque constituistis. Utraque enim, et perhumana epistola et consilia suscepta, singulare Nobis praebuere testimonium non modo vestrae erga hanc Apostolicam Sedem observantiae, sed flagrantioris quoque in dies studii, quo, vos, uti patres ac pastores, mira mentium animorumque concordia, fideles vestros moderari contenditis. Id autem vehementer placuit Nobis, quod

perspeximus vos, — eodem fere tempore, quo Nos ad fratres Nostros in episcopatu Litteras Encyclicas *Nova impendet* dabamus — quasi ea divinantes quae in mente Nos et animo agitaremus^ anxia sollicitudine affectos esse propter illud discrimen, quod miseris egenisque, opere et pane carentibus, immineret. Vos ergo peropportuna tot calamitatibus sublevandis consilia cepistis, et instantius provehendo pia caritatis instituta, quae istic florent vigentque, et eadem meliore ratione disponendo ordinandoque. Ita sane, viribus in unum collatis, uberiores fructus magisque salutares expectare licet, pro iis praesertim qui, gravi inopia vexati, in tanta rei oeconomicae implicatione, qua quidem totum genus hominum hodie laborat, maximis fidei vitaeque christianae periculis obiecti inveniuntur. Verumtamen, quo asperiora impendent tempora, eo magis necessaria exstant tum ecclesiasticae disciplinae studium, praecipue in clericis, tum eorundem ac fidelium cum suis Episcopis et hac Sede Apostolica, cui sollicitudo omnium ecclesiarum incumbit, arctissima coniunctio. Quapropter merita vos laude honestamus, venerabiles fratres, quod participes fuistis doloris Nostri, quem nuper accepimus ex ealumniis et obtrectationibus adversus Nostrum Legatum instructis a malevolis, inter quos — pudet dictu — nonnulli e clero non defuerunt; quod maiore Nos profecto afíecit moerore. At vero animum Nostrum consolatione permulsit cura illa atque diligentia, qua vos, venerabiles fratres, disciplinae ecclesiasticae tuendae continuo elaborastis, cuius quidem disciplinae conservatio et religio censenda est praecipua sacerdotum laus, qui non modo sacra doctrina, sed virtutum quoque splendore *lux mundi* et esse et apparere debent. Quo autem omnia ex voto ac prospere cedant, caelestem opem vobis adprecamur; cuius interea auspicem et benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem vobis, venerabiles fratres, cunctoque clero populoque vestro peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxi mensis Octobris anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I
PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

26 Septembris 1931. — Cathedrali Ecclesiae Pactensi praefecit R. D. Antonium Mantiero, archipresbyterum parochum oppidi *Schio,* dioecesis Vicentinae.

30 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Conversanensi, R. D. Dominicum Argnani, Vicarium generalem dioecesis Faventinae.

— Cathedrali Ecclesiae Bosanae, R. D. Nicolaum Frazioli, Vicarium generalem archidioecesis Turritanae, atque in eiusdem metropolitana ecclesia Archipresbyterum.

— Cathedrali Ecclesiae Triventinae, R. D. Ioannem Giorgis, archipresbyterum parochum oppidi *Bernezzo,* dioecesis Cuneensis.

5 Octobris.—• Cathedrali Ecclesiae Vivariensi, R. D. Petrum Durieux, Vicarium generalem dioecesis Aniciensis.

19 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae de Villarica, R. D. Augustinum Rodríguez, parochum ad S. Laurentii *in Campogrande* civitatis *Asunción.*

20 Octobris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Sinnadensi, R. P. D. Iacobum Ghio, hactenus Archiepiscopum Urbinatensem.

22 Octobris. — Metropolitanae Ecclesiae Pragensi, R. P. D. Carolum Kaspar, hactenus Episcopum Reginae Gradecensis.

— Cathedrali Ecclesiae Brunensi, R. P. D. Iosephum Kupfea, hactenus Episcopum tit. Adraenum.

— Cathedrali Ecclesiae Reginae Gradecensi, R. D. Mauritium Picha, Protonotarium Apostolicum ad instar, Archidiaconum Capituli metropolitani Pragensis.

— Cathedrali Ecclesiae Litomericensi, R. D. Antonium Weber, Cubicularium secretum Sanctitatis Suae, canonicum Capituli cathedralis Litomericensis.

23 Octobris 1931. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Aeginatensi, E. P. B. Franciscum Borgia Sedej, hactenus Archiepiscopum Goritiensem et Gradiscanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ceramensi, E. B. Antonium Valente de Fonseca, parochum in dioecesi Portugalliensi, quem deputavit Auxiliarem E. P. B. Ioannis Evang. de Lima Vidal, Episcopi Villaregalensis.

II

BESIGNATIO TEIBUNALIS SECUNBAE INSTANTIAE

Archiepiscopus Liverpolitanus designavit semel pro semper ad normam can. 1592 § 2, pro appellationibus a suo tribunali, Ordinarium Salfordensem; quam designationem Sanctissimus Bominus Noster per rescriptum Sacrae Congregationis Consistorialis die 26 Octobris approbare dignatus est.

8ACEA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

NOMINATIONES

Brevi Apostolico diei 3 Iulii 1.931, E. P. B. Paulus M. Bumond, Episcopus titularis Curubitanus, hactenus Vicarius Apostolicus de Kanchow, renunciatus est *Vicarius Apostolicus de Nanchang.*

Successivis decretis Sacra Congregatio de Propaganda Fide renunciavit ad suum beneplacitum:

17 Decembris 1930. — E. P. Ambrosium Pringer, O. F. M., *Superiorem ecclesiasticum missionis sui iuris de Changuen.*

23 Ianuarii 1931. — E. P. Nazarenum Iacopozzi, O. F. M., *Custodem Terrae Sanctae.*

Becretis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide: diei 26 Septembris 1931, Emus Alfonsus Agius nominatus est Praeses Pontificii Operis a Propagatione Fidei in Melita insula; die 14 Octobris, Emus B. Bernardus Cabrita nominatus est Praeses Pontificii Operis a Propagatione Fidei pro Lusitania; die 3 Novembris Emus B. Basilius Gudgeon nominatus est Praeses Pontificii Operis a Propagatione Fidei pro Anglia.

II

APPROBATIONES

Decretis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, Beatissimus Pater, approbare dignatus est:

10 Februarii 1931. — Constitutiones et Statuta pro missionibus Piae Societatis Parmensis S. Francisci Xaverii, definitive.

29 Iunii. — Constitutiones Fratrum missionalium a S. Francisco Assisiensi, cuius domus princeps est in *Mont-Poinur,* archidioecesis Bombayensis, ad septennium experimenti gratia.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

BENEDICTIO INSTRUMENTORUM AD MONTES CONSCENDENDOS

J. Adjutórium nostrum in nomine Domini.
Qui fecit cœlum et terram.
Y. Dominus vobiscum.
3$. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Benedic, quaesumus, Dómine, hos funes, báculos, rastros, aliaque hic praesentia instrumenta; ut quicumque iis usi fuerint, inter ardua et montis abrupta, inter **giaci** es, nives et tempestates, ab omni casu et periculo praeserventur, ad culmina feliciter ascendant, et ad suos incolumes revertantur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

Protege, Domine, intercedente Beato Bernardo, quem Alpium incolis et viatoribus Patronum dedisti, hos fámulos tuos: ipsisque concede, ut, dum haec conscendunt culmina, ad montem qui Christus est valeant pervenire. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI descriptam formulam benedictionis instrumentorum ad montes conscendendos adprobare dignatus est, eamque Ritualis Romani proximae futurae editioni inseri mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 14 Octobris .1931.

C. CARD. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © **S.** '

A. Carinci, *Secretarius.*

II

VARIATIONES

FACIENDAE IN RUBRICIS KALENDARII, BREVIARII AC MISSALIS ROMANI

I. - IN KALENDARIO

In Kalendario, ad calcem mensis Maii, supprimatur: «Feria VI post Octavam... Duplex I classis ».

II. - IN BREVIARIO ROMANO

In additamentis et variationibus Tit. III, *De Octavis,* n. 2, post verba « Octava Ascensionis », addatur « atque Sacratissimi Cordis Iesu ».

In tit. VI, *De concurrentia Festorum,* n. 4, expungantur verba « Attamen in die Octava... Sacratissimi Cordis Iesu ».

In tit. VII, *De Commemorationibus,* n. 5, post verba «de die infra Octavam Nativitatis Domini vel Ascensionis » addatur « vel Sacratissimi Cordis Iesu ».

Feriae privilegiatae ita enuntientur:

«Feria quarta Cinerum.

« Feriae omnes Maioris Hebdomadae ».

Inter duplicia I classis primaria post Festum Sanctissimi Corporis Christi, addatur « Festum Sacratissimi Cordis Iesu ».

Expungatur «Duplex I classis secundarium...»

Post festa feriata:

«Festum feriatis aequiparatum.

« Festum Ssmi Cordis Iesu ».

Octavae III ordinis ita enuntientur:

« Octava Nativitatis Domini.

«Octava Ascensionis Domini.

« Octava Sacratissimi Cordis Iesu ».

In tabella occurrentiae loco « O », quod legitur in interferentia Vigiliae cum die infra Octavam III ordinis, ponatur « 4 ».

Inter *Notanda in praecedentes tabellae* n. 13, expungantur verba «et tunc in II Vesperis... sine ulla Commemoratione ».

In Ordinario divini Officii, quoties in rubricis legitur «ac Ssmi Corporis Christi », dicatur « Ssmi Corporis Christi ac Sacratissimo Cordis Iesu ».

Ibidem, in Rubrica ante Lectionem brevem *Dominus autem dirigat,* loco verborum « a Feria VI post Octavam Sanctissimi Corporis Christi », dicatur « a Dominica IV post Pentecosten ».

In Psalterio Breviarii Romani, quoties in Rubricis legitur « in Dominica III et rebquis post Pentecosten », dicatur « in Dominica IV et reliquis post Pentecosten ».

Ibidem, quoties in Rubricis legitur « ac Sanctissimi Corporis Christi », dicatur «Sanctissimi Corporis Christi ac Sacratissimi Cordis Iesu».

Rubrica ante Feriam H Maioris Hebdomadae ita emendetur: « Omnes feriae huius Hebdomadae sunt maiores privilegiatae ».

Rubrica in Feria II infra Hebdomadam I post Octavam Pentecostes sic reformetur: « Responsoria... ponuntur cum suis Lectionibus in Feria III aut IV, si hae Lectiones in alterutra resumendae sunt iuxta Rubricas; secus omittantur».

In die Octava Sanctissimi Corporis Christi, expuncta veteri Rubrica, ponantur Lectiones sequentis Feriae VI cum Responsorum de Octava. In fine addatur: «Vesperae de sequenti».

In Feria VI post Octavam Corporis Christi ponatur novum Officium Sacratissimi Cordis Iesu cum tota Octava. Post diem Octavam addatur rubrica: « Ad Vesperas, nisi sequenti die persolvendum sit Officium de Festo novem Lectionum aut de qualibet Octava vel Vigilia, fit Commemoratio de Sancta Maria, et de ea dicitur Officium in Sabbato sequenti. Quod item servatur... » (ut antea legebatur sub feria VI post Octavam Corporis Christi). Rubrica posita ad Vesperas Sabbati post Dominicam II post Pentecosten, omittatur, et ponatur ad Vesperas Sabbati sequentis cum oratione *Da nobis.* Rubrica quae invenitur in Dominica III ponatur in Dominica IV.

In Rubrica posita sub Feria V Hebdomadae IV Octobris, loco verborum « sumuntur Lectiones Dominicae V et Feriae II et III eiusdem Hebdomadae » dicatur « sumuntur Lectiones Feriae II et III et IV Hebdomadae V Octobris ».

Sub Dominica V Octobris substituatur haec Rubrica: « In Dominica occurrente a die 25 ad diem 31 Octobris inclusive, recolitur Festum Domini Nostri Iesu Christi Regis, ut in Proprio Sanctorum notatur ».

Lectiones II Nocturni de eadem Dominica supprimantur. Lectiones autem I Nocturni de hac Dominica ponantur in Feria II, Lectiones Feriae II in Feria III, Lectiones Feriae III in Feria IV, suppressis veteribus Lectionibus Feriae IV.

Ante Lectiones Feriae II ponatur Eubrica: «Lectiones huic Feriae et duabus sequentibus Feriis assignatae, si suis diebus dici nequeant, ponuntur... » (ut antea legebatur sub Dominica V Octobris).

III. — IN MISSALI ROMANO

In novis Rubricis, Tit. V, *De Commemorationibus,* n. 1, ad calcem addatur: « De Festis autem Domini in quavis Dominica minore vel in Vigilia Epiphaniae occurrentibus fit Commemoratio etiam in Missis cantatis vel conventualibus Duplicium I classis, si facta fuerit in Officio ».

In eodem titulo V, n. 3, loco verborum « de Dominica quavis, de Feria maiori », dicatur « de Dominica quavis, etiam anticipata, et, ante Commemirationem Dominicae minoris vel Vigiliae Epiphaniae, de quolibet Festo Domini occurrente, de Feria maiori».

In titulo VI, *De Orationibus,* n. 4, ad calcem, loco verborum «Festo Ssmae Trinitatis et Festo Ssmi Corporis Christi », dicatur « atque in Festis Ssmae Trinitatis, Ssmi Corporis Christi, Sacratissimi Cordis Iesu et Domini Nostri Iesu Christi Regis ».

In titulo VIII, *De Praefatione,* n. 1, loco verborum « item pro Dominica infra Octavam Corporis Christi » dicatur, « item pro Dominica infra Octavam tam Corporis Christi quam Cordis Iesu ».

Ibidem, loco verborum « si Commemoratio Octavae Corporis Christi sit omittenda, in Dominica II post Pentecosten», dicatur «si Commemoratio Octavae Corporis Christi vel Cordis Iesu sit omittenda, in Dominica II et III post Pentecosten ».

In titulo X, *De colore paramentorum,* n. 1, loco verborum «praeter Missam de Dominica infra Octavam Corporis Christi », dicatur « praeter Missam de Dominica infra Octavam tam Corporis Christi quam Cordis Iesu ».

Sub Feria IV Cinerum, in Rubrica posita ante Antiphonam *Immutemur habitu,* loco verborum « genibus flexis coram Altari », dicatur « ad Altare conversus ».

In Rubrica posita ante Praefationem de Sancta Cruce, n. 1, expungantur verba «de Sacratissimo Corde Iesu».

Post Praefationem de Ascensione Domini ponatur Praefatio de Sacratissimo Corde Iesu.

In Rubrica posita ante Praefationem de Sanctissima Trinitate, loco verborum « exclusa pariter Missa Dominicae II post Pentecosten... de Nativitate Domini », dicatur « exclusa pariter Missa Dominicae II et III post Pentecosten, in qua, si omittenda non sit Commemoratio Octavae Sanctissimi Corporis Christi vel. Sacratissimi Cordis Iesu, sumitur Praefatio de respectiva Octava ».

Ante Dominicam II post Pentecosten ponatur nova Missa Sacratissimi Cordis Iesu.

In Missa Dominicae infra Octavam Sacratissimi Cordis Iesu, tertiae post Pentecosten, post primam Orationem addatur: « Et fit Commemoratio Octavae Sacratissimi Cordis Iesu ». Post Secretam autem addatur: «Praefatio de Sacratissimo Corde Iesu, ratione Octavae; sed, si Commemoratio Octavae sit omittenda, dicitur Praefatio de Ssma Trinitate, iuxta Rubricas ».

In Missa de Festo Eucharistici Cordis Iesu, quae est in Appendice Missalis, post Secretam ponatur Rubrica: « Praefatio de Sacratissimo Corde Iesu ».

URBIS ET OBBIS

Aucto a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI ritu festo Sacratissimi Cordis Iesu, additaque Octava privilegiata tertii ordinis, necessario huic novae sollemnitati aptandae erant Rubricae Breviarii et Missalis Romani. Quare, re mature perpensa, auditoque specialis Commissionis voto, Sacra Rituum Congregatio vigore facultatum sibi specialiter ab eodem Sanctissimo Domino Nostro tributarum, suprascriptas variationes adprobavit, illasque in futuris editionibus Breviarii et Missalis Romani inserendas mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 1 Novembris 1931.

C. CARD. LATJRENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (DEGLI ABBATI-FREZZA)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Ernesti Frezza, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 5 Decembris 1931, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Ernesti Frezza, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. £g S. F. Parrillo, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 12 Octobris 1931.

Adv. T. Tani, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Ernest Frezza, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Via della Dataria, n. 94), le 5 Décembre 1931, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

Oonste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Ernest Frezza, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA

AD R. P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI, PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Revmo Padre. — Mi gode l'animo nel comunicare alla Paternità Vostra Revma, per incarico ed in nome del Santo Padre, i sentimenti del Suo cuore paterno verso la Compagnia di Gesù, fatta segno speciale di contraddizione nelle presenti circostanze, ond'è travagliata la nobilissima Nazione spagnuola.

Pur nell'afflizione che Gli cagionano i dolorosi avvenimenti e le molteplici ferite inflitte ai sacrosanti diritti della Chiesa, i quali, come l'Augusto Pontefice diceva nel Suo Messaggio,* sono i diritti di Dio e delle anime, Egli

* Il Santo Padre ha incaricato il Nunzio Apostolico di Madrid di fare al più presto conóscere aghi Emi Signori Cardinali, Arcivescovi, Vescovi, Sacerdoti secolari e regolari e a tutti i fedeli figli della Chiesa di Spagna quanto appresso:

1. Che come Egli è stato con loro in questi ultimi tempi, così lo è più che mai in questi giorni, dividendo con loro i danni e le pene del presente, le minacce, i pericoli dell'avvenire.

2. Che con tutta l'energia voluta dal Suo ministero apostolico altamente protesta contro le molteplici offese inflitte ai sacrosanti diritti della Chiesa, che sono i diritti di Dio e delle anime.

3. Che avendo Egli con recente Lettera Enciclica invitato l'Episcopato ed i fedeli dell'Orbe cattolico a pregare per gli universali bisogni del momento, e proponendosi di associarsi alle comuni preghiere edj offrire a tale intenzione il Santo Sacrificio nella Basilica Vaticana, la Domenica di Cristo Re, invita pure tutti quanti ad unirsi fra loro e con Lui nella speciale intenzione che cessi la grande tribolazione che affligge la Chiesa ed il fedele popolo della diletta Nazione spagnuola. Il Santo Padre confida che con l'aiuto divino e mercè il concorso di tutte le buone energie e per le vie giuste e legittime non solo saranno riparati i danni già sofferti, ma sarà scongiurato quello che sarebbe di tutti il più grave, di vedere cioè oscurarsi e venir meno gli splendori della avita fede, unica salvezza dai pericoli che anche in Ispagna minacciano lo stesso civile consorzio.

sente di doversi rallegrare e congratulare con Vostra Paternità e con tutta la Compagnia, la quale sa formare figli così fedeli e devoti al Vicario di Gesù Cristo, da vederli designati e presi di mira (direbbesi anzi, con linguaggio moderno e in senso glorioso per i soldati di Cristo, « citati all'ordine del giorno ») in un'Assemblea legislativa, perchè professano al Papa, per voto speciale ed esplicito, quella obbedienza che tutti i cattolici, ed in modo anche più preciso i religiosi, Gli devono.

E tanto più si rallegra il Santo Padre, in quanto Gli consta che l'essere per così nobile causa designati a particolare persecuzione è stato preso con santa fierezza da tutti i figli della Compagnia; dei quali perciò si può ripetere che « se ne vanno contenti dal cospetto del Consiglio, per essere stati fatti degni di patire contumelia per il Nome di Gesù » e del suo Vicario in terra.

E ciò, non per sottoscrivere alla qualifica quasi di non legittima Autorità, attribuita al Padre Comune dei fedeli; anzi per protestare il contrario, trattandosi di un Potere spirituale e soprannaturale il più proprio per i cattolici di ogni Paese, ed estendendosi il divino mandato di Gesù Cristo alla sua Chiesa, in una con la potestà del suo Vicario, dappertutto ove si estende l'autorità di Cristo Re. Ed è questa considerazione ben più valevole di quella allegata da un celebre uomo di Stato, il Principe di Bismarck, la quale pure, umanamente parlando, ha il suo valore; e cioè, che non può essere riguardato come estraneo al Paese un Potere, cui obbediscono tanti milioni di cittadini del Paese stesso.

Il Santo Padre adunque fa voti ardenti all'Altissimo, perchè si degni muovere i cuori e illuminare le menti, affinchè gli stessi Legislatori ritornino su le loro deliberazioni, considerando quale immensa rovina sarebbe, non soltanto per la Religione, ma per la stessa coltura e civiltà nella Spagna, privarla dell'opera apostolica e civile dei suoi Religiosi, e di quell'Ordine in ispecie che è sua particolare gloria nazionale, la Compagnia di Gesù.

Profitto ben volentieri dell'incontro per raffermarmi con sensi di distinta e sincera stima

della P. V. Revma

Dal Vaticano, 29 Ottobre 1931.

affmo nel Signore
E. CARD. PACELLI.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 7 Novembre, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. Dott. CARLO **E.** RESTREPO, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Colombia, per la presentazione delie Lettere Credenziali.**

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 27 Ottobre 1931, presso l'Emo e Revffio Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Vito Michele di Netta, Sacerdote professo della Congregazione del Santissimo Redentore, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria,* nella quale dai Rmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dallo stesso Ven. Servo di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

12 *Ottobre* ***1931.*** L'Emo Sig. Card. Bonaventura Cerretti, *Prefetto del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

31 » » I Revmi P. Marco Della Pietra e P. Marcello Scartabelli, dei Frati Minori; P. Antonio Davoli, dei Minori Conventuali; P. Servo Goyeneche, dei Missionari Figli del Cuore Immacolato di Maria, *Consultori della Sacra Congregazione «pro Ecclesia Orientali».*

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

5 *Ottobre* ***1931.*** L'Emo Sig. Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore del Pontificio Collegio Polacco Urbano; Protettore della Congregazione della Resurrezione di N. S. Gesù Cristo; Protettore delVIstituto delle Suore di S. Giovanni Battista.*

Assistente al Soglio Pontificio:

4 Settembre 1931. Monsig. Ernesto Filippi, Arcivescovo di Monreale.

Protonotario Apostolico ad instar participantium:

8 Ottobre 1931. Monsig. Giulio Szekely, della diocesi di Satu Mare.

Prelati Domestici di S. S.:

6 ***Ottobre 1931.*** Monsig. Lorenzo Hegarty, della diocesi di Derry.
25 » » Monsig. Lorenzo MacBride, della diocesi di Erie.
» » » Monsig. Francesco Bender, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Kearns, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Gregorio Araiza, dell'archidiocesi di Messico.
28 » » Monsig. Casimiro Bajerowicz, dell'archidiocesi di Gnesna e Posnania.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

24 Luglio 1930. Monsig. Alessio Toronsky, della diocesi di Eperjes.
16 Luglio 1931. Monsig. Giuseppe Anaya, dell'archidiocesi di Messico.
20 Agosto » Monsig. Giustino Boson, delia diocesi di Aosta.
24 Settembre » Monsig. Giuseppe Lob, della diocesi di Aquisgrana.
» Monsig. Gregorio Schwamborn, della medesima diocesi.
» Monsig. Francesco Komusiewicz, dell'archidiocesi di Leopoli degli Armeni.
1 Ottobre » Monsig. Leopoldo Bilko, della diocesi di Katowice.
» Monsig. Carlo Skupin, della medesima diocesi.
» Monsig. Emanuele Grim, della medesima diocesi.
» Monsig. Emilio Szramek, della medesima diocesi.
» Monsig. Paolo Sigulla, della medesima diocesi.
» Monsig. Giovanni Evangelista Mocko, della medesima diocesi.
» » Monsig. Ludovico Fiala, dell'archidiocesi di Praga.
22 » Monsig. Martino J. O'Gonnor, della diocesi di Scranton.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerarii di S. S.:

27 Agosto 1931. Il sig. conte Stefano de Spee, della diocesi di Münster.
1 Ottobre » **11** sig. principe Ludovico Czetwertynski, dell'archidiocesi di Vilna.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

17 Settembre 1931. Monsig. Giovanni Bosio, della diocesi di Asti.
24 » » Monsig. Guglielmo Corsten, dell'archidiocesi di Colonia.
1 Ottobre » Monsig. Antonio Ronde, della medesima archidiocesi.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerarii di S. S.:

23 Aprile 1931. Il sig. Oscar Meysztowicz, dell'archidiocesi di Vilna.
6 Agosto » Il sig. Amando Vejhorny, dell'archidiocesi di Vienna.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

3 Settembre 1931. Monsig. Domenico Bernardi, dell'archidiocesi di Bologna*
» » » Monsig. Filippo Gherardi, della medesima archidiocesi.

NECROLOGIO

5 Ottobre 1931. Monsig. Timoteo Casey, Arcivescovo di Vancouver.
6 » » Monsig. Vincenzo Alonso y Salgado, Vescovo di Cartagena.
11 » » Monsig. Francesco Gossmann, Vescovo tit. di Castoria.
28 » » Monsig. Antonio Malàn, Vescovo di Petrolina.
2 Novembre » Monsig. Bartolomeo Lagumina, Vescovo di Agrigento,
5 » » Monsig. Guido M. Conforti, Arcivescovo-Vescovo di Parma.

Annus XXIII - Vol. XXIII 5 Decembris 1931 Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA SS. CONGREGATIONUM[1]

SACRA CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

. i

REGULAE SERVANDAE

IN PROCESSIBUS SUPER NULLITATE SACRAE ORDINATIONIS VEL ONERUM SACRIS ORDINIBUS INHAERENTIUM A SACRA CONGREGATIONE DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM EDITAE.

DECRETUM

Ut locorum Ordinarii in causarum instructione super nullitate sacrae ordinationis vel onerum eidem inhaerentium tutius et expeditius, ad tramitem iuris communis, procedant, sequentes regulae praestitutae sunt, quae, congrua congruis referendo, etiam pro causarum matrimonialium processibus conficiendis in plenariis Comitiis diei 27 Aprilis 1923 ab EE. PP. adprobatae fuerunt; uti praescribit ipse can. 1995, et iampridem iusserat Benedictus XIV in Const. ***Si datam, é*** Mart. 1748. Cum itaque eaedem regulae ab EE. PP. huius sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum fuissent maturo examine expensae, in plenariis Comitiis diei 29 Maii 1931 iidem ipsas probarunt, et publici iuris fieri, si Ssmo placuerit, rescripserunt. Ssmus autem D. N. Pius divina

[1] ***In superiore pag. 450 Un. 7 pro eo quod est*** **ante Dominicam II post Pentecosten,** ***ponatur*** **ante Dominicam III post Pentecosten.**

Providentia Papa XI, in audientia die 9 Iunii huius anni ab infrascripto S. C. Secretario habita, sententiam EE. PP. approbare et confirmare dignatus est, atque ut istae regulae ab omnibus ad quos spectat rite et religiose serventur, eas iussit edi in officiali Commentario ***Acta Apostolicae Sedis.***

CAPUT I

De foro competenti

\ 1. — Ad Sacram Congregationem de disciplina Sacramentorum spectat cognoscere de causis contra ipsam validitatem sacrae—ordinationis, vel de causis quibus impugnantur obligationes ex sacra ordinatione dimanantes (can. 249 § 3), salva competentia Supremae S. C. S. Officii (can. 1993).

2. - Nullus iudex inferior potest processum in hisce causis instruere, nisi Sedes Apostolica eidem facultatem fecerit.

CAPUT II

De supplici libello ad petendam sacrae ordinationis aut onerum eidem adnexorum declarationem nullitatis

3. - « Validitatem sacrae ordinationis accusare valet clericus peraeque ac Ordinarius cui clericus subsit vel in cuius dioecesi ordinatus sit. Solus clericus, qui existimet se ex sacra ordinatione obligationes ordini adnexas non contraxisse, potest declarationem nullitatis onerum petere » (can. 1994 §§1,2).

4. - § 1. Supplex libellus, qui semper Romano Pontifici erit inscribendus, et ad Sacram Congregationem de Sacramentis transmittendus, referat plenam et accuratam totius facti speciem et causas omnes, quae ad obtinendam petitam declarationem conducere possunt; appositis etiam die, mense et anno exhibiti libelli, nec non dioecesi originis, vel ea in qua actor actu commoratur.

§ 2. Curandum est ut libellus referat genuinam factorum narrationem, ab ipso actore exaratam et subscriptam (cf. in Appendice n. II).

§ 3. Quamvis eidem actori integrum sit libellum ad Sanctam Sedem transmittere, expedit tamen, et semper suadendum est, ut id per proprium Ordinarium fiat, qui suam addere debet informationem.

5. - Ordinarius proprius est Ordinarius dioecesis, cui actor adscriptus est, et si agatur de religiosis dimissis, est Ordinarius dioecesis originis vel domicilii.

CAPUT III

De praevia inquisitione

6. - § 1. Receptis actoris precibus, Sacra Congregatio Ordinario scribit, ut super assertis ab actore, inquisitionem extraiudicialem peragat, qua pateat utrum preces probabili fundamento innitantur, eamque ad ipsam mittat una cum suo voto et documentis.

§ 2. Praevia inquisitio in illud intendere debet ut de circumstantiis antecedentibus, con comitantibus et subsequentibus assertam ab actore coactionem aut aliam causam consensum afncientem, cognoscatur, quibus pateat utrum preces probabili fundamento innitantur.

§ 3. Excepto casu quo Ordinario constet revera preces haud spernendo fundamento inniti, praevia rei cognitio erit haurienda ex interrogationibus faciendis ipsi actori et testibus, modo tamen extraiudiciali, seu non praemissa formali citatione et non delato iureiurando.

§ 4. Quae per extraiudicialem inquisitionem erunt collecta in actis referri et una cum Episcopi voto ad S. C. transmitti debebunt.

§ o. Si, attenta eadem extraiudiciali inquisitione, haec Sacra Congregatio censuerit preces non spernendis niti rationibus, solet ipsi Ordinario loci dare litteras delegationis pro causa instruenda, iuxta sequentes regulas et cum clausulis opportunis.

CAPUT IV

De tribunali constituendo

7. - Ordinarius, facta sibi facultate a Sacra Congregatione de disciplina Sacramentorum conficiendi processum super asserta nullitate sacrae ordinationis, vel onerum eidem adhexprum, curabit tribunal, cum primum poterit, constituere, ad id adhibens ministros in sua Curia constitutos, vel alios etiam, quoscumque maluerit, eligens, servatis normis can. 1995 et seq., nisi aliud in rescripto delegationis cautum sit, dummodo isti iis praediti sint qualitatibus, quae a iure pro singulorum munere praescriptae sunt (can. 1607 § 1). Atque in primis erit deputandus a iudice defensor sacrae ordinationis, qui ad omnes et singulos actus citari atque audiri debebit. Erit etiam eligendus actuarius pro actis conscribendis ad normam can. 1585.

Ordinarius, quatenus utatur facultate subdelegandi, actum subdelegationis scripto redigat, facta mentione delegationis ab Apostolica Sede tributae cum addita potestate subdelegandi.

8. - § 1. Ordinarius, etsi delegatus a Sede Apostolica ad causam instruendam, vel iudex subdelegatus, eam ne suscipiat, in qua, ratione consanguinitatis vel affinitatis, vel ratione tutelae aut curatelae, intimae vitae consuetudinis, magnae simultatis vel lucri faciendi aut damni vitandi, aliquid ipsius intersit, iuxta praescriptum can. 1613 § 1.

§ 2. Iisdem in adiunctis a suscipiendo munere abstinere debet defensor sacrae ordinationis (can. 1613 § 2).

9. - § 1. Ordinarius qui, ob legitimam suspicionis exceptionem, causam instruendam non susceperit, debet vel iudicem subdelegare, si haec facultas ei competat, vel rem ad Sacram Congregationem remittere.

§ 2. Si exceptio suspicionis adversus iudicem subdelegatum proponatur, Ordinarius vel obiectam suspicionem definit, vel alium iudicem subdelegai, si hac potestate polleat, vel rem ad H. S. C. remittit (can. 1614 §§ 1, 2).

10. - In ipsa tribunalis constitutione, vel in toto causae cursu, Ordinarius vel iudex, alios viros aeque idoneos eligere poterit, qui iudicis et aliorum officialium vices gerant pro casu, quo primi electi fuerint impediti, vel uti suspecti legitime habiti. Cum eorum opera in causae decursu occurrerit, de subrogationi secuta et de subrogationis motivo in actis mentio fiat; et opportunum erit ut hi cum dictione *substituti* subscribant aut denotentur in actorum textu.

11. - Excepto Episcopo, quando ipse per se iudicis instructoris munere fungitur, omnes qui tribunal constituunt, in prima sessione iusiurandum de officio rite ac fideliter implendo et de secreto servando praestare debent.

CAPUT Y

De officio iudicis et tribunalis ministrorum

12. - Iudicis erit, postquam ei legitime commissa fuerit processus instructio, inquisitionem iudicialem instituere super asserta nullitate sacrae ordinationis, vel onerum adnexorum iuxta regulas heic traditas. Inquisitio versari debet circa omnia, quae eamdem nullitatem ob intentionis defectum vel coactionem aut metum aut aliud consensus vitium probant, vel huiusmodi accusationi contradicunt. Argumenta autem ad detegendam veritatem in his causis praecipue sunt: *a)* actoris iurata confessio; *b)* testes parentes ipsius et Seminarii moderatores; *e)* testes ex officio inducti, vel etiam ad instantiam actoris, prouti res ferat; *d)* authentica documenta etiam extraiudicialia, cuiuscumque generis, veluti litterae, et alia quae ad rem faciant; *e)* indicia et praesumptiones.

13. - Iudex in primis moderator est actorum. Ipsius itaque erit tribunal convocare et sessiones indicere; sacrae ordinationis defensorem, partem et

testes citare, ut in iudicium, compareant; actorem et testes audire propositis interrogationibus a sacrae ordinationis defensore confectis tum ex officio exaratis, atque ea omnia statuere, quae eius prudentiae et sagacitati aptiora videbuntur ad factorum veritatem eruendam.

14. - Si quando actor aut testes examinandi sint alienae dioecesis, vel sint extra dioecesim degentes, et hi sine gravi incommodo ad tribunalis sedem, ubi causa instruitur, accedere nequeant, iudex Ordinarium illius dioecesis rogabit, ut, constituto tribunali, actorem ac testes citet, examinet; et ab eis documenta requirat, iuxta interrogationes a defensore sacrae ordinationis, mandato iudicis instructoris, confectas et ab ipso iudice transmissas, additis instructionibus opportunis, si casus ferat (can. 1570 § 2; 1770 § 2 n. 3). Ordinarius hac de re requisitus, servatis iuris praescriptionibus, acta per se vel per alium confecta, ad iudicem remittat.

15. - § 1. Actor vel testes, qui in dioecesi quidem commorantur, sed in locis, ob dioecesis vastitatem et asperitatem aut defectum viarum, ita dissitis a tribunalis sede, ut sine magna temporis iactura et gravibus impensis neque ipsi iudicem adire, neque iudex instructor, defensor sacrae **OT**durationis et actuarius eos adire possint, interrogari debent per parochum, si fieri potest, vel alias per sacerdotem dignum et idoneum, ad hoc a iudice instructore delegatum, qui ipsi actori vel testi propior sit (can. 1770 § 2 n. 4).

§ 2. Huic, cum litteris delegationis, transmitti debent interrogationes faciendae et instructiones ad rem opportunae. Delegati autem erit, pro facultate in litteris expresse facta, sibi adsciscere alium, qui defensoris sacrae ordinationis munere fungatur, et hic sacerdos esse debet, et alterum, qui actuarii munus expleat.

§ 3. Sacerdos delegatus iusiurandum de officio rite et fideliter adimplendo ac de secreto servando coram defensore praestare debet, et defensor sacrae ordinationis atque actuarius coram delegato: et de hoc mentio fiat in actis.

§ 4. Si delegatus haud possit habere sacerdotem quem sibi adsciscat in munere defensoris, id referat in actis, et ipse ex officio faciat interrogationes ^itemque si desit, in regionibus parum vel nullimode excultis, qui actuarii munus expleat, facta debita adnotatione in actis, ipse iudex delegatus actum receptae attestationis, cum debitis notis, redigat.

16. - Iudex, ut aeque aestimari possit uniuscuiusque attestationis pondus, *de singulorum in iudicium vocatorum aut vocandorum probitate et credibilitate nunquam inquirere praetermittat,* et ad hoc curabit ut ab eorum parochis litterae testimoniales exhibeantur, quae, si haberi non possint, erunt a Curia alia documenta perquirenda; et haec omnia sedulo in actis referantur (cf. in Appendice n. X et seq.).

17. - Si acciderit actorem vel testem inductum ab eo aut ex officio vocatum in iudicium non venire, de non secuta comparitione in iudicium et «de causa saltem probabili non accessus, an ex. gr. agatur de impossibilitate Tel de inobedientia seu de contumacia, in actis mentio fiat. Et si de actoris contumacia agatur, haec declaretur (can. 1843), atque instantia perempta habeatur ad normam can. 1850, nisi intersit rei publicae nullitatem declarare, uti si ageretur de casu amentiae, et in actis apposita documenta referantur ad H. S. O. transmittenda.

18. - § 1. In processu eiusmodi, cum requiratur praesentia sacrae ordinationis defensoris, eo non citato, acta irrita sunt, nisi ipse, etsi non citatus, revera interfuerit (can. 1587 § 1).

§ 2. Si legitime citatus aliquibus actis non adfuerit, acta quidem valent, verum postea sacrae ordinationis defensoris examini subiicienda omnino erunt, ut ea omnia, sive voce sive scriptis, possit animadvertere et proponere, quae necessaria aut opportuna iudicaverit (can. 1587 § 2).

19. - Defensoris sacrae ordinationis ius et officium est: 1) examini actoris et testium adesse; exhibere iudici interrogatoria clausa et obsignata, in actu examinis a iudice aperienda, et actori ac testibus proponenda; novasque interrogationes ab examine emergentes iudici suggerere; ac praesertim contestationes, quae actori vel eius testibus super deprehensis contradictionibus erunt faciendae; 2) articulos ab actore propositos perpendere, eisque, quatenus opus sit, contradicere; documenta exhibita recognoscere; 3) animadversiones circa assertum intentionis defectum vel coactionem aut aliud vitium consensus scribere et allegare, eaque omnia deducere, quae ad sacram ordinationem tuendam utilia censuerit (can. 1968).

20. - Defensori sacrae ordinationis ius esto: 1) semper et quolibet causae momento acta processus invisere; novos terminos ad acta perficienda flagÍT tare, prudenti iudicis arbitrio prorogandos; 2) de omnibus probationibus vel allegationibus ita se certiorem facere, ut contradicendi facultate uti possit: 3) petere ut alii, testes inducantur, vel iidem iterum examini subiiciantur, processu etiam absoluto et clauso; novasque animadversiones edere; 4) exigere ut alia acta, quae ipse suggesserit, conficiantur, nisi iudex dissentiat, et hoc in casu, si iudex non sit ipsemet Ordinarius, ad hunc recurrere (can. 1969).

21. - Actuarii, qui notarii seu cancellarii in processu partes explet, praecipuum munus erit legitime actis conficiendis incumbere, acta fideliter custodire ne cuipiam extraneo pateant, transumpta conficere et de eorum authenticitate testari.

22. - Tam iudex instructor quam defensor sacrae ordinationis curent, ut pars, vel testis vel peritus, interrogationi, ipsi delatae respondeat quoad

omnes partes in quas dividitur. Si quandoque actori aut testi difficile sit memoria totam interrogationem retinere, ei per partes illa proponatur, quo facilior et plenior responsio evadat.

23. - Fas erit iudici, audito sacrae ordinationis defensore, actuario assignare adiutorem, qui eum adiuvet in scriptione actorum et in transumptis conficiendis. Is, sicuti ceteri ministri tribunalis, ex momento quo assumitur, iusiurandum praestet de munere fideliter obeundo et de secreta servando.

CAPUT VI

De initio processus et de citationibus faciendis

24. - § 1. Si omnia expleri non possint unica sessione, processus in sessiones dividatur; videlicet, quoties tribunal a iudice legitime convocatur ad processus acta explenda, sessio habeatur.

§ 2. De decreto iudicis, quo sessio clauditur et alia quae tunc indicitur, vel erit opportuno tempore indicenda, mentio in actis facienda est, nisi instructio causae sit absoluta.

25. - § 1. In prima sessione tribunal coadunatur et etiam completur, si aliqui desint administri. Siquidem in ea iudex communicat: *a)* litteras Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, quibus processus instructio Ordinario committitur; *b)* litteras Ordinarii, nisi ipse per se praesit, quibus iudicis officium subdelegai; *c)* deputationem defensoris sacrae ordinationis et actuarii iam ab Ordinario peractam, vel ab ipso iudice, vi specialis delegationis, iam factam jjvel in hac sessione faciendam; *d)* electionem officialium substitutorum; e) supplicem libellum actoris pro inquisitione ineunda; /) denique praestandum esse iusiurandum (cf. in Appendice, nn. VII-VIII).

§ 2. Ista propria sunt primae sessionis, in qua tamen et alia expleri possunt acta vel ipsa instructio absolvi, si ita res patiatur; quod non áolet contingere: quare in reliquis habetur conventus personarum tribunal constituentium ad certa processus acta conficienda. Conventus autem habeatur die et loco determinatis in superiore proxima sessione, nisi iudex maluerit statuere ut sessio peragatur die et loco dein determinandis et indicendis.

26. - Aliquot diebus antequam tribunal congregetur, iudex citat eum, qui examini est subiiciendus, itemque defensorem sacrae ordinationis et actuarium, nisi hi iam in superiore sessione invitationem exceperint.

27. - Citatio parti et testi fiat per litteras quae contineant: *a)* praeceptum iudicis ad comparendum; *b)* nomen, cognomen et domicilium illius,

qui in ius vocatur; *c)* iudicem coram quo comparere iubetur; *d)* locum *et* horam audientiae; *e)* causam, ob quam convenitur, satis significatam, seu saltem generalibus verbis indicatam (can. 1715 § 1); /) iudicis efe actuarii subscriptionem et tribunalis sigillum (cf. in Appendice n. IX).

28. - Citationis scheda clausa Curiae cursori, ne evulgationi ansa* praebeatur, tradetur; et per eundem cursorem erit private et personaliter-remittenda. Altera citationis scheda asservatur in actis (can. 1716). Si ob distantiam vel aliam causam, per cursorem fieri, non possit intimatio, scheda citationis, iussu iudicis, transmitti poterit per tabellarios publicos, dummodo commendata et cum syngrapha receptionis, vel alio modo, qui,» secundum locorum leges et conditiones, tutissimus sit (can. 1719). Cursor si per se intimationem peregerit, de ea in scriptis, ad calcem schedae in, actis asservatae, manu propria subsignatis ad iudicem referat (cf. in Appendice n. XY); si vero intimatio facta fuerit per publicum tabellariorum officium, in actis adservetur attestatio eiusdem officii.

. 29. - § 1. Quoties, diligenti inquisitione peracta, adhuc ignoretur ubi degat actor aut etiam testis, si rei gravitas postulet, locus est citationi per edictum. Haec autem fit affigendo per cursorem ad fores Curiae schedam citationis ad modum edicti, per tempus prudenti iudicis arbitrio determinandum, et in aliqua publica ephemeride eam inserendo. Si vera utrumque fieri nequeat, alterutrum sufficiet (can. 1720).

§ 2. Si citatus praecepto comparendi obtemperare renuerit, videat iudex utrum renovanda sit citatio (can. 1843 §2), an aliis modis magis opportunis et efficacibus uti expediat, prouti foret interventus personae amicae* vel auctoritate gravis. A remediis coercitivis, ut flectatur contumacia,, abstinere ut plurimum prudens erit.

§ 3. Iudex videat etiam an actoris vel testis non comparitio seu contumacia per alios testes, de re circa quam illi interrogati fuissent, edoctos, suppleri possit.

CAPUT VII

De iureiurando ab actore, testibus et peritis praestando de veritate dicenda,, et de interrogationibus iisdem faciendis

30. - Iudex, antequam cuipiam in ius vocato interrogationes deferat^ exquirat iusiurandum de veritate dicenda, tacto sacrorum Evangehorum libro (cf. in Appendice n. XVII). Si citatus suas attestationes sub iureiurando reddere renuat, et iudex instructor censeat eius attestationes esse-utiles ad veritatem detegendam, potest eas excipere, facta tamen in acti» mentione de iurisiurandi recusatione eiusque causa.

31^ - Iudex actorem et testem ad iusiurandum recipiens, eos, prouti casus ferat, commonefaciat de sanctitate actus et de gravissimo delicto, quod patrant peieratores, adnotando peculiarem gravitatem iurisiurandi in subiecta materia, et periurii funestissimos effectus; item si pro qualitate personarum opportunum hoc videatur, moneat de poenis quibus obnoxii fiunt in foro Ecclesiae, qui falsum in iudicio iurati affirmant.

Poenae contra iurisiurandi violatores sunt: 1) interdictum personale, si perrarus sit laicus: 2) suspensio, si clericus (can. 1743 § 3).

Has tamen poenas iudex ne ferat inconsulto Ordinario.

32. - Examen faciendum est a iudice, cui adsistant oportet defensor sacrae ordinationis et notarius seu actuarius. In examine interrogationes non ab alio quam a iudice, vel ab eo qui eius locum tenet, deferendae sunt. Quapropter si a defensore sacrae ordinationis novae interrogationes parti aut testi faciendae sint, bas non ipse eisdem intimet, sed iudici, vel eius vicem gerenti, proponat, ut is eas actori aut testi deferat (can. 1773 §§1, 2).

33. - Interrogationes proponendae dividuntur in *generales* et *particulares:* priores ordinantur ad exquirendum de generalibus personae adiunctis, hoc est de nomine, cognomine, parentibus, aetate, religione, conditione, domicilio et necessitudine cum parte in causa; hae semper et omnibus aeque sunt deferendae, nisi iudex existimet unam vel alteram esse in casu particulari omittendam. Posteriores ordinantur ad veritatem eruendam circa assertam coactionem aut etiam assertam nullitatis sacrae ordinationis causam. Praeterea a teste semper exquirenda erit scientiae causa, nempe unde, quando et quomodo ea quae asserit habeat cognita (can. 1774).

34. - § 1. Interrogationes sint breves, non suggestivae, uti vulgo appellantur, non plura complectentes, pertinentes ad causam de qua agitur, testis intelligentiae accommodatae et vulgari sermone expressae (can. 1775).

§ 2. Actor et testes oretenus responsiones reddant. Non praemoneantur de interrogationibus faciendis, nec eis permittatur depositionem legere, nisi, in anquo casu particulari, iudex opportunum censeat sinere ut pars interrogata aliquod grave documentum legat, quod eius dicta comprobare vel eius memoriam adiuvare valeat (can. 1776, .1777).

35. - § 1. Actoris aut testis responsio ex continenti redigenda est scripto ab actuario, non solum quod ad substantiam spectat, sed etiam quod attinet ad editi testimonii verba (can. 1778).

§ 2. Si verba referri non possunt, vel quia nimis praecipitanter prolata, vel quia impropria et inter se non logice connexa, iudex dictabit responsionem in actis redigendam.

§ 3. Actuarius interrogationes iam in scriptis exaratas non referet; sed responsiones ex ordine designabit eodem numero, quo notantur relativae quaestiones; interrogationes vero *ex officio* additas ad verbum describat.

36. - Actuarius in actis accurate singulis vicibus adnotet iusiurandum peractum, et generaliter omnia memoria digna, quae forte acciderint cum examina explentur (can. 1779).

37. - Actori et testi antequam ab auditorio discedant, debent legi quae actuarius de iis, quae viva voce quisque testatus est, scripto redegit, data eidem et testi facultate addendi, supprimendi, corrigendi, variandi. Cum autem is responderit se nihil amplius habere quod dicat aut mutet, iterum iusiurandum de veritate dictorum et de secreto servando emittat, quod ab actuario in actis adnotandum erit, et deinde depositioni subscribere iubeatur, et post eum subscribant iudex, defensor sacrae ordinationis et actuarius (can. 1780 §§ 1,2).

38. - § 1. Actor poterit iterum ad examen vocari vel ad eius instantiam, vel exquirente defensore sacrae ordinationis, vel *ex officio* a iudice, audito eodem defensore; et pars atque testes etiam poterunt inter se *conferri* (italice *confrontare),* si expediat et omne rixae aut scandali sit remo tum periculum.

§ 2. Item testes poterunt, parte aut defensore sacrae ordinationis id postulante, vel id statuente iudice *ex officio,* et audito eodem defensore, denuo ad examen vocari, et circa ea quae iam testati sunt, vel circa nova facta vel quaestiones ex processu emergentes, interrogari (can. 1772 §§2,3).

§ 3. Quoties id expostuletur, iudicis est suo decreto, audito sacrae ordinationis defensore, eiusmodi postulationem reficere vel admittere, cauto potissimum, si admittat, ut omnis collusionis aut corruptelae periculum absit (can. 1781).

§ 4. Cum actor vel testis novo examini submittitur, eadem serventur, congrua congruis referendo, quae de partis et testium examine infra edicuntur.

39. - In conficiendis actis, seu in relatione scriptis redacta de iis quae fiunt aut decernuntur in sessionibus tribunalis, lingua latina adhibeatur; citationes vero, iusiurandum ab actore et a testibus praestandum, interrogationes et responsiones, nec non relationes et vota peritorum, lingua vernacula exprimi possunt, dein in latinam vertenda.

40. - Documenta, quae lingua latina, italica aut gallica exarata non sint, *latine reddantur ad verbum.* Unde interrogationes et responsiones, quae lingua latina, italica aut gallica redactae non sint, in unam linguam latinam authentice atque ex integro vertantur. Si ad versionem faciendam interpres foret adhibendus, is a iudice, audito sacrae ordinationis

defensore, eligatur, eique, sicuti aliis tribunalis ministris, duplex iusiurandum erit deferendum, nempe de munere fideliter obeundo et de secreto servando (cf. in Appendice n. XX).

CAPUT TUI

De examine actoris

41. - Primo actor audiendus, qui validitatem sacrae ordinationis aut onerum ei adnexorum impetit. Iudex eidem, praemisso iureiurando, interrogationes deferat a defensore sacrae ordinationis concinnatas et clausas sibi traditas. Alias addat *ex officio,* si necessarium aut utile putaverit ad veritatem accuratius depromendam: in interrogationibus conficiendis et proponendis, subiecta in Appendice specimina prae oculis habeantur.

42. - Actori post interrogationes generales, interrogationes speciales, prudenter pro adiunctis variandae, deferantur, iuxta formulam in Appendice sub n. XVIII relatam.

43. - Quoties rei gravitas postulet, iudicis est, audito sacrae ordinationis defensore, *ex officio* actorem ad novum examen vocare iuxta praescriptum n. 38, in quo novae interrogationes seu contestationes proponentur.

44. - § 1. Iudex nunquam omittat interrogare actorem circa exsistentiam et factorum adiuncta, quibus innititur in sua actione instituenda.

§ 2. Huiusmodi interrogationem iudex etiam faciat testibus, qui de re edocti verosimiliter praesumantur.

45. - § 1. Antequam perficiatur examen et praestentur, quae statuuntur n. 38, iudex ab actore petat ut exhibeat testes, si quos habeat, qui de intentionis defectu vel de illata coactione aut de alio vitio consensum afficiente referre possint.

§ 2. Sedulo quaerendum est ab actore ut indicare velit testes, qui cum sint de istius familia aut vicinia, aut eius res domesticas cognoscant, vel sint Seminarii contubernales aut moderatores, probabiliter utile testimonium praestare valent.

CAPUT IX

De testibus aliisque probationibus exhibendis

46. - § 1. In his causis testes fidem facere debent de probitate et praesertim de veracitate partis circa rem deductam in controversiam (can. 1975 § 1).

§ 2. Testes eo maiorem sibi conciliant fidem, quo potiora habent documenta de sua probitate. Habendi sunt autem quasi testes *de scientia,* et

hinc maximam faciunt fidem, cum referunt se ex actore aut ex proximioribus parentibus, tempore non suspecto (ut infra, n. 54), didicisse ipsum caruisse voluntate sacros suscipiendi ordines, et, quod magis interest, ipsum sacram ordinationem vel onerum susceptionem explicite exclusisse.

§ 3. Testibus hisce iudex alios testes *ex officio* adiungere potest, imo debet, quando scilicet testes ab actore inducti, tres tantum aut quatuor sint; vel ad rei veritatem illustrandam, etsi plures, insufficientes sint.

47. - Inductio testium *ex officio* non est praetermittenda, cum ex actorum instructione ediscitur abas adesse personas de re controversa edoctas, vel quae alio modo utilem attestationem reddere valeant.

48. - § 1. Si actor petat sibi pandi nomina testium *ex officio* productorum, iudex, audito sacrae ordinationis defensore, excluso quovis periculo corruptionis aut collusionis, et nisi aliquod obstet impedimentum, id indulgere valet suo decreto, quod in actis referri debet.

§ 2. Iudicis tamen est differre, prouti casus ferat, nominum publicationem, quoadusque testes suam reddiderint attestationem.

CAPUT X

De examine testium

49. - Inchoatur horum testium examen ab iis, qui inducti sunt ab actore, et quidem a parentibus proximioribus, qui praesumuntur magis instructi (cf. in Appendice n. XXI); postea audiantur extranei, si qui sint. Hic ordo tamen in auditione testium non est necessario servandus, et integrum est iudici unum alteri praeferre. Si quis testis inductus obierit, vel in iudicium non comparuerit, in actis notetur; si vero eo, ubi tribunal cogitur, se conferre non possit, audiatur iuxta normas nn. 15 et 16 statutas.

50. - In testibus examinandis iudex, delatis iureiurando et interrogationibus generalibus, testi proponat interrogationes, sibi a sacrae ordinationis defensore tradendas clausas et obsignatas, quae esse poterunt uti habentur in specimine Appendicis n. XXIII et XXIV..*

51. - § 1. Antequam testis dimittatur, ei legendae sunt responsiones factae ab actore, qui eum uti testem produxit, ut dicat utrum asserta in eius attestatione veritati respondere censeat et fide digna habeat.

§ 2. Si iudici non videatur opportunum aut non expedire integram depositionem legere, vel quia ea refert, quae verosimiliter actor non vult testibus nota fieri, vel quia periculum subesse potest collusionis, tunc quaedam tantum legere valet, vel etiam nullimode legere, salva eiusdem iudicis facultate proponendi appositas interrogationes *ex officio,* vel curandi

ut a defensore sacrae ordinationis opportunae contestationes fiant in interrogatorio ab eodem de more concinnando, firmo praescripto n. 38.

52. - Expleto examine, legitur testi integra depositio : exinde rogatur an menti suae plene respondeat: postea, vel habito responso affirmante vel fastis expetitis emendationibus aut additamentis, et praestito duplici iureiurando, iuxta n. 37, subscribit ipse, et cum eo subscribunt iudex, defensor sacrae ordinationis et actuarius.

53. - In his testibus excutiendis maxime curandum est, ut, si quid protulerint causae meritum directe attingens, semper ab eis exquiratur *unde, quomodo, quando* id didicerint, ut pateat an tempore non suspecto idem cognitum habuerint (can. 1774). Causam enim valde iuvant confessiones extraiudiciales tempore non suspecto prolatae.

54. - Attestationes seu documenta respicere intelliguntur *tempus non suspectum,* cum exhibentur quando de hac quaestione introducenda ne cogitabatur quidem, nec aliae suberant rationes veritatem occultandi aut falsum proferendi.

CAPUT XI

De testibus, praeter illos ab actore inductos, ex officio a iudico inducendis

55. - § 1. Quoties alios testes inducere praestat ad complendam probationem, hi de scientia magis quam de credibilitate sint oportet.

§ 2. Hi producuntur vel *ex officio* a iudice, audito sacrae ordinationis defensore, aut hoc instante, vel ad instantiam actoris.

56. - Testes *ex officio* erunt inducendi quoties prudenter dubitetur adesse collusionem inter actorem et parentes, aut inter testes et ipsum, vel ipsum testimonium insufficiens habeatur, nisi aliis argumentis abunde depromptis veritas evinci possit.

57. - Interrogationes his non minus ac aliis testibus faciendae, erunt a defensore sacrae ordinationis continuandae, ac iudici exhibendae modo et ratione supra determinatis; iudici non minus fas est alias interrogationes *ex officio* proponere.

CAPUT XII

De documentis

58. - Inter documenta sunt accensendae medicorum attestationes de morbo aliquo, quem hereditarium vel atavicum vocant, si eo actor, praesertim ante susceptos sacros ordines, laboraverit.

Documenta autem privata communiter sunt epistolae ab actore scriptae ad parentes vel ad alios, scilicet ad praepositos et ad amicos ante sacram ordinationem.

59. - Utriusque generis documenta aliquando actor sponte exhibet, sed aliquando iudicis erit ea auctoritate sua perquirere, et super iis actorem vel testes in examine interrogare. Si actor aut testis documentum exhibere recuset, iudex, audito sacrae ordinationis defensore, vel eo postulante, decreto suo statuat an et quomodo eiusdem documenti traditio facienda sit (can. 1824).

60. - § 1. Documenta quaecumque fidem non faciunt, nisi constet esse authentica et genuina.

§ 2. Documentum privatum, uti epistola, etc., probat pro vel contra suum auctorem perinde ac attestatio seu confessio extraiudicialis, cuius pondus ex circumstantiis desumitur, et in genere haec documenta aestimantur maxime a tempore quo prolata fuerunt, ad normam n. 54.

61. - Si documentum alicuius momenti in causa exhibeatur carens debitis formis pro fide facienda, iudicis erit curare *ex officio,* aut ad instantiam defensoris sacrae ordinationis aut actoris, ut quae necessaria sunt compleantur, ne causa tali adiumento privetur.

CAPUT XIII

De indiciis et praesumptionibus

62. - § 1. Sacra ordinatio praesumitur valide recepta, nisi contrarium probetur.

§ 2. Ad declarandam vero nullitatem sacrorum ordinum in casu de quo agitur, requiritur ut defectum intentionis adfuisse probetur.

63. - Iudicis et defensoris sacrae ordinationis officium erit aptis interrogationibus e testium ore colligere nullitatis sacrae ordinationis probationes, et, si agatur de onerum nullitate, cuinam asserta coactio tribuenda sit, quod est res magni momenti, et praeterea facta et circumstantias inquirere, quae vim vel metum indicant ac determinant.

64. - Externa vitae clerici ratio et circumstantiae, ex quibus ad defectum intentionis vel. voluntatis adstruendum argumentar! fas est, illud probationis genus constituunt, quod *ex indiciis et praesumptionibus* appellatur. Indicia et praesumptiones possunt esse *levia, gravia* et *gravissima,* pro minore vel maiore necessitudine cum nullitatis sacrae ordinationis vel onerum causa.

CAPUT XIV

De ratihabitionis defectu comprobando

65. - Intentio accusatoris erit per sententiam excludenda non solum quando probationes desint circa assertum defectum intentionis aut circa illatam coactionem alteriusve vitii exsistentiam consensum afficientis; verum etiam, si lis tantummodo super nullitate onerum versetur, metu aut alio consensus vitio exsistente, quando ex actis et allatis praesumptio oriatur seu probatio, adfuisse in casu recepti ordinis ratihabitionem (can. 2.14). Haec quidem habetur cum quis, cessante metu aut alio vitio consensum afficiente, ratam habet sacram ordinationem cum adnexis oneribus, intendens, etiam tacite per exercitium sacri, ordinis, se obligationibus clericalibus subiicere, quas non suscepisse saltem confuse percepit.

66. - Ratihabitio non praesumitur pendente causa nullitatis; attamen, hac iudicialiter definita per sententiam, quae declarationi nullitatis refragetur, aut per non interpositam appellationem aut per absolutam appellationis instantiam, ipsius ratihabitionis praesumptio exsurgit, si clericus vel sponte et libenter résumât sacri ordinis exercitium, vel in eo rite exercendo perseveret, quin suam ubertatem acquirere conetur, cum id assequi ei haud difficile foret, ex eo quod non obstent impedimenta seu incommoda.

67. - Sed haec quoque praesumptio destrui potest contrariis indiciis aut probationibus, quae clare manifestent ratihabitionis voluntatem nullimode adfuisse, non obstante externa quadam factorum seu circumstantiarum specie.

CAPUT XV

De examine physico actoris

68. - Ad explorandum actorem physice, si casus ferat, duo periti medici *ex officio* deputari debent (can. 1979 § 1) qui, praestito iureiurando, de manere fideliter implendo et de secreto servando monendi, erunt, ut artis praesidiis utantur ad dignoscendum statum actoris, et referant, iuxta medicinalis doctrinae placita, indicia seu argumenta, quae sacrorum ordinum vel onerum validitatem ex defectu mentis in actore adstruere aut excludere videantur.

CAPUT XVI

De processus conclusione

69. - § 1. Iudex processum clausum ne decernat, nisi prius sacrae ordinationis defensor declaraverit sibi nihil inquirendum superesse, et etiam ad hoc audito actore.

§ 2. Antequam decretum conclusionis edat, iudex acta attente perpendat, actoris ac testium depositiones inter se et cum ceteris e processu emergentibus conferat, et videat an sint quaedam haud absoluta aut contradictoria aut ambigua. Si quae huius generis repererit, audito sacrae ordinationis defensore, actorem aut testes, prout opus fuerit, iterum citet et, appositis interrogationibus, quae vel supplenda vel declaranda sunt, exquirat, aut etiam per testes ex officio inductos, suppleri vel declarari satagat.

§ 3. Item antequam conclusioni annuat, sacrae ordinationis defensor actorum examen instituat, ut expendat utrum ea sint ulterius complenda ad normam harum regularum (cf. in Appendice n. XXV).

70. - § 1. Clauso processu, sacrae ordinationis defensori acta omnia traduntur, qui suas animadversiones conficere debet, in primis animadvertens an regulae hucusque traditae in processus instructione observatae fuerint, necne.

§ 2. Deinde iudex, iuxta can. 1993 § 1, ad *disciplinae tramitem,* proferat sententiam de sacrae ordinationis vel saltem onerum eidem inhaerentium validitate aut nullitate, prae oculis habito in hoc secundo casu canone 214; et quidem, non constituto trium iudicum tribunali collegiali requisito a can. .1576 § 1 n. 1 in processibus iudicialibus, ipse, qui processum instruxit, pronunciet de merito petitionis actoris, expositis rationibus tum iuris tum facti.

Praeterea, si non ipse Episcopus sed alius vices gerens processum instruxerit, hic det suum votum circa meritum quaestionis, quod votum addendum erit processui.

§ 3. Neque iudex addere omittat parochorum attestationes de honestate, religiositate et veridicitate testium; itemque per se de testibus sacerdotibus sacram Congregationem edoceat. Quo vero ad parochorum attestationes, si quid habeat quod animadvertat, referat.

§ 4. Demum acta omnia una cum voto scripto Episcopi (can. 1985), vel, sede vacante, Vicarii Capitularis vel Administratoris Apostolici, vel alterius legitime Episcopi vices gerentis (can. 429 et 431), et defensoris sacrae ordinationis, transmittantur ad H. S. Congregationem.

71. - Praesentes regulae in instruendis eiusmodi processibus semper erunt adamussim observandae, et si quando ab eis aequa ratio suadeat esse recedendum, iudex de hac re rationem reddat in actis, ut constet de inobservantiae causa.

72. - His regulis obtemperatio Ordinariis potissimum committitur, et ad eos spectat a seipsis constituta tribunalia vigilare, ne ab iis deflectant. Ipsis propterea integrum erit, pro sua prudentia, quovis processus momento, acta examinare, consilia et monitiones officialibus dare, et eos, gravi de

causa,, ipso iudice subdelegato rum excluso, audito sacrae ordmatioms defensore, removere. Si quando bis remediis fuerit locus, vel aliud secutum sit inconveniens, eum acta transmittuntur, de re Apostolica Sedes certior reddatur.

73. - § 1. Acta iudicialia, sive *acta causae,* sive *acta processus* (cf. can. 1642) transmittantur ad H. S. C. in authentico exemplari, cum indice omnium actorum et documentorum, ad normam can. 1644.

§ 2. Quod si valde grave sit, sive ob necessarias expensas, sive alia **dd** causa, exemplar authenticum ad H. S. C. transmittere, Curiae fas erit exhibere ipsa acta originalia, dummodo fuerint exarata latino, vel gallico, vel italo sermone, atque iis cautionibus adhibitis, quae pro locorum conditionibus suppetunt ad tutam documentorum transmissionem.

74. — § 1. *Probe sciant et animadvertant Rmi locorum Ordinarii huiusmodi causas « ex officio » pertractari tum penes dioecesanam Curiam, cum apud H. 8. C, quae procedit iuxta proprium stylum praehabitis solummodo Rmorum Consultorum votis.*

§ 2. *Iidem locorum Ordinarii praeterea moneant actorem aliquam summam, ad minus quingentarum libellarum, deponendam esse in arca ipsius 8. C. pro expensis solvendis, antequam eidem transmittantur acta processus.*

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 9 Iunii 1931.

£8 M. CARD. LEGA, Ep. Tusculan., ***Praefectus.***

L. © S.

D. Jorio, ***Secretarius.***

II

APPENDIX SEU FORMULAE[1]

PRAECIPUORUM ACTORUM UTILITER ATQUE OPPORTUNE HIS IN CAUSIS ADHIBENDAE.

I

MONITUM

Illud alte insidere debet in animo iudicis et testium ac praesertim partis declarationem nullitatis sacrae ordinationis vel onerum eidem inhaerentium postulantis, videlicet, si res aliter se habeat ac ab actore asseritur,

[1] Documenta in hae Appendice relata casum moderantur s. ordinis presbyteratus; sed, congrua congruis referendo, eadem valere dicendum est etiam pro ceteris sacris ordinibus.

idest, si sacra ordinatio ant onera eidem adnexa in suo robore ac firmitate consistant, et veritas in processu non detegatur vel ex culpa aut oscitantia tribunalis, vel ex fraude aut desidia partis et testium, *declarationem nullitatis forte pronunciatam, utpote suo fundamento destitutam, nullius esse valoris:* quodsi nihilominus actor audeat se sacro vinculo solutum existimare atque ad saecularia vota transire, bene perspectum habeat se sacrilegorum ac censurarum paene inextricabiHbus vinculis implicari. Hoc proinde est sollemniter praemonendum *ab ipso Exmo Episcopo (si ipse processum peragat, secus a Iudice instructore)* antequam iusiurandum praestetur, et animo reputandum ab omnibus, qui in his causis partem habent, praecipue eo momento quo a parte, a testibus, a peritis, respective, redduntur iuratae responsiones, attestationes, relationes.

II

SUPPLEX LIBELLUS ACTORIS

Beatissime Pater,

N. N., filius..., conditione..., e dioecesi..., natus die..., domicilium habens..., et munus modo exercens..., ad pedes Sanctitatis Vestrae humillime provolutus, quae sequuntur exponit.

Annum agens... in Seminario ... collocatus fuit, ut studia... perageret. Ibi manens, assiduis suasionibus, instigationibus contra suam voluntatem, ut studia conficeret sacra, a parentibus impulsus fuit, ea ratione ut sacrum exinde susciperet presbyteratus ordinem. Quamvis ipse omnem moverit lapidem ut sacros ordines declinaret... importunis tamen precibus, suasionibus, instigationibus et minis... ad eosdem sacros ordines suscipiendos coactus, hos suscepit invitus, quin coactioni obsistere potuerit.

Iisdem initis ordinibus, per annos... ipsos exercuit, munus gerens... quin tamen onerum susceptionem ratam habuerit uti par esset, bonumque exemplum praebuerit. Exinde sentiens se nullimode oneribus in sacra ordinatione susceptis satisfacere posse, de petenda declaratione nullitatis sacrae ordinationis vel onerum sacris ordinibus adnexorum ob allatas causas cogitavit. Ad hanc autem nullitatem demonstrandam testium elenchum exhibet ». — [Hunc libellum, a S. O. ad Ordinarium exinde transmittendum, actor particularibus circumstantiis, si opus fuerit, additis, fusius, nec tamen sobrietate posthabita, conficere poterit].

Et Deus, etc.

Datum..., die... mense... anno...

N. N. (Subscriptio facienda manu ipsius actoris).

iii

LITTERAE ORDINARII AD S. O. DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM ' POST PERACTAM HUIUS IUSSU PRAEVIAM INQUISITIONEM CUM SUO VOTO.

Eme ac Rine Domine,

Transmitto ad Em. Vestram Revmam adnexum libellum et documenta ex praevia inquisitione habita circa petitionem sacerdotis *N. N.* Beatissimo Patri exhibitam, et fidem facio testes extraiudicialiter auditos fidem mereri. Mihi videtur easdem oratoris preces probabili fundamento inniti, saltem quod spectat onerum nullitatem, attentis circumstantiis antecedentibus... concomitantibus... et subsequentibus... assertam actoris coactionem in susceptis sacris ordinibus et ratihabitionis defectu. Mea proinde opinio haec est...

Interim sacram Purpuram reverenter deosculor.

Datum... ex Curia... die... *N. N.*

[Hisce Ordinarii litteris receptis, S. C. eidem praebere solet facultatem conficiendi iudiciali forma processum, sive etiam oeconomica forma, prouti circumstantiae requirunt, iuxta canonem 1993].

I V*a*

ACTUS SUBDELEGATIONIS PERACTAE AB ORDINARIO ET DEPUTATIONIS OFFICIALIUM.

Cum Emus ac Revmus Dominus..., S. R. E. Card. Praefectus S. C. de disciplina Sacramentorum, litteris datis die..., Nos instructos fecisset de mandato ab eadem S. C. Nobis commisso, ut processum conficiendum curemus ad normam iuris, servatis normis can. 1995 et seq., et Instructione a Sacra Congregatione die 9 Iunii 1931 edita pro asserta ab actore coactione in susceptis sacris ordinibus, expresse addita potestate subdelegandi; Nos per praesentes litteras ad eiusmodi processum conficiendum Iudicem subdelegamus Revmum D. *N.*, qui sese gerat in omnibus ad tramitem Codicis iuris canonici et iuxta citatam Instructionem, necnon iuxta peculiares normas pro hac causa datas ab eadem S. C. Simul autem eligimus ac deputamus :

Defensorem sacrae ordinationis R. D. *N.*

Actuarium R. D. *N*,...

Datum... ex aedibus Nostris, die... mense... anno...

Episcopus.

L. ® S. *N.*, Cancellarius.

[Si gravitas causae vel alia difficultas id suadeat, eodem decreto, vel in causae decursu, simili forma eliguntur, qui vice iudicis subdelegati fungatur, necnon defensor sacrae ordinationis et actuarius *substituti].*

V

TRIBUNALIS CONSTITUTIO

Dioecesis *N.*

Nullitatis sacrae ordinationis vel onerum ei adnexorum

Sessio I

Anno Domini..., mense..., die..., bora.., in urbe..., in aedibus..., adsunt:

Iudex subdelegatus Revmus D. *N.*

Defensor sacrae ordinationis Rev. D. *N.*

Actuarius Rev. *D. N.*

Revmus Iudex communicat:

1) Litteras S. O. de disciplina Sacr., datas die..., quibus Ordinario *N.* committitur instructio processus in causa nullitatis sacrae ordinationis, vel onerum in sacra ordinatione susceptorum a sacerdote *N. N.*

2) Litteras Revmi Ordinarii *N.,* datas die..., quibus *(nisi ipse per se gerat suum munus)* subdelegai officium iudicis eidem Revmo D. *N.;* nec non deputat alios officiales supra scriptos: videlicet ut defensorem sacrae ordinationis Rev. D. *N.* ...., et ut actuarium, Rev. D. *N.*

3) Supplicem libellum *N.,* pro instituendo processu.

Tunc Iudex instructor *(nisi sit ipse Episcopus,* cf. *Regulas,* n. 11) ac singuli ministri tribunalis iusiurandum praestant de suo cuiusque officio rite ac fideliter adimplendo et de secreto servando, formulis adnibitis quae exstant in Appendice *Regularum* S. O. (v. infra nn. VI, VII et VIII).

Quibus peractis, Iudex decernit ut exemplar libelli allegetur actis inquisitionis, prout etiam praefatae fitterae S. C. et litterae subdelegationis Revmi Ordinarii.

Item Iudex constituit mensem... diem..., horam..., et aedes... pro tribunalis proximo conventu, in quo actor examini subiicietur, mandans ut idem citetur; ac D. *N.* deputat ut cursorem, qui schedas citationis deferat.

De hisce omnibus redacta est praesens relatio, quae subscribitur a Revmo Iudice subdelegato et a ministris tribunalis.

Loco, die, mense et anno ut supra.

N.y Iudex subdelegatus.
N., Defensor sacrae ordinationis.
N., Actuarius.

VI

IUSIURANDUM PRAESTANDUM A IUDICE SUBDELEGATO

Ego *N.,* a Revmo Dno Ordinario *N.,* subdelcgatus iudex instructor *(vel deputatus ut vices geram iudicis instructoris)* in processu super nullitate sacrae ordinationis vel onerum a sacerdote *N.* susceptorum, iuro me officium iudicis instructoris rite ac fideliter impleturum, servatis, quantum per me fieri poterit, praescriptionibus Cod. iur. can., ac potissimum *Regulis* a S. C. de disciplina Sacramentorum editis, quavis personarum acceptione posthabita, et secretum servaturum. Sic me Deus adiuvet, et haec sancta Dei Evangelia, quae manibus meis tango.

VII

IUSIURANDUM DEFENSORIS SACRAE ORDINATIONIS

Ego *N.,* a Revmo Domino Ordinario *J¥.* defensor sacrae ordinationis legitime deputatus *(vel defensor substitutus),* pro instruendo processu super nullitate sacrae ordinationis vel onerum ei inhaerentium sac. *N. N.,* iuro me munus mihi collatum diligenter et incorrupte expleturum, iuxta praescriptiones Cod. iur. can. et *Regulas* a S. C. de disciplina Sacramentorum editas; et omnia voce ac scriptis prolaturam, quae ad validitatem sacrae ordinationis huiusque onera tuenda, conferri poterunt, posthabito omni humano respectu, atque officii mei secretum religiose servaturum. Sic me Deus adiuvet, etc.

VIII

IUSIURANDUM AB ALIIS OFFICIALIBUS PRAESTANDUM

Ego *N.,* iuro me munus actuarii *(seu actuarii substituti)* in processu super nullitate sacrae ordinationis vel onerum ei inhaerentium sac. *N. N.* mihi ab Illmo et Revmo Domino Ordinario *N.* commissum, rite ac fideliter, iuxta praescriptiones Cod. iur. can. atque *Regulas* S. C. de disciplina Sacramentorum, in omnibus expleturum, et de rebus, quas ratione mei officii cognovero, secretum omnimode servaturum. Sic me Deus adiuvet, etc.

IX

DECRETUM PRO CITATIONE ACTORIS

Anno Domini..., die... mensis..., in aedibus palatii episcopalis..., coram Revmo D. *N.* Iudice..., Rev. D. *N.* defensore sacrae ordinationis, meque infrascripto actuario ;

Visis litteris Sacr. Congr. de disciplina Sacramentorum diei..., quibus Rmo Ordinario... facultas tribuitur conficiendi processum super nullitate sacrae ordinationis *N. N.* vel onerum in sacra ordinatione susceptorum;

Attentis litteris Revmi Ordinarii... diei..., quibus Revmum *N.* subdelegai ad eiusmodi processum instruendum;

Idem Iudex subdelegatus, audito sacrae ordinationis defensore, ad examen actoris procedendum esse decrevit; ideoque dictum actorem citari mandat, ut compareat coram praefato Iudice, in aula sessionum huius sacri Tribunalis, in via..., num..., anno..., mense..., die..., hora..., ut examen subeat in causa a se intenta.

Simul nuncium dat defensori sacrae ordinationis ut ante praedictum diem exhibeat interrogatoria clausa et obsignata actori proponenda; atque ut examini loco, die et hora ut supra, intersit.

Loco, die, mense et anno ut supra.

JV., Iudex instructor.

L. **£B** S. JV"., Actuarius.

[De his quae mandat et iubet iudex, in actis actuarius referat; et hoc semel pro semper advertisse sufficiat.

Similiter, mutatis mutandis, conficitur decretum pro citationibus testium.

Insuper iudex mandat, ut interea a parocho actoris, ac testium qui sunt excutiendi, sin minus a Curia, exquirantur litterae testimoniales seu documenta, quibus, accuratiore, quo fieri possit, modo et sub secreto, significentur notae de honestate, religione et veracitate ipsius actoris ac testium, necnon alia referantur, quae necessaria et opportuna ad eorumdem depositiones aestimandas videantur].

X

LITTERAE IUDICIS AD PAROCHUM ACTORIS PRO INFORMATIONE SUPER PROBITATE ET CREDIBILITATE IPSIUS ET TESTIUM.

(Sub secreto)

Cum ex facultate S. C. de disciplina Sacramentorum diei..., mensis... atque anni... et ex. subdelegatione Revmi Ordinarii huius dioecesis, in hoc Tribunali instruatur causa super nullitate sacrae ordinationis vel onerum in sacra ordinatione susceptorum a sac. *N. N.*, necesse est, ad normam *Regularum* eiusdem S. C. diei 9 Iunii 1931, ut sedulo investigetur et legitimum testimonium praebeatur de eiusdem ac testium qui inducuntur credibilitate.

Quapropter infrascriptus Iudex instructor in eadem causa, praesentibus mandat B. D. *N*. parocho, ut pro pastoralis sui officii sanctitate et sollicitudine, ad rem accurate inquirat, et distincte huic Tribunali significet notas de religione et honestate dicti sacerdotis ac testium qui inducuntur, videlicet...: an praecepta religionis adimpleant, an bonis moribus sint imbuti, qua fama gaudeant, et an eis credi debeat, etiam cum deponunt de rebus, quae ipsorum intersunt.

Insuper, pro sua prudentia, idem parochus referre velit de omnibus aliis, quae ad ipsius, actoris ac testium depositiones rite aestimandas necessaria et opportuna videantur, ita ut plenum testimonium ad praefatam Sacram Congregationem transmitti possit, circa rem de qua iudicium instituitur.

Quod si testes vel aliqui eorum non fuerint cogniti, opportunas inquisitiones peragat, ope sacerdotum ecclesiae paroeciali addictorum, vel alius prudentis personae sibi bene visae, et quidem sub secreto, sed ita, ut congruae et certae notitiae colligantur.

Datum ex aedibus... die... mense... anno...

iV., Iudex instructor.

L. 83 S. JV., Actuarius.

[Si testes et actor in diversis paroeciis commorentur, horum parochi sunt rogandi.

Quod si actor ac testes, potiusquam ubi in praesentiarum degunt, alia in paroecia magis cogniti fuerint, informationes ab illo parocho opus est exquirere, vel etiam ab utroque parocho utriusque commorationis.

Quoad etiam peritos, si quidem eis opus erit, et ipsi probitatem quidem et credibilitatem praeseferre debent ac proinde etiam testimonium erit exquirendum de fide eis praestanda].

XI

INFORMATIO PAROCHI

(Specimen responsionis a parocho dandae, si informationes sint respective actori aut testibus favorabiles, factis in textu litterarum necessariis mutationibus, pro subiecta materia).

Quod attinet ad informationes a Revmo Iudice instructore in causa... expetitas litteris diei..., infrascriptus parochus Ecclesiae JV. pro suo munere respondet, se iV., actorem, in finibus huius paroeciae commorantem, pluribus abhinc annis cognitum habere; ac praesentibus litteris (quatenus sibi constiterit), spondei eumdem religione et honestis moribus imbutum esse, ac bona existimatione gaudere, ita ut de veritate in testimonio per-

bibendo dubitari nequeat [vel etiam, iis dotibus deficientibus, talis sit, ut mendacio haud obnoxius existimetur]. Quibus attentis, actor incapax periurii putatur, et credibilis apparet quoad assertiones suas. Ceterum cum idem parochus, occasione porrecti libelli pro huius causae introductione, rogatus a Revmo Ordinario, investigationes peregerit, et cum praefato sacerdote collo quutus fuerit, censuit eumdem sincerum et veridicum esse.

In- fidem.

Ex paroecia..., die... mense... anno...

JV., Parochus.

[Ex adverso, si informationes non sint favorabiles, parochus iis utatur verbis, quae a veritate minime deflectant, quaeque prudentia pro diversis casibus suggeret.

Si parochus actorem vel testes vel peritos non probe noverit, neque certas de iisdem informationes abunde, pro sua conscientia, colligere queat, idipsum iudicem in sua responsione, adductis rationibus, aperte doceat.

Iudex autem tunc alias personas probas et apprime instructas, per se rogabit, vel, si ita censuerit, per Ordinarium informationes ad rem exquiret],

XII

LITTERAE IUDICIS AD ORDINARIUM (QUOTIES HIC NON SIT IUDEX, ET EIUS OPERA UTILITER POSTULETUR) PRO EXQUIRENDIS INFORMATIONIBUS.

Tllfne ac Revme Domine,

In^causa nullitatis sacrae ordinationis vel onerum eidem adnexorum *N. N.*, quae ex subdelegatione facta ab A. T. die..., in hoc Tribunali instruitur, cum parochus actoris *(vel testium... vel peritorum...)* apposite rogatus, responderit se eum' *(vel testes... vel peritos...)* haud bene cognitum sibi habere, neque informationes tuto haurire aliunde posse, et hoc Tribunal eiusmodi informationes ex aliis fontibus excipere non potuerit; A. T., pro sua ampliore auctoritate et rerum ac personarum cognitione, dignetur directe inquirere de religione, honestate et veracitate actoris *(vel testium vel peritorum)*, ita ut depositiones seu relationes tuto aestimari valeant.

Interim, etc.

Datum..., die... mense... anno... Addictissimus famulus

Iudex subdelegatus.

It. £8 S. *N.f* Actuarius.

XIII

LITTERAE ORDINARII AD ALIENAE DIOECESIS IUDICEM UT EXTRAORDINARIAE INFORMATIONES COLLIGANTUR.

(Sub secreto)

Illme ac Revme Domine,

Cum ex facultate S. Congr. de disciplina Sacramentorum, in hoc dioecesano Tribunali, ad instantiam sacerdotis *N.*, instruatur causa super nullitate eius sacrae ordinationis vel onerum eidem inhaerentium, cumque Nobis non satis constiterit de religione et probitate vitae, nec non de personarum ac rerum adiunctis, et contra noverimus tibi praefatum sacerdotem *(vel testis aut periti personam)* cognitum esse, praesentibus te litteris rogamus ut, pro caritate et obsequio, quibus erga Ecclesiam praestas, velis Nobis accuratas et distinctas praebere notitias, secreti lege quidem interposita, de religiositate, honestate et veracitate dicti sacerdotis *(vel testis vel periti),* praesertim in iudiciali et iurata relatione circa assertum... (v. g.) metum, ita ut cognoscatur utrum in re tanti momenti fide dignus habendus sit necne.

Interim etc.

Datum..., die... mense... anno...

N., Ordinarius.

L. £8 S. *N.*, Cancellarius.

XIV

CITATIO ACTORIS

De mandato Revmi *N.*, Iudicis instructoris in processu de nullitate sacrae ordinationis vel onerum eidem inhaerentium, actor *N. N.* in causa, personaliter compareat coram praefato Iudice, in aula sessionum huius s. Tribunalis, in via..., num..., anno..., mense..., die..., hora..., ut iuratum examen subeat in causa a se intenta.

Datum..., ex aedibus..., die... mense... anno...

N., Iudex.

L. £8 S. *N.*, Actuarius.

[Eiusmodi citationis fiunt duo exemplaria, quorum unum traditur cursori remittendum actori, iuxta praescriptum can. 1717; alterum asservatur in actis et in calce eiusdem cursor refert ea quae peregit].

XV

RELATIO INTIMATIONIS A CURSORE PERACTAE FACIENDA IN EXEMPLARI IN ACTIS ASSERVATO.

ßefero me infrascriptum deputatum cursorem Revmae Curiae Episcopalis *N.,* hodie intimasse et reliquisse authenticum exemplar citationis sacerdoti JV. JV., in ipsius domicilio, via..., num..., tradendo praefatum exemplar manibus eiusdem (vel personae de eius familia aut famulatu) et ad normam can. 1721.

In fidem, etc. Die... mense... anno...

N., Cursor deputatus.

[Similiter exaratur scheda citatoria et fit relatio intimationis pro aliis in ius vocandis].

XVI

DEFENSOR S. ORDINATIONIS EXHIBET INTERROGATORIA ACTORI PROPONENDA.

Infrascriptus *N.,* in causa nullitatis sacrae ordinationis vel onerum eidem inhaerentium, defensor vinculi legitime deputatus, exhibet sequentia interrogatoria, clausa et obsignata et nonnisi in actu examinis a Iudice aperienda, atque instat ut super iisdem examinetur actor *N.,* in causa ase intenta, servata forma a iure statuta; alioquin protestatur, etc.

Haec cum facultate alia addendi, delendi, corrigendi, etc.

Datum..., die... mense... anno...

F., Defensor sacrae ordinationis.

[Item exhibentur interrogatoria pro examine testium ac peritorum].

XVII

IUSIURANDUM PRAESTANDUM AB ACTORE AC TESTIBUS DE VERITATE DICENDA.

[Iudex gravibus verbis actorem ac testes antea moneat de sanctitate iurisiurandi et de gravissimo delicto quod admittunt peieratores ostendens peculiarem qualitatem iurisiurandi in subiecta materia, et *periurii funestissimos effectus,* et, prout personae qualitas ferat, si ipse opportunum ducat, commonefaciat de poenis, quibus periurii noxii fiunt in foro Ecclesiae, quaeque recoluntur in cap. VII *Regularum* sub n. 31].

[Deinceps iudex actorem vel testem alloquitur]:

Velis"invocare Nomen divinnm in testem veritatis, taetis sanctis Evangeliis, sequenti formula:

Ego *N** iuro me totam ac solam veritatem dicturum, tam super articulis, quam super re universa, prout eamdem veritatem coram Deo et conscientia compertam habeo, et plene ac fideliter ipsam expositarum, quin aliquid addam, omittant vel immutem. Sic me Deus adiuvet, etc.

XVIII

EXAMEN ACTORIS

Sessio...

In Dei nomine. Amen

Anno Domini..., mense..., die..., hora..., in urbe..., in aedibus..., coram, E. D. *2¡F.*, Iudice subdelegato, adstantibus E. D. *N.*, defensore sacrae ordinationis, et infrascripto actuario, comparuit D. JV., actor in causa receptae sacrae ordinationis, pro hac die et hora rite citatus.

Iudex eumdem in primis monet, quod in re tanti ponderis, quoties ea quae adducuntur haud veritati sunt consentanea, declaratio nullitatis sacrae ordinationis vel onerum huic adnexorum taliter obtenta, nullum sortitur effectum (iuxta *Monitum* in Appendice relatum n. I); deinde iusiurandum ab actore petit et accipit iuxta modum et formulam praescriptam *(prout sub n. XVII).*

Deinceps, postulante defensore sacrae ordinationis, Iudex schedam, quam idem defensor clausam exhibuerat, continentem interrogatoria oratori proponenda, reserat, et statim procedit, iuxta eadem interrogatoria, ad examen actoris, qui ad singulas quaestiones respondet ex ordine, ut sequitur.

Interrogationes generales

Iudex actorem interroget circa suum nomen, cognomen, nomen parentum, aetatem, conditionem familiae, dioecesim, cui inscriptus est, domicilium (urbem, viam, paroeciam), et locum hodiernae commorationis.

Tum Iudex mandat actuario ut legat, pro norma actoris, nomina iudicis et ministrorum tribunalis.

Deinde prosequitur:

Interrogationes particulares actori faciendae

1. Utrum confirmet necne supplicem exhibitum libellum in singulis partibus?

2. Ubinam studia peregerit, et an in Seminarium ingressus sit libera

voluntate; qua aetate, quo tempore, quamdiu in ipso permanserit, et an propositum revera haud habuerit statum clericalem ineundi.

3. Quaenam fuerit causa incitamentorum, saevitiarum, vel coactionis, pro eodem clericali amplectendo statu, et a quibus incitamenta, saevitias, vel coactionem passus sit.

4. Quinam fuerint specifici actus eorumdem incitamentorum et coactionis, praesertim tempore proximo sacrae ordinationi.

5. Quaenam indoles parentum et sua.

6. Quaenam ipse peregerit ut coactionem vitaret per se, et an opera aliorum ad hunc finem sit usus, et quinam isti.

7. ISTum in Seminario degens, studiis theologalibus libenter operam dederit et an fuerit impeditus quominus aba studia perageret, et a quibus.

8. IsTum sive in Seminario sivej [extra defectum suae voluntatis pro suscipiendis sacris [ordinibus, [vel ¡aversionem patefecerit, quando, et quibus.

9. An ipse, deficiente voluntate sacros suscipiendi ordines, id Seminarii Superioribus, Ordinario, vel spiritus moderatori (qui tamen eius confessarius non fuerit) manifestaverit, et quatenus negative, cur suam contrariam voluntatem ei non significaverit: quinam iste fuerit.

10. Quando accesserit ad sacrum ordinem subdiaconatus, diaconatus et presbyteratus; qualem revera interius habuerit animum in actu sacrae ordinationis; et an communis iucunditatis tunc particeps fuerit.

11. An officium recusaverit divinum, et Missam celebraverit, vel etiam alio modo sacrum ministerium exercuerit.

12. ÏTum contentiones adfuerint, et quales in specie, inter ipsum et parentes, aliosque, qui eum impellere potuerint ad suscipiendos sacros ordines, et num notae in loco ubi idem degebat, et quinam sint qui eas confirmare valeant.

13. Num ipsi etiam nota fuerint ante sacrorum ordinum susceptionem onera eis inhaerentia, ac praecipue quae coelibatus lex exigat.

14. Quomodo sese gesserit post sacerdotium initum, et quae ministerii Officia peregerit, quoties, quomodo, quanto tempore, et quibus in locis.

15. IsTum sacri ministerii .exercitio rata habere sacrae ordinationis onera intenderit. An sibi praesto sint documenta exhibenda, uti litterae a parentibus vel ab aliis scriptae ante susceptos sacros] ordines, ad confirmandam illatam coactionem.

16. Quosnam alios testes ipse praeter exhibitos in elencho inducat sive consanguineos, sive affines, sive familiares, vel extraneos, qui de cunctis circumstantiis certiores facti, plene et sincere referre possint.

17. An unquam contra sacram ordinationem et huius adnexa onera reclamaverit; et unde factum sit ut causae introductionem aut continuationem ad haec usque tempora distulerit.

[Exinde contestationes peragendae, si opus erit, inter ea quae actor asseruit, atque illa quae ipse in supplici libello retulit].

Absoluto examine, de mandato Iudicis integra depositio clara voce legitur actori, et Iudex eumdem interrogat:

An habeat aliquid addendum, supprimendum, corrigendum, variandum!

Dein petitur ut praestetur iusiurandum de veritate dictorum et de secreto servando, iuxta formam (cf. infra n. XIX).

Ac, praestito iureiurando, subscribunt actor, iudex, defensor vinculi et actuarius.

N., Actor.
N., Iudex instructor.
Ii. £8 S. *N.f* Defensor sacrae ordinationis.
N., Actuarius.

[Adnotatio. - Quoties alicuius sacerdotis sacra peracta sit ordinatio post Instructionem, quae a Sacra Congregatione de Sacramentis edita fuit 27 Decembris 1930, idemque contendat se gravi coactum metu sacros suscepisse ordines, ea ordinato erunt obncienda, quae de pandita ab ipso voluntate iurata et scripta declaratione confirmavit. Ii pariter erunt interrogandi, qui examinibus adfuere, iudiciumque pro sacra actoris ordinatione emiserunt].

XIX

IUSIURANDUM DE VERITATE DICTORUM ET DE SECRETO SERVANDO

Ego *N.* iuro me solam ac totam veritatem dixisse, et nunquam, antequam praesens causa penitus absolvatur, evulgaturum sive propositas interrogationes, sive responsiones datas. Sic me Deus adiuvet, etc.

XX

IUSIURANDUM AB INTERPRETE PRAESTANDUM

Ego *N.*, a Eevmo Iudice in processu super nullitate sacrae ordinationis vel onerum eidem inhaerentium sacerdotis *N. N.* deputatus interpres, iuro me dictum munus fideliter impleturum, acta et documenta processus de verbo ad verbum diligenter et adamussim reddendo, ac simul secretum de omnibus quae in processu acceperim, servaturum. Sic me Deus adiuvet, etc.

XXI

IUDICIALE EXAMEN PARENTUM ACTORIS

[Cum praeterea, super iis, quae actor in suo examine deposuit, sit ex testibus, quos iudex satis instructos reputaverit, percontandum, ut exinde illius assertiones aut confirment, aut corrigant, aut respuant, referantque utrum facta asserta sibi sint nota, formali examini, adstante sacrae ordinationis defensore, erunt ipsi subiiciendi, atque in primis *parentes et affines actoris,* a quibus haec erunt exquirenda, praehabito iuramento ac delato monito, de quo in Appendice n. I].

1. Interrogandus pater, vel mater, circa nomen, cognomen, originem, aetatem, religionem, conditionem famuiae, et domicilium.

2. Quot filios et filias genuerint: quae fuerit indoles actoris et quae exstiterit eius propensio ad clericalem ineundam vitam.

3. Num ipsi eum impulerint ad eumdem finem ut Seminarium ingrederetur, quamvis contrariam suam voluntatem patefecerit.

4. Quomodo ipsum illexerint ut sacrae theologiae studiis incumberet, et ad sacros ordines accederet.

5. Quaenam fuerint adhibitae ab ipsis sollicitationes, instigationes, vel minae, et quoties: an istae usque ad sacram ordinationem fuerint productae.

6. Num ipsi aliorum etiam operam adhibuerint ad flectendam filii voluntatem pro ineundo sacerdotio; quinam exstent; et quaenam ad hunc finem experti sint.

7. Num certiores facti fuerint ab aliquo de voluntatis defectu filii, et quinam hi sint; an pertinaciter impulerint eum; an a filio scriptis de voluntatis carentia edocti fuerint; an eadem servent, quo casu ea exhibeant.

8. Num ipsi Seminarii superiores vel ipsum Episcopum sollicitare studuerunt et quomodo, ut filius in sacerdotium reciperetur; et an sciant excommunicatione ipso facto plecti eos, qui quoquo modo filios ad sacros ordines suscipiendos cogant iuxta can. 2352.

9. Num sacra properante ordinatione filius contrariam suam voluntatem manifestaverit et quomodo.

Ì0. Num eidem renuenti ad sacros ordines accedere restiterint et quomodo.

11. Quaenam ipse in sacra ordinatione signa praebuerit, an scilicet laetitiae vel dispUcentiae; et quaenam indicia pariter ostenderit post peracta primitus solemnia, laetantibus aliis.

12. Num ipse postea, susceptis sacris ordinibus, acquieverit, vel negligens in sacro ministerio exercendo exstiterit, Missam litare vel officium recitare omittens, atque aversionem in his ostenderit.

13. Num profano more vitam degere coeperit, aliisque studiis incubuerit.

14. Num ipsi minas eidem ante sacrorum ordinum susceptionem illatas, videlicet exheredationis, derelictionis, eiectionis e domo et eiusmodi, exsecutioni mandaverint vel exsecutioni mandare intenderint.

15. Num pravam aliquam consuetudinem fovere coeperit ordinatus sive ante sive post sacram ordinationem susceptam, et usque dum in sacerdotio permanserit.

16. Num sacrum ministerium exercuerit timore ipsorum pressus, quomodo, et quanto tempore.

17. An in familia infirmitatis alicuius indicia sive mentis sive pravorum morum adfuerint, atque an aliquid adsit, quod atavismum redoleat.

18. [Heic contestationes, si opus fuerit, peragendae erunt inter ea quae actor asseruit, atque illa quae a parentibus fuere prolata, si dissona ipsorum testimonia appareant].

19. An ordinum sacrorum exercitio ratam ipse habere intenderit sacram ordinationem; et cur in eodem exercitio porrexerit.

20. His absolutis interrogationibus, ad plene suum absolvendum munus, alias iudex ex officio interrogationes peragat, ab expletis responsionibus emendas.

Absoluto examine, etc. uti in n. XVIII.

XXII

DECKETUM CITATIONIS TESTIUM AB ACTORE INDUCTORUM

Revmus *N.*, Iudex instructor in causa..., audito sacrae ordinationis defensore, testes ab actore inductos, examini iudiciali subiici mandat, et ideo ad rem citari videlicet:

1. jy. (patrem eiusdem actoris).
2. *N.* (matrem, etc.).
3.
4.
5.
6.
7.

Datum..., die... mense... anno... *N.*, Iudex instructor.

N., Actuarius.

[Praeter autem testes ab actore inductos, necesse prorsus est alios ex officio induci.

AlKgentur litterae testimoniales, quae obtentae sint circa testium excutiendorum fidem et probitatem.

Mant schedae citatoriae, uti in causis matrimonialibus, mutatis mutandis, et similiter fiat intimatio].

XXIH

IUDICIALE EXAMEN TESTIS *N.*, AB ACTORE INDUCTI

Sessio...

Servantur formae ut pro examine actoris. Iudex testi defert monitum, de quo in Appendice n. I, ac iusiurandum, iuxta formulam sub n. XVII, et reserat schedam exhibitam clausam a defensore, et continentem interrogatoria, quae deinde proponit.

Ad generalia: 1. Testis interrogatur circa nomen, cognomen, nomen parentum, originem, aetatem, religionem, conditionem, domicilium (urbem, viam, paroeciam), locum hodiernae commorationis.

2. An sit consanguineas vel aifinis actoris, et quo gradu.

3. Quo ex tempore, qua occasione et quomodo noverit actorem.

4. Quaenam sit ipsius indoles et an mereatur fidem in iis quae ipso protulit.

5. Quinam fuerint mores eiusdem et propensiones ad studia.

6. Num ab eo edoctus fuerit, et quando, ipsum coactionem a parentibus vel ab aliis passum esse.

7. An parentes ipsos testis noverit, horum conditionem, artem quam exercent et exploratam habuerit eorum indolem et agendi rationem erga actorem.

8. An in Seminario degens actor, pietatis indicia exhibuerit et ad sacram confessionem et sacram Synaxim saepe et devote accesserit.

9. Num ad sacros peragendos ritus se proclivem exhibuerit.

10. Quibus potissimum studiis in Seminario fuerit deditus,- num inhonestos sermones proferre solitus fuerit.

11. Num ad sacra exercenda ministeria alienum se praebuerit, et contrariam voluntatem ostenderit in suscipiendis sacris ordinibus.

12. Quaenam ipse peregerit ut eos vitaret.

13. Num in Senrinario commorans demissionem et obsequium superioribus exhibuerit.

14. Num familiaritates inhonestas fovent, scripta exaraverit minus honestati consona, et clericalem habitum invite gestare visus sit.

15. Num pravis perlegendis libris fuerit deditus, sacraque studia neglexerit seu fastidiverit.

16. Num, in. loquendo, de Ecclesia eiusque doctrina ac de ipsius rectoribus detraxerit. '-'

17. Num in Seminario punitionibus ob pravam ipsius agendi rationem fuerit affectus; vel alios ad prava illexerit.

18. Num ad profana capienda oblectamenta se pronum manifestaverit, iis posthabitis, quae ad pietatem fovendam inserviunt.

19. Quaenam sit publica de ipsius vocatione opinio.

20. Num per se vel ab aliis testis sciverit parentes eum ad sacerdotium ineundum coegisse, quando, quanam de causa, et quinam hi sint.

21. An circumstantias noscat de illata coactione et quaenam fuerint.

22. An revera parentes talis fuerint severitatis, ut merito timeri posset ipsos minas esse exsecuturos, et an actor indolis adeo timidae et pusillanimis exstiterit, ut eiusmodi minis aut saevitiis deterritus, ad sacros.ordines, gravi metu coactus, accesserit, quin eas vitare potuerit.

23. An ordinationis sacrae tempore ipsum moerentem, aspexerit et quomodo.

24. An ex ipso sciverit ante sacram ordinationem eundem fore huic consensum suum denegaturum.

25. An in sacra ordinatione vel ea expleta, iucunditatis vel moestitiae indicia praebuerit.

26. An testis quaedam habeat documenta scripta eiusmodi coactionem onerumque ratihabitionem confirmantia et an sciat revera actorem per exercitium ordinis tacite voluisse obligationibus clericalibus sesubiicere.

27. Quaenam sit modo agendi ratio actoris.

Exinde iudex integram depositionem peractam ab actore, qui testem induxit, eidem testi legi iubeat ac petat:"

28. An asserta in ea depositione veritati respondere in omnibus censeat, utrum eadem ex scientia propria perspecta habeat, an potius ex suggestione actoris et utrum facta ab eo asserta sint nota aliis, et quinam hi sint.

29. An testis habeat aliquid addendum, supprimendum, corrigendum, variandum.

30. Iudex testi alias interrogationes praeter supra allatas proponere poterit, si rerum adiuncta id requirant.

Quod si iudici non videatur opportunum integram legi actoris depositionem, se gerat iuxta *Regulas* n. 51 § 2.

Dein testi leguntur depositiones ab ipso viva voce prolatae-, quas: actuarius scripto redegit,, ac ulterius rogatur:

31. An haec relatio responsiones redditas plene ccmplectatur.

32. Petitur ut praestetur iusiurandum de veritate dictorum et de secreto servando, iuxta formam (cf. supra n. XIX).

Ac praestito iureiurando, subscribunt testis, iudex, defensor sacrae ordinationis et actuarius.

JS>., Testis.
JtV., Iudex instructor.
L. S S. N.:1 Defensor sacrae ordinationis.
JN., Actuarius.

[Simib modo agendum est quoad ceteros testes qui producuntur vel ad instantiam actoris, vel *ex officio,* praesertim si in instructione processus appareat adesse aliquem vel aliquos de re bene edoctos : tunc enim iudex ©os citari curabit ut examini subiiciantur, eadem servata methodo].

XXIV

ORALE EXAMEN PERITI

Anno, etc., coram Iudice, etc., adstantibus etc., comparuit D. *N.,* etc (ut in aliis sessionibus).

Iudex instructor, perito defert monitum, de quo in Appendice n. I, iusiurandum de veritate dicenda et de secreto servando, ac dein reserat schedam obsignatam, ubi continentur articuli concinnati a defensore sacrae ordinationis, quos iste praesertim eruerit ex relationibus ab iisdem peritis scripto antea exhibitis, iuxta generales et peculiares circumstantias et difficultates, quae in actu inspectionis sunt quidem animadvertendae.

Praemissis interrogationibus generalibus, iudex articulos perito delert, qui esse poterunt ut infra, quibus *ex officio* alios, prout casus ferat, adiicere debet, attentis etiam dubiis et ambiguitatibus, quae ex ipso interrogatorio emerserint.

1. An perito aliqua sit necessitudo cum actore.
2. Quonam tempore et quomodo eum noverit.
3. An confirmet per omnes partes relationem, quam de medicali examine scripto exaravit.
4. An in eadem relatione aliquid addendum habeat, vel corrigendum, vel mutandum.
5. An peritus tum physicum examen tum etiam relationem seorsim ab altero perito, si exstet, confecerit.
6. Quanam via et ratione peritus in peragendo medicali examine processerit.

7. An actor aliquo morbo hereditario vel defectu laboraverit, qui influxum habere potuerit in errata electione status; et utrum curari queat, an non.

8. Quidnam peritus perspexerit de actoris temperamento et de statu psychico.

9. *(8i casus ferat):* Quomodo conciliari possit sententia periti cum contraria opinione alterius periti vel doctoris.

[Nota. Relationes a medicis confectas iudex alterius peritioris examini subiicere poterit, si id opportunum existimaverit].

10. An, praemissa lectione depositionis, peritus aliquid habeat addendum, demendum, corrigendum, vel mutandum.

Praestito iureiurando de veritate dictorum et de secreto servando, sequuntur subscriptiones, ut de more.

Absoluta processus instructione, iudex, nisi opportunum duxerit actorem vel alium e testibus ad novum examen revocare contestationes peragendi causa, alliget in processu informationes parochi aut alterius idoneae personae attestationem de fide, quam actor et singuli testes merentur.

XXV

CONCLUSIO INSTRUCTIONIS PROCESSUS

In processu super nullitate sacrae ordinationis vel onerum sacris ordinibus inhaerentium sacerdotis *N. N.,*

Interrogate tum actore tum testibus, qui responderunt se nihil aliud habere quod deducant; tum defensore sacrae ordinationis, qui declaravit sibi nihil amplius inquirendum superesse;

Perpensis omnibus actis, partium, testium ac peritorum depositionibus, relationibus et adnexis documentis;

Cum causa, attentis personarum ac rerum adiunctis, satis instructa sit, Iudex decernit clausam esse instructionem processus, et omnia acta, in authentico exemplari, una cum *voto scripto Exmi ac Revmi Episcopi,* et *defensoris* sacrae ordinationis animadversionibus ac sententia, transmittenda esse ad S. Congregationem de disciplina Sacramentorum.

Ex aedibus..., die...

N., Iudex.

I». **£g** S. *N.,* Actuarius.

XXVI

TESTIFICATIO DE AUTHENTICITATE EXEMPLARIS ACTORUM

Pacta collatione praesentis actorum exemplaris cum omnibus actis et documentis originalibus exsistentibus in archivo huius Tribunalis, testor ego infrascriptus constare de fideli transcriptione et integritate eiusdem exemplaris, quod transmittitur ad S. C. de disciplina Sacramentorum,.

Datum... die... In fidem, etc.

N., Iudex.

L. £ß S. ***N.***, Actuarius.

ADNOTANDA

Curent Bevmi Ordinarii ne sive praevia inquisitio, quae ab hac Sacra, Congregatioi]e expeti primum solet, sive confectio processus canonici,,: qui ab ea in his causis exinde iubetur, diutius differantur. Saepe enim contingere solet, ut, ob nimiam in eodem praesertim peragendo processu cunctationem, testes diem obeant supremum, ác proinde magni momenti probationes deficiant, maximo cum detrimento causae: etenim actori ipso naturali iure competit, argumentis, quae proferre potest assertum ab eo intentionis defectum aut illatam coactionem aliudve vitium consensum afficiens in susceptis sacris ordinibus probare, ut ab oneribus hisce adnexis solvatur. - In transmittendis autem ad hanc Sacram Congregationem processus actis, haud profecto necesse erit omnia et singula transcribere, quae in originalibus actis fuere iuxta traditas regulas inserta, cum sufficiat ut Revmi Ordinarii in exhibenda scripta relatione seu voto, referant de rite constituto tribunali iuxta praestitutas normas, de citationibus rite peractis, de praestito ab efformantibus tribunal atque a parte et testibus iuramento, et de fide istis praestanda; quin proinde singula, quae in singulis sessionibus habita fuere, in exemplari transcribantur actorum, ne tempus inutiliter teratur, impensaeque augeantur, modo interrogatoria et testimonia integre sint transcripta, abaque documenta causam attingentia referantur, addito indice actorum. Nec ab Actuario ipse scribendi modus neghgatur, iuxta can. 1644 § 3, ut facile in actis adducta legi possint — quin proinde plus aequo in iisdem perlegendis ob deformes litteras, tempus insumatur, neve ambiguitatibus locus fiat — atque ideo ab adeuntibus S. Sedem honor huic debitus etiam in scribendo servetur.

Annus XXIII - Vol. XXIII 26 Decembris 193i Num. U

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE ENCYCLICAE

AB VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE OECUMENICA EPHESINA SYNODO QUINDECIM ANTE SAECULIS CELEBRATA.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Lux veritatis temporumque testis historia docet, si modo recte dispiciatur diligenterque exploretur, divinam illam a Iesu Christo datam pollicitationem: « Ego vobiscum sum... usque ad consummationem saeculi »[1] numquam Ecclesiae suae sponsae defuisse, adeoque numquam esse in posterum defuturam. Quin immo, quo asperioribus fluctibus divina Petri navis per saeculorum decursum iactatur, eo praesentius experitur atque validius caelestis gratiae auxilium. Quod quidem prima potissimum Ecclesiae aetate contigit, non modo cum christianum nomen exsecrabile habebatur piaculum, capite damnandum, sed etiam cum per haereticorum perfidiano., in orientalibus praesertim regionibus grassantium, germana Christi fides perturbata in gravis-

[1] MATTH., XXVIII, 20.

simum incidit discrimen. Quemadmodum enim catholici nominis inseetatores, alius ex alio, misere praeterierunt, ipsumque eorruit Romanorum imperium, ita haeretici omnes, veluti exareseentes palmites[1] a divina vite revulsi, non vitae umorem haurire, non fructus facere potuerunt.

At vero Ecclesia Dei, tot inter procellas ac eollabèntium rerum vices confìsa unice Deo, nullo non tempore iter suum securo plenoque gradu persécuta est, ac sacrum evangelicae veritatis depositum, ipsimet a Conditore suo concreditum, integerrime strenueque tutari nunquam destitit.

Haec animo obversantur Nostro, venerabiles fratres, cum verba vobis facere per has litteras incipimus de laetissimo sane eventu, de Oecumenica nempe Synodo quindecim abhinc saeculis Ephesi celebrata; in qua profecto ut callida detecta est errantium pratervitas, ita firmissima enituit Ecclesiae fides, caelesti ope suffulta.

Novimus quidem duo lectissimorum hominum Consilia hortatu Nostro constituta esse,[2] ut saecularis eiusmodi commemoratio non modo heic, in Urbe catholici orbis capite, sed ubicumque etiam gentium quam dignissimi haberetur. Neque ignoramus quibus a Nobis peculiare hoc munus demandatum est, eosdem curis laboribusque non pepercisse ut salutare inceptum, pro Tirili cuiusque parte, proveheretur. De hac igitur animorum alacritate — cui, fere ubique ac miranda prorsus consensione, sacrorum Antistites optimique e laicorum ordine viri ultro libenterque responderunt — gratulamur vehementer, quandoquidem vel in posterum ex ea haud mediocres confidimus in rem catholicam profecturas esse utilitates.

At eventum hoc et quae cum ipso coniunguntur gesta rerumque adiuncta intente Nos considerantes, Apostolico muneri, quo divinitus fungimur, consentaneum ducimus, ut Nosmet ipsi per Encyclicas has Litteras, sub ipsum celebrationis exitum, ac sacro

[1] Cfr. IOANN., XV, 6.

[2] Cfr. Epist, ad Emos Card. B. Pompilj et A. Sincero, d. xxv Dec. MDCCCCXXX. *Acta Ap. Sed., vol.* XXIII, pp. 10-12.

redeunte tempore cum B. V. Maria nobis « edidit Salvatorem ». de caussa sane gravissima vobiscum colloqüamur. Spem enim fovemus bonam fore ut, non modo vobis vestratibusque grata sint atque utilia verba Nostra; sed etiam, si eadem quotquot ab Apostolica Sede dissident, fratres filiique Nobis dilectissimi, veritatis studio permoti recolant atque reputent, facere iidem non possint quin, historia magistra vitae quodammodo perculsi, desiderio saltem afficiantur unius ovilis uniusque Pastoris, germanamque illius fidei amplectendae, quae in Romana Ecclesia tuta semper atque integra religiosissime servatur. Etenim in oppugnandae Nestorianae haereseos ratione, quam conciliares Patres secuti sunt inque tota Ephesina Synodo celebranda, tria praesertim, de quibus hic a Nobis potissimum agendum, catholicae Religionis dogmata in oculis omnium in suaque luce enituere: scilicet, unam esse Iesu Christi personam, eandemque divinam; B. V. Mariam reapse ac vere Dei Genitricem esse ab omnibus agnoscendam atque venerandam; itemque divinitus inesse Romano Pontifici, cum de fide ac moribus caussa agatur, supremam, summam, nullique obnoxiam, in omnes ac singulos christifideles, auctoritatem.

I

Rem igitur ex ordine persequantur, Nostram initio facientes illam Apostoli gentium ad Ephesios sententiam admonitionemque: « ... Occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionem Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi: ut iam non simus parvuli fluctuantes, et cireumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in charitate».[1]

[1] *Ephes.,* **IV, 13-16.**

Quae quidem apostolica hortamenta quemadmodum Ephe-Binae Synodi Patres mirabili ea animorum coniunctione secuti sunt, ita velimus omnes, nullo habito discrimine, praeiudioatisque reiectis opinionibus, veluti sibimet data ipsis accipiant et in usum feliciter deducant.

Totius controversiae, ut omnes norunt, Nestorius auctor fuit; non quod ipse novam ingenio studioque suo pepererit doctrinam, cum potius eam a Tbeodoro Mopsuesteno episcopo mutuatus sit, eamque fusius enucleatam novitatisque specie in dut am magno 'eum verborum sententiarumque apparatu, ut erat dicendi copia praestans, efferre omnique nisu evulgare coeperit. Is Germaniciaè ortus, in Syriae oppido, adulèscens Antiochiam concessit, ut inibi á sacris profanisque disciplinis instrueretur. Hac in urbe, id aetatis celeberrima, monasticam primum vitam ingressus est, ac dein, qua erat animi mobilitate, ab instituto discedens ac presbyter factus, in concionandi munere, magis hominum plausus quam Dei gloriae cupidus, totus fuit. Eius autem eloquentiae fama tam ea-Mt vulgo, tam longe lateque increbruit, ut Constantinopolim vocatus, tunc temporis suo viduatam Pastore, haud mediocri cum omnium exspectatione episcopali dignitate auctus fuerit. Hac in sede, sane praeclarissima, nedum perversis doctrinae suae commentis abstinuerit, maiore potius cum auctoritate animique iactantia, eadem docere ac pervulgare non destitit.

Iuvat heic, ad caussam recte intellegendam, praecipua Nestorianae haereseos capita paucis attingere. Elatissimus nempe vir, duas integras hypostases, humanam scilicet Iesu et divinam Verbi in uno quodam communi « prosopo » (quod dicebat) convenisse reputans, miram illam substantialemque duarum naturarum unionem, quam hypostaticam vocamus, infitiatus est, ideoque Unigenitum Dei Verbum non hominem factum, sed in humana carne per inhabitationem, per beneplacitum, perque operationis virtutem fuisse asseveravit. Quapropter « Theophoron » seu deiferum, non Deum appellandum; haud multum quidem dissimili ratione, qua prophetae ceterique sancti homines, ob impertitam sibi divinam gratiam, deiferi vocari queunt.

Ex pravis hisce Nestorii commentis pronum erat duas agnoscere in Christo personas, divinam alteram, alteram humanam\ itemque necessitate consequebatur B. Virginem Mariam non vere Dei Genitricem esse, seu Theotocon, sed potius Christi hominis. Matrem, seu Christotocon, vel, quod maximum, Theodochon, Dei scilicet susceptricem.[1]

Scelesta huiusmodi dogmata, cum iam non tecte atque obscure a privato homine, sed palam aperteque ab ipso Constantinopolitanae sedis Episcopo conclamarentur, maximam commoverunt in orientali praesertim Ecclesia, animorum perturbationem. Atque, inter Nestorianae haereseos oppugnatores, qui neque in ipsa, urbe orientalis Imperii capite defuere, principem procul dubio, locum obtinet sanctissimus ille vir ac catholicae integritatis vindex, Cyrillus Patriarcha Alexandrinus. Is enim, vixdum pravam comperit Episcopi Constantinopolitani sententiam, ut erat non modo filiorum suorum, sed errantium etiam fratrum studiosissima, et coram suis orthodoxam fidem strenue tuitus est, et. datis ad Nestorium litteris, eum fraterno animo ad catholicae **ver..** ritatis normam reducere conatus est.

Ast, eam impensum hunc caritatis nisum, irritum fecisset indurata Nestorii pertinacia, Cyrillus, ut Romanae Ecclesiae, auctoritatis probe conscius, ita acerrimus adsertor, noluit ipsemet rem ulterius persequi et in caussa sane gravissima, sententiam ferre, quin prius ab Apostolica Sede poposcisset habuissetque iudicium. «Beatissimo » igitur «Deoque dilectissimo Patri Caelestino » observantissimas dedit litteras, in quibus, filii animo, haec inter alia habet: « Vetus Ecclesiarum consuetudo suadet, ut eiusmodi res Sanctitati Tuae communicentur... »[2] « Non prius autem illius (ISTestorii) communionem palam aperteque deserimus, quam haec ipsa pietati Tuae indicaremus. Digneris proinde quid hic sentias praescribere, quo liquido nobis constet, communicare ne nos cum illo oporteat, an vero libere eidem denuntiare,

[1] **Cfr.** MANSI, ***Conciliorum Amplissima Collectio*, IV, c. 1007;** SCHWARTZ, **Acta Conciliorum Oecumenicorum, I, 5. p. 408.**

[2] **MANSI, 1. c, IV, 1011.**

neminem cum eo communicare, qui eiusmodi erroneam doctrinam fovet ac praedicat. Porro Tuae integritatis mens et super hae re sententia, piissimis Deoque devotissimis Macedoniae Episcopis, necnon totius Orientis Antistitibus perspicue per litteras exponi debet » . [1]

Neque supremae Eomani Episcopi in universam Ecclesiam auctoritatis ignarus erat Nestorius. Siquidem, plus semel ad Oaelestinum datis litteris, et doctrinae suae rationem probare et sanctissimi Pontificis praeoccupare sibique conciliare animum nisus est. At incassum; quandoquidem incomposita ipsa haeresiárchae verba haud leves prae se ferebant errores, quos simul &c clare dispexit Apostolicae Sedis Antistes, statim, medicinae manum admovens, ne haereseos lues evaderet cunctatione periculosior, synodali iudicio inquisitos sollemniter reprobavit et ab omnibus reprobandos decrevit.

Atque heic intente animadvertatis cupimus, venerabiles fratres, quantopere, hac in caussa, Eomani Pontificis agendi ratio afe ea differat, quam Alexandrinus Episcopus secutus fuerat. Hic enim, quamvis sedem obtineret, quae in orientali Ecclesia haberetur prima, noluit tamen, ut diximus, ipsemet gravissimam de catholica fide controversiam ante dirimere, quam cognitum omnino Apostolicae Sedis habuisset oraculum. Caelestinus contra, coacta Romae Synodo, reque mature perpensa, pro suprema sua atque absoluta in dominicum gregem universum auctoritate, haec de Constantinopolitano Episcopo deque eius doctrina statuit sollemniterque sanxit: « Aperte igitur » ita Nestorio scribit, «hanc nostram scias esse sententiam, ut nisi de Deo Christo nostro ea praedices, quae et Eomana et Alexandrina et universalis Ecclesia catholica tenet, sicut et sacrosancta Constantinopolitanae urbis Ecclesia ad te usque optime tenuit, et hanc perfidam novitatem, quae hoc, quod venerabilis Scriptura coniungit, nititur separare, intra decimum diem a primo innotescentis tibi huius conventionis die numerandum aperta et scripta confessione

[1] MANSI, 1. c, IV, 1015.

damnaveris, ab universalis te Ecclesiae catholicae communione deiectum. Quam formam ad te nostri iudicii per memoratum filium meum Possidonium diaconum cum omnibus chartis ad sanctum consacerdotem meum memoratae Alexandrinae urbis Antistitem, qui ad nos super hoc ipso plenius rettulit, destinavimus, ut agat vice nostra, quatenus statutum nostrum vel tibi vel universis fratribus innotescat; quia omnes debent nosse quod agitur, quoties omnium causa tractatur ».[1]

Quam quidem sententiam Eomanus Pontifex Alexandrina Patriarchae gravibus hisce verbis exsequendam mandavit: « Auctoritate igitur tecum nostrae sedis ascita, nostra vice usus, hanc exsequens districto vigore sententiam, ut aut intra decem dies ab huius conventionis die numerandos, pravas praedicationes suas scripta professione condemnet, et hanc se de nativitate Christi Dei nostri fidem tenere confirmet, quam et Eomana et tuae sanctitatis Ecclesia et universalis devotio tenet; aut nisi hoc fecerit, mox sanctitas tua illi Ecclesiae provisura, a nostro eum corpore modis omnibus sciat esse removendum ».[2]

At nonnulli superioris recentiorisque aetatis scriptores, lueulentissimam documentorum, quae rettulimus, auctoritatem veluti eludere conantes, hanc de re universa protulerunt sententiam, saepenumero non sine elatioris animi iactantia. Esto quidem, ita inconsulto effutiunt, Eomanum Antistitem peremptorium edidisse iudicium atque absolutum, quod Alexandrinus Episcopus, pro sua in Kestorium simultate, provocaverit suumque libentissime fecerit; nihilo setius coactum postea Ephesi Concilium caussam ab Apostolica Sede iam iudicatam et omnino reprobatam, iterum atque ex integro iudicavit, et quid esset ab omnibus de re sentiendum suprema statuit auctoritate sua. Ex quo colligi arbitrantur Oecumenicum Concilium iuribus pollere Eomani Episcopi auctoritate omnino potioribus atque validioribus.

Quod tamen eos et perperam moliri et fucata veritatis specie effingere nemo est qui non videat, dummodo ad historiae fidem

[1] MANSI, 1. c, IT, 1034 sq.

[2] MIGNE, P. *L.*, 50, 463; cfr. MANSI, 1. c, IV, 1019 sq.

alieno que prorsus a praeiudicatis opinionibus animo in rerum gesta litterarumque monumenta diligenter introspiciat. Etenim animadvertendum primo est, cum Theodosius Imperator, Talen - tiniani etiam conlegae sui nomine, Oecumenicam Synodum indixerit, nondum Caelestini sententiam Constantinopolim allatam esse, adeoque inibi neutiquam fuisse cognitam. Praeterea, cum indictam ab Imperatoribus Ephesinam Synodum Cáelestinus comperisset, minime suscepto eiusmodi consilio obstitit; quin immo, datis litteris ad Tbeodosium[1] et ad Alexandrinum Antistitem,[2] et huiusmodi dilaudavit propositum et legatos suos, qui Concilio praeessent, Cyrillum scilicet Patriarcham, Arcadium et Proiectum Episcopos ac Philippum presbyterum, delegit ac renuntiavit. In hac tamen agendi ratione Eomanus Pontifex non caussam adhuc iniudicatam arbitrio Concilii reliquit, sed revera manentibus, ita ipsemet, « quae a nobis antea statuta sunt »[3] ita conciliaribus Patribus ab se latam sententiam exsequendam mandavit, ut iidem, si fieri posset, conlatis inter se consiliis admotisque ad Deum precibus, errantem Constantinopolitanae sedis Episcopum ad unitatem fidei reducere contenderet. Ita enim Cyrillo, a Pontifice j)ercontanti quomodo se in negotio gereret, scilicet « utrum sancta Synodus recipere debeat hominem a se praedicata damnantem; an, quia induciarum tempus emensum est, sententia dudum lata perduret», Caelestinus rescribit: « Tuae sit hoc sanctitatis cum venerando fratrum Concilio ut orti in Ecclesia strepitu s comprimantur, et finitum, Deo iuvante, negotium votiva correctione discamus. Conventui autem nos deesse non dicimus, neque enim ab his absentes esse possumus, quibus nos ubicumque positis, fides tamen una coniungit... Illic sumus, quia quod illic pro omnibus agitur, cogitamus; spiritualiter agimus, quod corporaliter agere non videmur. Studeo quieti catholicae, studeo pereuntis saluti, si tamen voluerit aegritudinem confiteri. Quod ideo dicimus, ne volenti se corrigere forsitan

[1] MANSI, 1. c, IV, 1291.
[2] MANSI, 1. c, IV, 1292.
[3] MANSI, 1. c, IV, 1287.

deesse videamur... Probet nos veloces pedes ad effundendum sanguinem non habere, quando sibi etiam remedium cognoscat oblatum ».[1]

Atsi haec Caelestini verba paternum illius ostendunt animum,, ac luculentissime testantur nihil eum habuisse antiquius quam ut germanae fidei lumen obcaecatis mentibus affulgeret, adeoque errantium reditu laetaretur Ecclesia; verumtamen quae legatis' suis ipsemet praescripsit Eph esum proficiscentibus, eiusmodi profecto sunt ut illam patefaciant Pontificis curam sollicitudinemque, qua divinitus accepta Eomanae Sedis iura sarta tectaque iusserit esse servanda. Haec enim inter alia habet: « Auctoritatem Sedis Apostolicae custodiri debere mandamus; siquidem et instructiones, quae vobis traditae sunt, hoc loquantur, ut interesse conventui debeatis, ad disceptationem si fuerit ventum, vos de eorum sententiis iudicare debeatis, non subire certamen ».[2]

Neque aliter se gesserunt legati, annuentibus sane sacrae, Synodi Patribus. Siquidem, absolutissimis, quae supra memoravimus, Pontificis mandatis firmiter fideliterque obsecuti, cum Ephesum, peracta iam actione prima iidem pervenissent, ea omnia quae in superiore coetu decreta essent, sibi reddenda esse expostularunt ut, Apostolicae Sedis nomine, confirmata rataque haberentur: « Rogamus ut ea nobis patefieri mandetis, quae ante adventum nostrum in sancta hac Synodo acta sunt, quo iuxta beati Papae nostri praesentisque huius sancti coetus sententiam nos quoque confirmemus ... »[3]

Ac Philippus presbyter coram Concilio universo praeclaram illam pronuntiavit de Romanae Ecclesiae primatu sententiam, quam ipsa refert dogmatica Vaticanae Synodi Constitutio «Pastor Aeternus».[4] Scilicet: «Nulli dubium, imo saeculis omnibus notum est, quod sanctus beatissimusque Petrus Apostolorum princeps et caput, fideique columna, et Ecclesiae catholicae fun-

[1] MANSI, L c, IV, 1292.

[2] MANSI, L c, IV, 556.

[3] MANSI, L C, IV, 1290.

[4] Conc. Vatic, sess. IV, cap. 2.

damentum, a Domino nostro Iesu Christo, Salvatore humani generis ac Eedemptore, claves regni accepit, solvendique ac ligandi peccata potestas ipsi data est: qui ad hoc usque tempus et semper in suis successoribus vivit et iudicium exercet ».[1]

Quid amplius? Numquid Oecumenici Concilii Patres huic Caelestini eiusque legatorum agendi rationi obstiterunt, vel aliquo pacto adversati sunt? Minime prorsus. Quin immo litterarum monumenta supersunt, quae suam ipsorum observantiam reverentiamque apertissime ostendunt. Etenim in secunda sacrae Synodi actione cum pontificii legati, Caelestini litteras peragentes, haec inter alia edicerent: «Direximus pro nostra sollicitudine sanctos fratres et consacerdotes nostros unanimes nobis et probatissimos viros Arcadium et Proiectum Episcopos et Philippum presbyterum nostrum, qui iis, quae aguntur, intersint, et ea, quae a nobis antea statuta sunt, exsequantur; quibus praestandum a vestra sanctitate non dubitamus assensum...»;[2] tantum abest ut conciliares Patres hanc veluti supremi iudicis sententiam infitiati sint, ut potius eam una voce dilaudantes, Eomanum Pontificem amplissimis hisce acclamationibus cohabitaverint: « Hoc iustum iudicium! Novo Paulo Caelestino, novo Paulo Cyrillo, Caelestino custodi fidei, Caelestino cum Synodo concordi, Caelestino universa Synodus gratias agit; unus Caelestinus, unus Cyrillus, una fides Synodi, una fides orbis terrarum ».[3]

Ubi vero ad Nestorii damnationem reprobationemque ventum est, iidem conciliares Patres non libere sibi atque ex integro putant rem esse iudicandam, sed sese Eomani Pontificis oraculo praeoccupatos atque « coactos » aperte profitentur: « Deprehendentes... ipsum (Nestorium) impie sapere et praedicare, coacti per sacros canones et per epistolam sanctissimi Patris nostri et comministri Caelestini, Eomanae Ecclesiae Episcopi, lacrymas subinde perfusi, ad lugubrem hanc contra eum sententiam necessario venimus. Igitur Dominus noster Iesus Christus, blasphemis

[1] MANSI, 1. c„ IV, 1295.

[2] MANSI, 1. o„' IV, 1287.

[3] MANSI, 1. c, IV, 1287.

illius vocibus impetitus, per sanctissimam banc Synodum, eumdem Nestorium episcopali dignitate privatum et ab universo sacerdotum consortio et coetu alienum esse definivit ».[1]

Atque idem omnino Firmus, Episcopus Caesariensis, in secunda Concilii actione, apertis bisce verbis, professus est: «Apostolica et Sancta Sedes, Caelestini sanctissimi episcopi per litteras, quas ad religiosissimos Episcopos... misit, etiam ante de praesenti negotio sententiam regulamque praescripsit, quam nos quoque secuti... quoniam Nestorius, a nobis citatus, non paruit, formam illam exsecutioni mandavimus, canonicum apostolicumque iudicium in eum proferentes ».[2]

Iamvero, quae alia ex aliis documenta adhuc a Nobis revocata sunt tam expresse significanterque evincunt communem iam tunc in universa Ecclesia viguisse fidem de Romani Pontificis in omnem Christi gregem auctoritate, nulli quidem subiecta ac falli nescia, ut eadem Nobis perspicuam illam atque dilucidano, in mentem reducant Augustini sententiam, paucis ante annis de Zosimi papae per Epistulam Tractoriam iudicio in Pelagianos prolato: « In his verbis Apostolicae Sedis tam antiqua atque fundata, tam certa et clara est catholica fides, ut nefas sit de illa dubitare christiano ».[3]

Atque utinam sanctissimus ille Hipponensis Episcopus in Ephesina Synodo interesse potuisset; quantopere, mira ingenii sui acie disceptationum discrimen perspiciens, catholicae veritatis dogmata inlustrasset, eaque animi sui fortitudine tuitus esset. Attamen, ubi Imperatorum legati Hipponem pervenerunt, qui invitationis litteras eidem redderent, nihil aliud superfuit, nisi ut praeclarum illud christianae sapientiae iubar exstinctum, eiusque sedem a Vandalis vastatam complorarent.

Nos non latet, venerabiles fratres, ex iis nonnullos, qui, nostra praesertim aetate, historiae pervestigationibus dant operam, totos esse non modo in Nestorio de haereseos labe purgando,

[1] MANSI, 1. c, IV, 1294 sq.

[2] MANSI, 1. o., IV, 1287 sq.

[3] *Epist. 190;* Corpus Scriptorum ecclosiastieorum latinorum, 57, p. 159 sq.

sed etiam in sanctissimo illo Alexandrum episcopo Cyrillo idcirco iniquae simultatis accusando, quod Nestorium sibi invisum calumniatus sit, atque ob ea, quae non doeuisset, ad eiusdem damnationem provocandam omnibus prorsus viribus contenderat. Quam quidem criminationem, sane gravissimam, iidem Constantinopolitani episcopi defensores beatissimo ipsi decessor! Nostro Caelestino, cuius imperitia Cyrillus abusus esset, ac vel ipsi sacrosanctae Epbesinae Synodo non verentur innrere.

Verumtamen inani huiusmodi auso atque temerario universa reprobando réclamât Ecclesia, quae et nullo non tempore Nestorii damnationem agnovit iure meritoque prolatam, et Cyrilli doctrinam orthodoxam tenuit, et Ephesinum Concilium in Oecumenicis Synodis, Spiritu Sancto afflante, celebratis semper habuit atque nunquam non est venerata.

Etenim, ut bene multa mittamus atque luculentissima litterarum monumenta, omnes profecto norunt complures etiam Nestorii asseclas — qui rerum decursum suis oculis perspectum habuerant, quique nulla cum Cyrillo necessitudine iungebantur — quamvis ob Nestorii amicitiam, ob magnam scriptorum eius allegationem obque incensum ipsum disceptationum ardorem in adversam partem commoverentur, post tamen Ephesinam Synodum veluti luce veritatis perculsos, Constantinopolitanum Episcopum haereticum iusta Ecclesiae lege vitandum pedetemptim deseruisse. Quos inter nonnulli superstites pro certo erant, cum decessor "Noster f. r. Leo Magnus ita ad Paschasinum Lilybetanum episcopum, eumdemque suum ad Chalcedonense Concilium legatum, scribebat: « Totam Constantiriopnlitanam Ecclesiam cum monasteriis omnibus et multis episcopis noveris praebuisse consensum, et subscriptionibus suis Nestorium atque Eutychen cum suis anathematizasse dogmatibus ».[1] In dogmatica autem ad Leonem imperatorem epistula Nestorium apertissime tamquam haereticum et haereseos magistrum, nemine refragante, redarguii; siquidem: « Anathematizetur ergo —inquit—Nestorius,

[1] MANSI, 1. c, VI, 124.

qui beatam Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo, credidit genitricem, ut aliam personam carnis faceret, aliam Deitatis, nec unum Christum in Verbo Dei et carne sentiret, sed separatim atque seiunctim alterum filium Dei, alterum hominis praedicaret ».[1] Hoc item prorsus Chalcedonense Concilium, Nestorium iterum reprobando atque Cyrilli doctrinam dilaudando, sollemniter sanxisse nemo est qui ignoret. Ac sanctissimus decessor Noster Gregorius Magnus, vixdum ad beati Petri cathedram evectus est, in synodica sua ad orientales Ecclesias epistula, quatuor memoratis Oecumenicis Conciliis, Nicaeno nempe, Constantinopolitano, Ephesino atque Chalcedonense nobilissimam hanc de iisdem **habet** maximique momenti sententiam: « ... In his, velut in quadrato lapide, sanctae fidei structura consurgit, et cuiuslibet vitae atque actionis exsistat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra aedificium iacet ».[2] Omnes igitur in comperto habeant Nestorium revera haeretica praedicasse commenta, Alexandrinum Patriarcham strenuum exstitisse catholicae fidei defensorem, ac Caelestinum Pontificem, una cum Ephesina Synodo, et avitam doctrinam tutatum esse et supremam Apostolicae Sedis auctoritatem.

II

Iam nunc, venerabiles fratres, ad ea doctrinae capita altius investiganda gradum faciamus, quae Oecumenica Ephesina Synodus per ipsam Nestorii damnationem palam professa est suaque auctoritate sanxit. Scilicet, T^raeterquam quod Pelagianam haeresim reprobavit eiusque damnavit fautores — quos inter et Nestorium fuisse non est dubium — illud potissimum in caussa fuit ac fere concorditer a Patribus sollemniter que confirmatum; videlicet impiam omnino esse ac Sacris Litteris repugnantem huius haeresiarchae sententiam, ideoque certum prorsus

[1] MANSI, l. c, VI, 351-354.

[2] MIGNE, *P. L.*, 77, 478; cfr. MANSI, 1. c, IX, 1048.

quod ipsemet renuebat, nimirum unam esse in Christo personam eamdemque divinam. Cum enim Nestorius, ut diximus, Divinum Verbum humanae naturae non substantialiter atque hypostatice in Christo uniri praefracte contenderet, sed accidentali quodam ac morali vinculo, Ephesini Patres, Constantinopolitanum episcopum damnantes, rectam de Incarnatione doctrinam, firmiter ab omnibus retinendam, aperte professi sunt. Ac sane Cyrillus in epistulis et capitulis ad Nestorium iam antea datis atque Oecumenicae insertis huius Synodi Actis, mire cum Romana Ecclesia consentiens, haec disertis iteratisque tuebatur verbis: « Nulla itaque ratione unum Dominum nostrum Iesum Christum in duos filios divellere fas est... Non enim Scriptura dicit Verbum hominis personam sibi associasse, sed carnem factum esse. Quod autem Verbum caro factum perhibetur, id aliud nihil est quam quod perinde ac nos carni et sanguini eommunicavit; suum ergo fecit nostrum corpus prodiit que homo ex muliere, deitate interim aut ex Patre nativitate non abiecta: mansit enim in ipsa quoque carnis assumptione quod erat ». [1]

Etenim sacro edocemur eloquio divinaque traditione, Dei Patris Verbum non cuidam homini, in se iam subsistent!, se coniunxisse, at unum eumdemque Christum Dei Verbum esse¿ in Patris sinu aevo sempiterno perfruens, atque hominem in tempore factum. Siquidem divinitatem humanitatemque in Christo Iesu, humani generis Redemptore, mirabili illa vinciri unione, quae hypostatica iure meritoque dicitur, ex eo luculentissime evincitur, quod in Sacris Litteris idem unus Christus non modo Deus et homo vocatur, sed etiam ut Deus itidemque homo operari, ac denique qua homo mori, qua Deus e mortuis resurgere praeclare perhibetur. Scilicet, qui in sinu Virginis Spiritus Sancti opera conceptus, nascitur, iacet in praesepio, filium hominis se nominat, patitur, crucique affixus moritur, idem prorsus est qui ab Aeterno Patre «Filius meus dilectus»[2] prodigiali sollemnique modo

[1] MANSI, 1. c, IV, 891.

[2] MATTH., III, 17; XVII, 5; *II Petr.,* 17.

appellatus, cum admissorum veniam divina potestate condonai,[1] tum aegrotos propria virtute sua ad sanitatem[2] ac mortuos revocat ad "vitam.[3] Quae quidem omnia ut luculenter ostendunt duas esse in Christo naturas, e quibus et humana et divina eliguntur opera, ita haud minus luculenter testantur unum esse Christum, Deum hominemque simul, ob illam divinae personae unitatem, qua « Theanthropos » vocatur.

Hanc praeterea doctrinam perpetuo ab Ecclesia traditam per humanae Redemptionis dogma comprobari atque confirmari nemo est qui non videat. Enimvero quomodo poterat Christus « primogenitus in multis fratribus »[4] vocari, vulnerari propter iniquitates nostras,[5] nosque a peccati servitute redimere, nisi humana, aeque ac nos, f meretur natura? Atque itidem, quo pacto poterat ipse Caelestis Patris omnino placare iustitiam, ab humano genere violatam, nisi immensa polieret, ex divina persona sua, atque infinita dignitate?

Neque hoc catholicae veritatis caput ex eo infitiari licet, quod, si Redemptor noster humana carere persona dicatur, idcirco humanae eius naturae aliqua videatur deesse perfectio, quare ipsemet, ut homo, minor nobis evadat. Sicut enim subtiliter sagaciterque admonet Aquinas, «personalitas in tantum pertinet ad dignitatem alicuius rei et perfectionem, inquantum ad dignitatem alicuius rei et perfectionem eius pertinet, quod per se exsistat; quod in nomine personae intelligitur: dignius autem est alicui, quod exsistat in aliquo se digniore, quam quod exsistat per se; et ideo ex hoc ipso humana natura dignior est in Christo, quam in nobis, quod in nobis quasi per se exsistens propriam personalitatem habet, in Christo autem exsistit in persona Terbi; sicut etiam esse completivum speciei pertinet ad dignitatem formae: tamen sensitivum nobilius est in homine propter coniunctionem

[1] MATTH., IX, 2-6; Luc, V, 20-24; VII, 48 et alibi.

[2] MATTH., VIII, 3; MARC, I, 41; Luc, V, 13; IOANN., IX et alibi.

[3] IOANN., XI, 43; Lue, VII, 14 et alibi.

* *Rom.*, VIII, 29.

[5] ISAI., LUI, 5; MATTH., VIII, 17.

ad. nobiliorem f orcnam completivam, quam sit in bruto animali, in quo est forma completiva ».[1]

Praeterea operae hic pretium est animadvertere, quemadmodum Arius, callidiSsimus ille catholicae unitatis subversor, divinam Verbi eo o substantialem que Aeterno Patri naturam impugnavit, ita Nestorium, alia prorsus via progressum, hypostaticam nimirum Redemptoris unionem renuendo, plenam atque integram Christo, quamvis non Verbo, denegasse divinitatem. Si enim morali tantummodo nexu, ut perperam ipse hariolabatur, divina natura cum humana copularetur in Christo —quod quidem, ut diximus, prophetae etiam ceterique christianae Sanctitatis héroes, ob suam cuiusque cum Deo coniunctionem, quodammodo assecuti sunt — vel parum differret, vel minime prorsus, humani generis Servator ab iis, quos sua gratia suoque sanguine redemit. Abdicata igitur hypostaticae unionis doctrina, in qua Incarnationis humanaeque Redemptionis dogmata innituntur atque consistunt, totum concidit ac corrai t catholicae religionis fundamentum.

Quapropter haud miramur si, ingruente Nestorianae haereseos periculo, catholicus orbis contremuit universus; haud miramur si Constantinopolitano Episcopo, avitae fidei temere vaferrimeque adversanti, Ephesina Synodus acriter obstitit, eumque, Romani Pontificis sententiam exsecuta, diro perculit anathemate.

Nos itaque, omnibus christiani aevi aetatibus concordi respondentes animo, humani generis Redemptorem non « Eliam... aut unum ex Prophetis » veneramur, quos caeleste Numen per gratiam suam inhabitat, sed cum Apostolorum Principe, arcanum eiusmodi divinitus agnoscente, una voce profitemur: « Tu es Christus, Filius Dei vivi ».[2]

Quo veritatis dogmate in tuto posito, facile inde colligi potest universam hominum rerumque mundanarum concretionem ea dignitate per mysterium Incarnationis adauctam esse, qua maior intellegi profecto nequeat, eâ sane grandiore, ad quam per

[1] ***Summ. Theol,* III, q. II, a. 2.**

[2] MATTH., XVI, 14.

creationis opus provecta fuerit. Ita enim in Adae subole unus habetur, nempe Christus, qui sempiternam omnino attingit infinitamque divinitatem, cum eademque arcano arctissimoque modo coniungitur; Christum dicimus, fratrem quidem nostrum, humanaque natura praeditum, at Deum etiam nobiscum, seu Emmanuelem, qui sua nos gratia suisque promeritis cum ad divinum omnes reducit Auctorem, tum ad eam revocat caelestem beatitatem, e qua per originale peccatum misere delapsi sumus. Gratum igitur eidem habeamus animum, eius sequamur praecepta, imitemur exempla. Ita enim eius divinitatis consortes erimus, « qui humanitatis nostrae fieri dignatus est particeps ».[1]

Atsi, ut diximus, nullo non tempore, per saeculorum decursum, germanam huiusmodi atque incorruptam de personali Conditoris sui unitate atque divinitate doctrinam vera Iesu Christi Ecclesia diligentissime tutata est, non ita, proh dolor, apud eos contingit, qui extra unum Christi ovile miserrime vagantur. Quandocumque enim ab infallibili Ecclesiae magisterio se quis pertinaciter eripit, certam in eo veramque de Iesu Christo doctrinam sensim deficere lamentamur. Et sane, si tot tamque varias religiosas factiones, eas praesertim, quae inde a saeculis xvi et xvn exortae, christiano adhuc ornantur nomine, quaeque ab inito discidio suo firmiter Christum Deum hominemque profitebantur, quid nunc de eo sentiant interrogemus, absimilia profecto atque inter se pugnantia habeamus responsa: nam pauci quidem ex iis rectam de Redemptoris nostri persona doctrinam plenamque fidem servarunt; alii vero, si qua ratione simile aliquid affirmant, vaporantia tamen aromata sapere videntur, sua iam re destituta. Etenim Iesum Christum velut hominem proponunt, divinis charismatibus praeditum, arcano quodam modo prae aliis divinitati coniunctum, Deo maxime propinquum; at longe ab integra absunt atque sincera catholicae fidei professione. Alii denique nihil divini in Christo agnoscentes, eum merum hominem profitentur, eximiis quidem animi corporisque dotibus ornatum, sed erroribus etiam atque

[1] **Ordo Missae.**

humanae fragilitati obnoxium. Ex quo liquido patet hos omnes, aeque ac Nestorium, velle temerario auso «solvere Christum» ideoque, teste Ioanne Apostolo, non esse ex Deo.[1]

Nos igitur e supremo huius Apostolicae Sedis fastigio eos omnes paterno animo adhortamur, qui se Christi asseclas esSe gloriantur, quique in ipso cum singulorum, tum humanae consortionis spem salutemque reponunt, ut firmius in dies arctiusque Romanae Ecclesiae adhaereant, in qua una Christus integra perfectaque fide creditur, sincero adorationis cultu colitur, atque perpetua incensae caritatis flamma diligitur. Meminerint iidem, ii praesertim qui seiuncto a Nobis gregi praesunt, quam maiores sui Ephesi sollemniter protessi sunt fidem, eam, quemadmodum anteacta aetate ita in praesens, a suprema hac veritatis Cathedra immutatam servari strenueque defendi; meminerint huiusmodi germanae fidei unitatem in una tantummodo petra inniti ac consistere a Christo posita, itemque, per supremam Beati Petri successorum auctoritatem, sartam tectamque servari posse.

De hac quidem catholicae religionis unitate paucis ante annis per Encyclicas Litteras «Mortalium animos» fusius disseruimus; iuvat tamen heic rem breviter in mentem redigere, cum hypostatica Christi unio, in Ephesina Synodo sollemniter confirmata, illius unitatis imaginem referat atque proponat, qua Redemptor noster mysticum corpus suum, Ecclesiam nempe, ornatum voluit, «unum corpus»[2] «compactum et connexum».[3] Nam si personalis Christi unitas arcanum exsistit exemplar, ad quod ipsemet unam christianae societatis compagem conformare voluit, id: profecto non ex commenticia quadam oriri posse multorum inter se discordiam coniunctione, sed ex una solummodo hierarchia,, ex uno summoque magisterio, ex una credendi lege, unaque christianorum fide nemo cordatus non videat. * Hanc Ecclesiae unitatem, quae in communione cum Apostolica Sede continetur^

i **Cfr.** ***I Ioann.,*** **IV, 3.**

« I Cor., **XII, 12.** ***a***

***** ***Ephes.,*** **IV, 16.**

*** Cfr. Litt. Encycl.** ***Mortalium animos.***

praeclare in Ephesina Synodo Philippus Romani Episcopi legatus testatus est, qui Conciliares Patres litteris a Caelestino datis una voce plaudentes alloquens, memoranda haec protulit verba: « Gratias agimus sanctae venerandaeque Synodo, quod litteris sancti beatique Papae nostri vobis recitatis, sancta membra sanctis vestris vocibus sancto capiti, sanctis etiam vestris exelamationibus vos adiunxeritis. Eon enim ignorat vestra beatitudo totius fidei vel etiam Apostolorum caput esse beatum Apostolum Petrum ». [1]

Quodsi umquam, nunc maxime, venerabiles fratres, boni omnes una eademque in Iesum Christum eiusque mysticam Sponsam Ecclesiam sincera fidei professione obstringantur oportet, eum tot ubique homines suave Christi iugum excutere conentur, eius doctrinae lucem respuant, gratiae rivos proculcent, divinam denique auctoritatem eius répudient, qui factus est, secundum illud Evangelii, «in signum cui contradicetur». [2] E lacrimabili eiusmodi a Christo defectione eum innumera proficiscantur increscentia cotidie detrimenta, opportunum ab eo omnes remedium quaerant, qui unus « sub caelo datus est hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri ». [3]

Ita enim tantummodo, mortalium animis sacro aspirante Iesu Corde, cum singulis hominibus, tum domestico convictui ipsique civili societati, tam acriter in praesens perturbatis, feliciora poterant emergere tempora.

III

Ex hoc vero, quod adhuc attigimus, catholicae doctrinae capite illud necessario consequitur divinae maternitatis dogma, quod de B. Virgine Maria praedicamus: « non quod — ut Cyrillus admonet —Verbi natura ipsiusve divinitas ortus sui principium ex sancta Virgine sumpserit, sed quod sacrum illud corpus anima

1 MANSI, 1. c, IV, 1290.

2 **Luc, II, 34.**

» *Act,* **IV, 13.**

intelligente perfectum ex ea traxerit, cui et Dei Verbum secundum hypostasim unitum, secundum carnem natum dicitur ».[1]

Enimvero, si Filius B. Mariae Virginis Deus est, illa pro certo, quae eum genuit, Dei Mater iure est meritoque appellanda; si una est Iesu Christi persona, eaque divina, procul dubio Maria non Christi hominis Genitrix tantummodo, sed Deipara, seu Theotocos vocari ab omnibus debet. Quae igitur ab Elisabeth, cognata sua, «Mater Domini mei»[2] salutatur, quae ab Ignatio martyre Deum peperisse dicitur,[8] et ex qua Tertullianus Deum natum esse profitetur,[4] illam utique omnes almam Dei Parentem venerentur, cui plenam contulit aeternum Numen gratiam, tantaque adauxit dignitate.

Ac porro, hanc a prima Ecclesiae aetate traditam veritatem non quispiam ex eo reiicere poterit, quod B. Virgo Maria corpus quidem Iesu Christo praebuerit, non caelestis Patris generaverit Verbum; siquidem, ut suo iam tempore Cyrillus recte dilucideque respondet,[5] quemadmodum ceterae omnes, in quorum sinu terrena nostra concretio non anima procreato humana, matres revera dicuntur ac sunt, ita ipsa itidem ex una Filii sui persona divinam adepta est maternitatem.

Merito igitur,* impiam Nestorii sententiam, quam Romanus Antistes, divino Spiritu ductus, superiore anno damnaverat, iterum Ephesina Synodus sollemniter reprobavit.

Atque tanta in Deiparam Virginem Ephesina plebs ferebatur pietate, tanto aestuabat amore ut, cum latum a conciliaribus Patribus iudicium intellexi sset, effusa animorum laetitia eosdem conclamaret, atque ardentibus instructa facibus confertoque agmine, domum usque comitaretur. Ac pro certo ipsamet magna Dei Parens, mirando eiusmodi spectaculo suaviter de caelo arridens, suos Ephesi filios eunctosque catholici orbis christifideles,

[1] MANSI, 1. c, IV, 891.

[2] Luc, I, 43.

* *Ephes.,* VII, 18-20.

* *De carne Chr.,* 17, *P. L.,* II, 781.

[8] Cfr. MANSI, 1. c, IV, 599.

Nestorianae haereseos insidiis perturbatus, materno animo praesentissimoque auxilio suo prosecuta est.

Quo ex divinae maternitatis dogmate, veluti ex arcanae seaturiginis fonte, singularis profluit Mariae gratia eiusque summa post Deum dignitas. Quin immo, ut praeclare scribit Aquinas: « Beata Virgo ex hoc quod est Mater Dei, habet quandam dignitatem infinitam ex bono infinito quod est Deus ».[1] Quod satius hisce verbis Cornelius a Lapide enucleat atque explicat: « Beata Virgo est Mater Dei; ergo ipsa longe excellentior est omnibus angelis, etiam seraphinis et cherubinis. Mater Dei est; ergo purissima est et sanctissima, adeo ut sub Deo maior puritas intelligi nequeat. Mater Dei est; ergo quidquid ulli Sanctorum concessum est privilegii (in genere gratiae gratum facientis), hoc illa prae omnibus obtinet ».[2]

Cur igitur Novatores atque acatholici non pauci tam acerrime nostram reprobant in Deiparam Virginem pietatem, veluti nos cultum subducamus uni Deo debitum?

An nesciunt iidem, neve attente considerant nihil posse Iesu Christo gratius obvenire, qui in Matrem suam magno profecto üagrat amore, quam si eam pro merito veneremur, impense redamemus, eiusque sanctissima imitantes exempla validum patrocinium eius conciliare nobis studeamus?

Nolumus tamen heic rem silentio praeterire, quae haud mediocri solacio Nos afficit, videlicet nostris hisce temporibus Novatores etiam nonnullos Deiparae Virginis dignitatem melius agnoscere, ad eamque studiose reverendam honorandamque allici atque moveri. Quod quidem, dummodo ex intima atque sincera eorum conscientia, non autem ex tecta quadam ratione conciliandi sibi catholicorum animos proficiscatur, ut alicubi evenire comperimus, Eos omnino sperare iubet fore ut — ad rem bonis omnibus orando operandoque enitentibus ac Beata Virgine deprecante, quae errantes filios materno prosequitur animo — ipsimet ad unum Iesu Christi gregem adeoque ad Nos, qui licet immeren-

[1] ***Summ. Theol.,* I, q. XXV, a. 6.**

[2] ***In Matth.,* I, 6,**

tes, eins in terris partes agimus auctoritatemque sustinemus, tandem aliquando reducantur.

At aliud etiam, venerabiles fratres, in Mariae maternitatis munere Nobis recolendum putamus, quod quidem sapit dulcius, sapit suavius. Ipsa scilicet ex hoc quod humani generis peperit Redemptorem, nostrum quoque omnium, quos Christus Dominus fratres habere voluit,[1] quodammodo exsistit benignissima mater.

« Talem, ita decessor Noster f. r. Leo XIII, nobis praestitit Deus, cui, hoc ipso quod TJnigenae sui Matrem elegit, maternos plane indidit sensus, aliud nihil spirantes nisi amorem et veniam; talem facto suo Iesus Christus ostendit, cum Mariae subesse et obtemperare ut matri filius sponte voluit; talem de cruce praedicavit, cum universitatem humani generis, in Ioanne discípulo, curandam ei fovendamque commisit; talem denique se dedit ipsa, quae eam immensi laboris hereditatem, a moriente Filio relictam, magno complexa animo, materna in omnes officia confestim coepit impendere ».[2]

Ex quo fit ut ad eam praepotenti quadam impulsione feramur, ut nostra omnia — gaudia scilicet, si laetamur; aerumnas, si angimur; spes, si ad meliora tandem emergere nitimur — fidentes eidem concredamus; ex quo fit ut, si difficiliora inciderint Ecclesiae tempora, si fides labet quod refrixerit caritas, si privati publicique mores in deterius vergant, si aliquod catholico nomini civilique consortioni periculum impendeat, supplices ad eam perfugiamus caelestem opem deprecantes; ex quo denique fit ut in supremo mortis discrimine, cum nulla aliunde spes detur, nullum auxilium, ad eam lacrimantes oculos trementesque manus attollamus, veniam a Filio suo per eam efflagitantes, aeternamque in caelis felicitatem.

Incensiore igitur studio, in praesentibus, quibus afificimur, necessitatibus eam adeant omnes; ab eaque instanti supplicatione contendant « ut exorato Filio, aberrantes nationes ad christiana redeant instituta et praecepta, in quibus salutis publicae firmamentum consistit, unde et expetitae pacis et verae beati'-

1 Bora., VIII, 29.

2 Epist. Encycl. *Octobri mense adventante,* die xxii Sept. MDCCCXCI.

tatis copia efflorescit. Ab ipsa eo impensius contendant, quod bonis omnibus exoptatissimum esse debet, ut Ecclesia mater libertate potiatur tranquilleque fruatur sua; quam non alio illa refert nisi ad summas hominum procurandas rationes, a qua **shir** guli et civitates nulla usquam damna, plurima omni tempore et maxima beneficia senserunt ».[1]

At peculiare praesertim beneficium exoptamus, idque maximi quidem ponderis, auspice caelesti Regina, ab omnibus implorari. Scilicet, quae tam ardenti pietate a dissidentibus Orientis populis adamatur ac colitur, ne patiatur ipsa ut ab Ecclesiae unitate adeoque a Eilio suo, cuius Nos in terris vice fungimur, misere iidem aberrant atque adhuc semper abducantur. Redeant ad com* munera. Patrem, cuius sententiam omnes Ephesinae Synodi Patres observantissime exceperunt, quemque concordi plausu « custodem fidei » consalutarunt; ad Nos redeant omnes, qui paternum omnino in eos gerimus animum, quique libenter amantissima illa verba facimus Nostra, quibus Cyrillus Nestorium enixe adhortatus est ut « Ecclesiarum pax conservetur, dilectionisque et concordiae vinculum inter Dei sacerdotes indissolubile permaneat ».[2]

Atque utinam quam primum laetissimus ille dies illucescat, cum Deipara Yirgo in Liberiana Basilica a decessore Nostro Sixto III tessellato opere affabre expressa —quod quidem opus Nosmet ipsi ad pristinum decorem restitutum voluimus — descitos a Nobis filios redeuntes omnes cernat, Nobiscum ipsam uno animo unaque fide veneraturus. Id erit profecto Nobis tam iucundum, quam quod maxime.

Auspicato praeterea ducimus contigisse Nobis quindeciens huiusmodi saecularem celebrationem agere; Nobis dicimus, qui casti connubii dignitatem sanctitudinemque contra ingruentes omne genus fallacias tuiti sumus;[3] quique sacrosancta in iuvene tutis educationem iura et sollemniter catholicae Ecclesiae vindi^ eavimus, et quibus esset rationibus eadem tradenda, quibus prin-

[1] **Epist. Encycl, s, c.**

[2] MANSI, 1. c., IV, 891.

[8] **Litt. Encycl. *Casti connubii,* die xxi Decemb.** MDCCCCXXX:.

eipiis conformanda ediximus atque explanavimus.[1] Haec enim quae de utraque re edidimus praecepta eximium habent in divinae maternitatis munere inque Nazarethana illa familia exemplum, quod omnibus ad imitandum proponatur. « Habent revera — ita decessor Noster, f. r. Leo XIII — patremfamilias in Ioseph vigilantiae providentiaeque paternae praeclaiissimam normam: habent matres in Sanctissima Yirgine Deipara amoris, verecundiam, submissionis animi perfectaeque fidei insigne specimen: filii vero familias in Iesu, qui erat subditus illis, habent divinum obedientiae exemplar, quod admirentur, colant, imitentur ».[2]

At peculiari modo opportunum est ut illae praesertim nostrae huius aetatis matres, quae vel prolis, vel coniugalis vinculi pertaesae, susceptum ab se officium prostratum violatumque habent? Mariam suspiciant intentoque animo meditentur, quae gravissimum maternitatis munus ad tantam evexit nobilitatem. Ita enim spes subest fore ut ad pudendum dedecoris notae magno matrimonii sacramento inustae, caelestis Eeginae aspirante consilio, inducantur; et ad mirabiles eius virtutum laudes pro viribus assequendas salubriter excitentur.

Quae si omnia ex sententia cedant, si domestica nempe societas — totius humanae convictionis principium atque firmamentum — ad dignissimum huius sanctitatis normam revocetur, procul dubio formidoloso illi, quo conflictamur, maiorum discrimini aliquando tandem occurrere atque mederi poterimus.

Ita enim continget ut « pax Dei, quae exsuperat omnem sensum », omnium « corda et intelligentias custodiat »;[3] atque optatissimum Christi Regnum, foederatis animis viribusque, ubique gentium feliciter constabiliatur.

Nolumus denique Encyclicis hisce Litteris finem facere, quin rem vobis, venerabiles fratres, significemus omnibus pro certo gratam. Cupimus scilicet ut liturgicum non desit saecularis huius eoinmemorationis monumentum, quod ad pietatem conferat erga

[1] **Litt. Encycl. *Divini illius Magistri,* die xxi Decemb.** MDCCCCXXIX.

[2] **Litt. Apost. *Neminem fugit,* die xiv Ian.** MDCCCLXXXXII.

*** *Phü.,* IV,** 7.

summmam Dei Parentem in clero populoque refovendam; quapropter supremo iussimus Consilio sacris ritibus praeposito ut Officium ac Missa de divina Maternitate edantur, ab universa Ecclesia celebranda.

Atque interea caelestium munerum auspicem paternaeque voluntatis Nostrae testem, vobis singulis universis, venerabiles fratres, et clero populoque vestro, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXV mensis Decembris, in Festo Nativitatis D. N. Iesu Christi, anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI

EPISTOLA

AD R. P. D. FEAWCISCUM KORDAC ARCHIEPISCOPUM AMA SENUM HACTENUS ARCHIEPISCOPUM PRAGENSEM.

PIUS PP: XI

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — A Nostro apud Cecoslovacchos Apostolico Nuntio haud ita pridem didicimus pastorali te munere abdicavisse: eamque ob causam te in huiusmodi devenisse consiHum, quod animo reputa veris, gravissimas atque in dies maiores sollicitudines, quibus archidioecesis Pragensis nunc temporis premitur, iam aeque non posse cum valetudine tua componi. Quo quidem consilio palam iterum fecisti veri nominis studium, quo christifideles tibi commissos prosequereris; nam voluisti ut ipsis alius praeficeretur Pastor, qui, ob validiores vires, ad tam ingentem laborum molem ferendam satis videretur idoneus. In hac pariter re et eximium erga Nos obsequium exhibuisti, et qua filii erga Apostolicam hanc Sedem ostendisti fiduciam, quod eidem, veluti piae providaeque matri, te credideris totum. Abdicationem igitur tuam accipientes ratamque habentes, merito eam tibi vertimus honori; maluissemus porro eam tibi sine molestia accidisse; sed, cum contra contigerit, maiore te solacio dignum habemus. Equidem Nosmetipsi, cum tuis annuimus precibus, nulla movebamur alia voluntate, quam ut Nostram archidioecesis Pragensis sollicitudinem testarentur, tuaeque aetatis ac valetudinis rationem debitam haberemus. Ut vero Nostram in te efïusam benevolentiam significemus luculentius, te titulo Archiepiscopi Amaseni cohonestamus, simulque Archiepiscopis Solio Pontificio adstantibus adscribimus, omnibus te pariter donantes privilegiis ac iuribus, quae cum huiusmodi honore cohaerent. Interea, Deum enixe precantes ut multos in annos, pastoralibus curis expertes, te sospitare velit, apostolicam tibi benedictionem, praegrandis dilectionis Nostrae pignus, in Domino impertimus.

Datum Komae apud Sanctum Petrum, die xxin mensis Iulii anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

sacra congregatio caeremonialis

SUPER CONTROVERSIA INTER ORDINES MELITENSEM ET S. SEPULCRI

DECRETO [1]

La speciale Commissione Cardinalizia, nominata dalla Santità di Nostro Signore Pio Papa XI, in seno alla Sacra Congregazione Ceremoniale, per dirimere la controversia, sorta fra il Sovrano Ordine Militare Gerosolimitano di Malta e l'Ordine Equestre del S. Sepolcro, per effetto delia increseiosa diffida a quest'ultimo pubblicamente intimata dal suddetto S. O. M. G. di Malta;

esaminati e attentamente ponderati i vari memoriali e gli allegati prodotti dai due Ordini, come pure le contro osservazioni presentate dalle Parti, dopo l'avvenuto scambio dei suddetti memoriali;

visti gli ultimi Documenti pontifici su questo argomento, vale a dire: le Lettere Apostoliche di Pio IX, del 24 Gennaio 1868 *Cum multa;* di Leone XIII del 3 Agosto 1888 *Venerabilis Frater Vincentius;* di Pio X, del 3 Maggio 1907 *Quam multa;* di Pio XI, del 6 Gennaio 1928 *Decessores Nostri ;*

ritenendo che questi Documenti nel loro insieme costituiscono un nuovo fondamento dell'Ordine Equestre del S. Sepolcro;

fondandosi particolarmente sull'ultima citata Lettera Apostolica di S. S. Pio XI, felicemente regnante, in forza della quale:

a) viene soppresso e del tutto abolito il Gran Magistero dell'Ordine Equestre del S. Sepolcro, istituito da Pio X e riservato alla sola Persona del Sommo Pontefice;

b) si mantiene lo stesso Ordine sotto la benevola protezione della S. Sede;

c) si dichiara l'Eccmo Patriarca Latino di Gerusalemme *Rettore e Amministratore Perpetuo delVOrdine Equestre del S. Sepolcro* e gli si attribuisce il potere di conferirne le decorazioni, non più per semplice delegazione pontificia, ma in forza della sua carica e per sua propria autorità;

[1] **Textus nempe ipse editur, cuius Versio ex officio confecta, supra pag. 385, publici iuris facta est.**

d) sono espressamente dichiarati nulli ed aboliti tutti i Documenti pontifici, ottenuti prima di Pio IX dall'Ordine Equestre del S. Sepolcro:

concordemente convenne nel parere che — a tenore della citata Lettera Apostolica del 6 Gennaio 1928 — l'Ordine Equestre del S. Sepolcro fu di fatto ricostituito *ex novo* da Pio IX, con la Lettera Apostolica del 24 Gennaio 1868, e che perciò:

a) comunque stia la questione storica delle origini dell'Ordine, non si possono invocare documenti anteriori al 24 Gennaio 1868;

b) conseguentemente la denominazione dell'Ordine deve essere quella stabilita nella predetta Lettera costitutiva, ossia: *Ordine Equestre del S. Sepolcro,* esclusi i predicati di *Sacro, Militare, Gerosolimitano;*

c) essendo nella citata Lettera di Pio XI l'Eccellentissimo Patriarca di Gerusalemme denominato unicamente *Rettore ed Amministratore Perpetuo delVOrdine,* soltanto abusivamente si è usato il titolo di *Gran Maestro,* come pure arbitrariamente si è attribuito il titolo di *Bali* ai Rappresentanti dell'Ordine Equestre del S. Sepolcro.

Pertanto la Santità di Nostro Signore Pio Papa XI, nella udienza concessa all'infrascritto Mons. Segretario, il 27 Luglio 1931, udito il parere degli Emi Padri della sullodata Commissione Cardinalizia, perchè non abbiano a perpetuarsi alcuni abusi introdottisi in questi ultimi tempi, e perchè i suddetti Ordini, che tante benemerenze si sono acquistate nella Chiesa, continuino, ciascuno nel proprio ambito, le gloriose loro tradizioni e la loro opera di bene in pro della Chiesa medesima, si degnò approvare le conclusioni degli Emi Padri della Speciale Commissione Cardinalizia, ordinando di Sua Sovrana autorità quanto appresso:

1. Alla denominazione ufficiale «Ordine Equestre del S. Sepolcro », per benigna concessione di S. S. Pio Papa XI, viene aggiunta *in fine* l'attribuzione « di Gerusalemme », in modo che la denominazione viene cosi stabilita: *Ordine Equestre del S. Sepolcro di Gerusalemme.*

2. La denominazione dell'Eccmo Patriarca Latino di Gerusalemme resta quella stabilita nella citata Lettera di Pio XI, ossia: *Bellore e Amministratore Perpetuo dell'Ordine.*

3. Conseguentemente espresso divieto vien fatto all'Ordine Equestre del S. Sepolcro di Gerusalemme di intitolarsi per l'avvenire *Sacro, Militare Ordine Gerosolimitano,* come pure di attribuire all'Eccmo Patriarca Latino di Gerusalemme il titolo di *Gran Maestro* e ai Rappresentanti dell'Ordine il titolo di *Bali.*

4. In considerazione poi delle benemerenze dell'Ordine Equestre del S. Sepolcro di Gerusalemme verso la Santa Sede, nell'intento di favorire, a maggior lustro di quanti ne sono insigniti, il riconoscimento uffi-

eiale delle decorazioni dell'Ordine stesso da parte dei Governi che hanno relazioni diplomatiche con la S. Sede, si prescrive che PEccmo Patriarca Latino di Gerusalemme comunichi volta per volta 1 nomi dei nuovi membri dell'Ordine alla Cancelleria Apostolica dei Brevi presso la S. Sede; affinchè questa, ove nulla abbia da osservare in contrario, ne prenda atto ed apponga il suo *visa* e sigillo sul diploma, condizione necessaria per il suddetto riconoscimento ufficiale.

5. Ai Bappresentanti dell'Eccmo Patriarca Latino di Gerusalemme, Bettore e Amministratore Perpetuo dell'Ordine, per sovrana concessione si attribuisce il titolo di *Luogotenenti* e ad essi soltanto si concede il predicato di *'Eccellenza*.

6. Lo statuto dell'Ordine Equestre del S. Sepolcro di Gerusalemme, che sarà redatto a norma del presente Decreto, prima della sua pubblicazione dovrà essere sottoposto alla approvazione della Sacra Congregazione Ceremoniale.

In contrarium non obstantibus quibuscumque.

Roma, dalla Sede della Sacra Congregazione Ceremoniale, il 5 Agosto 1931.

£B G. CAED. GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE

Vescovo di Ostia ed Albano, *Prefetto.*

L. 83 S.

B. lardone, *Segretario.*

ACTA TRIBUNALIUM

sacra poenitentiaria apostolica

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DE INDULGENTIIS PIO « VIAE CRUCIS » EXERCITIO ADNEXIS

DECRETUM

Pium *Viae Crucis* exercitium, quo iter Ssmi D. N. I. C. a praetorio ad Calvariae locum eiusque Passionis memoria recolitur, inde a remotis temporibus ubivis Ecclesiae, magno cum fidelium spirituali emolumento, usu receptum, a Summis Pontificibus pluribus indulgentiis cumulatum fuisse nemo est qui ignorat; deperditis tamen iniuria temporum nonnullis authenticis documentis, quae et quot reapse hae sint, pro certo affirmare non licet.

Ad omnem igitur dubitationem in posterum auferendam, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI, instante infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiore, in audientia die 17 mensis Iulii currentis anni eidem impertita, abrogatis, suprema Sua auctoritate, omnibus et singulis indulgentiis hac in re antea concessis, benigne decernere dignatus est ut:

Fideles omnes qui, sive singulatim sive in comitatu, saltem corde contrito, pium exercitium *Viae Crucis,* legitime erectae, ad praescripta Sanctae Sedis, peregerint, lucrari valeant:

a) Indulgentiam plenariam toties quoties ipsum pium exercitium compleverint;

b) Aliam plenariam pariter indulgentiam si eodem die quo memoratum piam exercitium peragerunt, vel etiam si infra mensem ab eodem decies peracto ad sacram Synaxim accesserint.

c) Indulgentiam partialem decem annorum totidemque quadrage* narum pro singulis stationibus, si forte incoeptum exercitium, quavis rationabili causa, ad finem non perduxerint.

Huiusmodi vero indulgentias idem Ssmus Dominus Noster ad eos quoque extendi voluit ad quos spectant peculiaria in re Decreta diei 8 Aug. 1859[1]

[1] **URBIS ET ORBIS**

Ut universi utriusque sexus Christifideles Passionis Domini Nostri Iesu Christi facilius memoriam agant, eodemque tempore omnes et singulas indulgentias pio ac salutari Viae Crucis exercitio adnexas lucrari possint et valeant,

et 25 Martii anni currentis,[1] ita tamen ut qui ex rationabili Causa omnes praescriptos *Pater, Ave* et *Gloria* recitare nequiverint, pro indulgentia plenaria, indulgentiam partialem decem annorum totidemque quadragenarum consequantur pro singulis *Pater* cum *Ave* et *Gloria* recitatis; et ^i quis, vi morbi, vel tantum osculari vel intueri tantum queat in Crucifixum ad hoc benedictum, non vero addere precem iaeulatoriam, indulgentiam plenariam consequi non impediatur.

Praesentibus absque Brevis expeditione in perpetuum valituris, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 20 Octobris 1931.

L. CARD. LAURI, *Poenitentiarius Maior.*

L. 6B S.-

I. Teodori, *Secretarius.*

delatae fuerunt preces Summo Pontifici Clementi XIV tenoris ut infra : « Gl'infermi, i naviganti, carcerati e quelli dimoranti nelle parti degl'infedeli, o legittimamente impossibilitati di poter visitare la S. *Via Crucis,* prostrati ai suoi Santissimi Piedi supplicano la Santità Vostra della consolazione di poter guadagnare le indulgenze delle dette Stazioni ritrovandosi negli stati delle suddette tribolazioni, col recitare 14 *Pater* ed *Ave,* ed infine cinque altri *Pater* ed *Ave* in memoria della divina Passione, col tenere in mano un Crocefissetto di ottone, benedetto però da qualche Guardiano o Superiore maggiore soggetto al Padre Reverendissimo Generale di tutto l'Ordine di Aracoeli. Che della grazia, ecc. ». Quas quidem preces idem Summus Pontifex clementissime excepit ac in Audientia diei 26 Ianuarii 1773 benigne annuit pro gratia iuxta petita. Contrariis non obstantibus, etc. •

iam vero circa hanc concessionem duo exorta sunt dubia; primum scilicet: an quatuordecim tantum *Pater* et *Ave* et iterum quinque *Pater* et *Ave,* ut supra expositum est, recitanda sint, vel iuxta formam Rescriptorum Sacrae huius Congregationis corde saltem contrito ac devote viginti *Pater, Ave* èt *Gloria,* unum nempe pro qualibet statione, quinque in Sanctorum Domini Nostri Iesu Christi vulnerum memoriam ac unum iuxta mentem Sanctitatis Suae recitari debeant; alterum vero: an per verbum « ottone » exclusa reputanda sit quaecumque alia materia, ex qua crucifixi conficiantur.

Facta itaque de praefatis dubiis Ssmo D. N. Pio Pp. IX per infrascriptum Sacrae Congregationis indulgentiarum Secretarium relatione in Audientia diei 8 Augusti 1859, Sanctitas Sua benigne respondit: quoad 1[m] Servandam esse eiusdem Sacrae Congregationis consuetudinem; et quod **2**[m] declaravit: per verbum «ottone» intelligendam esse exclusam materiam fragilem dumtaxat.

Haec autem omnia Sacra Congregatio indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita typis edi iussit^ ut utriusque sexus Christifideles, qui a visitandis sacrae Viae Crucis stationibus legitime impediti, istiusmodi Crucifixis, facultate a Summis Pontificibus tributa, benedictis utentur, noverint praesens Decretum ab omnibus esse servandum, non obstantibus in contrarium quibuscumque.

Datum Romae, die 16 Septembris 1859.

(Decreta authentica S. C. Indulgentiarum **N.** 387).

[1] **Cfr. supra pag.** 167

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ZAGRABIEK

NULLITATIS MATRIMONII (DE PONTA-RUKAVINA)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Iulii Rukavina, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 18 Februarii 1932, hora 12, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Iulii Rukavina curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. Jjg S. M. Massimi, Dec. *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 25 Novembris 1931.

Adv. T. Tani, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Jules Rukavina défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Via della Dataria, n. 94), le 18 Janvier 1932, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

Conste-t^il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Jules Rukavina, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

Ajmus XXIII - Yol. XXIII 31 Decembris 1931 Num. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

EPISTOLA

AD EMOS PP. DD. ADOLFUM, TITULO S. AGNETIS EXTRA MOENIA S. R. E. PRESB. CARD. BERTRAM, ARCHIEPISCOPUM WRATISLAVIENSEM, MICHAELEM TIT. S. ANASTASIAE PRESB. CARD. PAULHABER, ARCHIEPISCOPUM MONACENSEM ET FRISINGENSEM, CAROLUM I. TIT. SS. QUATUOR CORONATORUM S. R. E. PRESB. CARD. SCHULTE, ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS GERMANIAE PLENO SAECULO SEPTIMO AB OBITU S. ELISABETH.

PIUS PP. XI

.Dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Felix faustumque eventum in Germania mox celebrabitur, saeculum nempe septimum ex quo sanctissima femina Elisabeth, Hungarici regis Andreae filia, vitae immortalitatem adepta est. Ac merito quidem haec sollemnia istic peragantur: *gloria* enim *Teutoniae* est Sancta Elisabeth; cumque *mulier fortis* ea sit, illi non dissimilis quam Salomon in parabolis omni laude prosecutus est, omnino sane decet atque oportet ut *beatissimam* eam praedicent surgentes filii eius, ac praeclaras ipsius virtutes dilaudent.

Longum est omnia hic recolere quae, pietate ac religione duce, nobilissima mulier tam brevi vitae cursu egregie patravit; at vero illa Nos ornamenta animi resque gestas silentio praeterire nolumus, quibus maxime ipsa in exemplum enituit.

Imprimisque, ecquis ignorat quae quamque multa, amore Christi succensa, in caritatis campo ea gerere consuevit? Namque iam inde ab infantia, ut historia docet, in deliciis ei erat miseris omne genus praesentissima*

ope consulere, cumque ad eam aetatem pervenisset in qua divitiarum suarum copia libere uti potuit, in nosocomio a se condito aegrotis inservire visa est, leprosos curare suis manibus, pupillos viduasque invisere et, quasi consolationis angelus, ab amplissimae domus suae celsitudine in viciniam descendere, omnes egentium afflictorumque dolores lenitura. Nec tantum per se ipsa caritatem exercere solita est, sed alios etiam hortabatur ut proximorum necessitatibus opem ferrent; quos inter virum suum Ludovicum qui libenter quidem sanctae uxoris vestigia premens, dignus deinde factus est qui in sacro bello contra infensissimos christiani nominis hostes pie Hydrunti pèriret. Atque utinam, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, mirum hoc caritatis exemplum, quo miserorum mater Elisabeth appellata est, in praesens quam plurimi istic imitentur, dum patria vestra, ut ceteroquin terrarum orbis universus, tot aerumnis ac difficultatibus premitur: una enim Christi caritas, quae ex bonorum omnium animis efflorescit, non vero simultates inter civium ordines partiumque perduelliones, spem affert optatae nationum prosperitatis mansuraeque pacis tranquillitatem efficit. Quod si publicarum rerum moderatores tot tantisque malis vi omni opitulari contendant, parum sane ipsorum conata proficerent nisi eadem caritate Christi, tamquam fundamento, innitantur.

Iamvero, aliae animi virtutes in sanctissima femina praeclare eluxere. Christiana enim humilitas tam praecellens in ea erat, ut, cum tertianum Ordinem, a seraphico Patre Francisco tum constitutum, prima in Germania amplexa esset, et omnibus depositis mundani festus indumentis, demissa tunica uteretur, ad perfectiorem sanctioremque vitam cotidie magis contendens, vilissima quaeque officia summo pietatis spiritu arriperet. Quamque avide autem sponteque paupertatis studio flagraret, tum praesertim effulsit, cum, defuncto pio coniuge, suam ipsam domum una cum tenellis suis liberis reliquit; siquidem non solum magna animi fortitudine de divitiarum omnium amissione gratias Deo egit quod paupérrimo Iesu Christo similior ita facta esset, sed etiam cum postea multa sua bona recuperaret, haec quoque, incredibili quodam paupertatis amore, in egentes brevissimo tempore erogavit.

Considerandum autem hic est quod sancta Dei famula dum in haec pietatis opera, bene quidem multa, incumbebat, numquam spiritum remisit ferventis animi, qui semper cum Deo coniungebatur. Eam igitur praecipue sequi debent quicumque catholicae rei provehendae per consociationes sacras vel per varia religionis coepta operam navant: dum enim pro vera Ecclesia Dei sollerter laborant, non eis negligenda est praeclare affecta mens in Dei cultum, ex qua, tamquam ex fonte, *actio catholica* manare debet; siquidem quoferventior spiritualis vita erit, eo efficacior opera evadet.

Ex his quae summatim hucusque de laudibus sanctissimae feminae attigimus, manifesto apparet quae caelestium beneficiorum copia in germanicum populum redundaret si eam, quasi perfectum virtutum omnium exemplar, ad imitandam sibi proponerent fideles cuiusvis ordinis et condicionis, sodales praesertim propriasque ad consociationem pertinentes « Elisabeth Verein » nuncupatam, utpote quae Patronae sanctae caritatem istic exercere pergat: Elisabeth enim castissima puella fuit et mater tenerrima, dives et pauper, humillima et nobilis virtute magis quam potentia. Quapropter mirum non est si clarissimi ex Germania viri omnium artium splendore eam celebraverint: pictores pulcherrimis tabulis, poetae ac musici egregiis carminibus harmoniisque, architecti perennioribus aere monumentis.

Quapropter Nosmet ipsi, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, in saeculari hac recordatione, una cum Germaniae populo universo meritis laudibus Elisabeth sanctissimam prosequi volumus, quae uti omnium mater totam vitam bene faciendo transegit. Tot saeculorum spatio exeunte, ipsa non tam in historia quam in omnium animis adhuc vivit, idque admonere videtur ex una caritate Christi nationum salutem exspectandam esse. Ac precamur ut quantocius dies illucescat optatissima quo populi omnes, tranquillatis rebus, in caritate Christi regenerentur fiatque *unum ovile et unus Pastor.* Interea, caelestium auspex munerum itemque paternae benevolentiae Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam vobis, dilecti filii Nostri ac venerabiles fratres, iisque omnibus qui vigilantiae vestrae crediti sunt, efíuso animo impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die x mensis Maii a. MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI

I

INDEX GENERALIS ACTORUM

(AN. XXIII — VOL. XXIII)

H

INDEX DOCUMENTORUM

CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

I. - ACTA PII PP. XI

I. - LITTERAE ENCYCLICAE

II. - EPISTOLA APOSTOLICA

III. - MOTU PROPRIO

IV. - CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

V. - LITTERAE APOSTOLICAE

VI. - CHIROGRAPHE

VII. - EPISTOLAE

VIII. - SERMO

IX. - NUNCIUM RADIOPHONICUM

II. - ACTA SS. CONGREGATIONUM

I. - SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

VI. - S. CONGREGATIO RITUUM

Iii. - ACTA TRIBUNALIUM

IV. - ACTA OFFICIORUM

I. - SECRETARIA STATUS

II. - PONTIFICIA COMMISSIO
AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

V. - APPENDIX

VICARIATUS URBIS

INDICES NOMINUM

I. - INDEX NOMESUM PERSONARUM

(NB. - *Omittuntur nomina actis stibscripta)*

II. - INDEX NOMINUM DIOECESIUM VICARIATUUM, ETC.

C

D

E

F'

G

III. - INDEX NOMINUM RELIGIONUM

IY

INDEX RERUM ANALYTICUS

A

B

C

D

Quaedam corrigènda in vol. XXIII (1931) Commentarii *Acta Apostolicae Sedis:*

Pag. 112, lin. 12, a calce, *ad nomen Archiepiscopi Messmer apponatur dies emortualis :* 5 Agosto.
» 539, * 15, *addatur:* textus, p. 519; versio, p. 385.
» 539, » 21 *deleatur.*

VIGESIMUM TERTIUM VOLUMEN
COMMENTARII OFFICIALIS *Acta Apostolicae Sedis*
ABSOLVITUR DIE 20 IANUARII 1932
TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS